MAGNA

BIBLIOTHECA VETERVM PATRVM,

Et antiquorum SCRIPTORVM *Ecclesiasticorum.*

PRIMO QVIDEM A MARGARINO DE LA BIGNE
EX ALMA SORBONÆ SCHOLA CELEBERRIMO THEOLOGO
Doctore Parisiensi composita,

POSTEA STVDIO DOCTISSIMORVM COLONIENSIVM
Theologorum ac Professorum aucta:

NVNC VERO ADDITIONE DVCENTORVM
CIRCITER AVTHORVM, TAM GRÆCORVM QVI IN EDITIONE
Coloniensi, quam LATINORVM qui in Parisiensibus desiderabantur, locupletata,
Accuratissimè emendata, & in XVII. Tomos distributa:

Nec non perfectiori ordine disposita, materiarum enim, de quibus scripserunt authores, seriem complectitur, & Historicam methodum per singula sæcula quibus vixerunt, in indice Chronologico copiosissimo continet.

TOMI XI. PARS II.

Η ΣΟΦΙΑΣ ΠΗΓΗ ΕΝ ΒΙΒΛΙΟΙΣΙ ΡΕΕΙ.

PARISIIS,
Sumptibus Ægidij Morelli Architypographi Regij.
M. DC. XXXXIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

INDEX OPERVM
QVÆ IN HAC XI. MAGNÆ
BIBLIOTHECÆ VETERVM PATRVM
TOMI SECVNDA PARTE CONTINENTVR.

CÆSARII fratris S. Gregorij Nazianzeni, de varijs quæstionibus Dialogi IV. quorum interpretatio Latina primùm in lucem prodijt Basileæ, ann. 1571. opera Ioan. Leunelauij, Græcus textus nunc primùm erutus ex mss. nobilissimi viri Francisci Oliuarij. 545

SENTENTIÆ sanctorum patrum de venerandarum imaginum vsu in VII. synodo comprobatæ, ex editione Parisiensi, ann. 1562. apud Guil. Morellum, eodem Morello interprete. 725

B. DOROTHEI Archimandritæ Expositiones & doctrinæ diversæ de vita rectè & piè instituenda, Hilarione Veroneo interprete, ex editione Basiliensi, 1569. 742

S. MARCI Eremitæ opera quæ extant omnia, Ioanne Pico, Senatus Parisiensis Præside, interprete, ex editione Parisiensi Guil. Morelli 1563. 869

HESYCHII Presbyteri ad Theodulum sermo compendiosus animæ perutilis, eodem Ioan. Pico interprete, ex eadem editione Parisiensi. 985

ΚΑΙΣΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ὁμαίμονος, Διάλογοι τέσσαρες.

Πεύσεις προτεθεῖσαι ἀπὸ Κωνσταντίου, Θεοχαρίστου, Ἀνδρέου, Γρηγορίου, Δόμνου, Ἰσιδώρου, Λεοντίου ἐπισκέπτῃ Καισαρείῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Ναζιανζοῦ, ὁπηνίκα ἐκρατήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει διδάσκων ἐπὶ ἔτη εἴκοσι. Διάλογος α'.

CÆSARII, SAPIENTISSIMI VIRI, FRATRIS SANCTI Patris nostri Gregorij Theologi, Dialogi IV.

Quibus continentur explicationes quarundam quæstionum de rebus grauibus, propositarum Cæsario per Constantium, Theocharistum, Andream, Gregorium, Domnum, Isidorum, Leontium quo tempore Cæsarius à secretis erat, & Constantinopoli docens, XX. totos annos commorabatur.

DIALOGVS PRIMVS.

Interpretatio Latina primùm in lucem prodijt vnà cum alijs operibus Gregorij Nazianzeni, Basileæ ann. 1571. opera Ioan. Leuuenclaij.

α'. Πεῦσις.

Οἱ τὴν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον διαπλέοντες θάλασσαν, ἕως μὲν ἐξ οὐρίας ἡδέως ποντοπορεῦσι, μικρὰ τῶν προκειμένων φροντίζουσιν· ἐπεὶ δὲ αὖ δὴ ἐναντίος αὖθις καὶ σφοδρὸς ἀντιπνεύσῃ ἄνεμος τὴν ζάλην διεγείρων, καὶ τὸν θάνατον ἀπειλῶν τοῖς πρὸ ὀλίγου ἀφόβως πλέουσι, τότε δὴ τὸν εὔδιον ἐπιποθοῦσι λιμένα, καὶ πᾶσαν τὴν ἀντικρὺ κειμένην περισκοποῦντες, μηδαμοῦ τε ἐνορμισθῆναι δυνάμενοι, λοιπὸν ἐπὶ τὴν πλησίον εἰ τύχοι νῆσον διὰ τῶν πηδαλίων τὴν ὁλκάδα ἰθύνουσι, παντὶ τρόπῳ τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς πραγματευόμενοι. Ταύτῃ δὲ πλησιάσαντες, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν ἀκρωτηρίων ὑποφυγόντες ἀπευκτοῦ θανάτου περισωθέντες, εὐχαριστηρίους ἀναπέμπουσι φωνὰς τῷ σωτῆρι πάντων Θεῷ· καὶ ἡμεῖς τοίνυν ὦ φιλότεκνε πάτερ τὴν πολύζαλον τοῦ βίου διαπλέοντες θάλασσαν, καὶ τοῖς κύμασι τῶν αἱρέσεων διαφόρως περιαντλούμενοι, καὶ μηδαμοῦ λιμένα λογικὸν εὑρίσκοντες, πρὸς τὴν σὴν ἥκομεν ἀγάπην δεόμενοι τὰ περὶ τῆς προσκυνητῆς καὶ ἁγίας τριάδος καὶ ἑτέρων κεφαλαίων τῆς ἁγίας γραφῆς ἀκροάσασθαι ἡμᾶς, ὅπως μὴ πλανώμεθα τοῖς ματαιόφροσιν, ἀλλ' ἐνισχυόμενοι τῇ ὑμετέρᾳ κατηχήσει, τοῦ κοσμικοῦ κλύδωνος κατὰ μικρόν, ἀψοφητὶ ἑαυτοὺς ἀπαγάγωμεν, καὶ εἰς τὸν ἀκύμαντον Χριστοῦ λιμένα, τὸ ψυχικὸν σκάφος ἡμῶν εἰσπλεῦσαι σπουδάσωμεν, τῇ σῇ μελιρρύτῳ νουθεσίᾳ ἑπόμενοι.

A 1. *Interrogatio.*

Qui nauigant ingens & amplum mare, quàm quidem diu secundis auris ex animi sententia vela faciunt, non sunt admodum vicinis de locis solliciti: sed si coortur aduersus vehemésque ventus, qui tempestate concitata mortem, paulò antè securè nauigantibus minitetur: tum verò tranquillum aliquem portum offerri sibi magno desiderio expetunt. Itaque postquam oculos om- B nem ad terram obiectam sibi circumtulerint, ac nusquam appellere se posse vident: quod vnum restat, fortè proximam aliquam ad insulam claui adiumento dirigunt nauem, ac nulla non ratione saluti suæ consulunt. Ad eam delati propius, vbi horrendo mortis è periculo seruati, se in tutum sub promõtoria receperunt: testes grati animi voces ad omnium Seruatorem Deum emittunt: Ita nos etiam, Pater optime, qui procellosum vitæ huius mare traiicimus, absurdarúmque opi- C nionum fluctibus multipliciter exhausti, nullum vsquam rationis participem portum inuenimus: ad benignitatem tuam nos conferimus, vtque nos cùm de adoranda sacrosanctaque Trinitate, tum aliis sacrarum litterarum capitibus audias, obsecramus: ne cum insipientibus circumueniamur, sed confirmati doctrina, & admonitioni suauissimæ tuæ obsequuti, è mundi huius tempestate paulatim nosmet taciteque subducamus, & participem animi nauiculam nostram in secretum ab omni fluctu Christi portum agere studeamus.

Responsio.

Meam verò intelligentiam accurata sacrarum litterarum explicatio lógè excedit ac superat: quippe quæ purgata necdũ sit, crassǽq; in nobis materiei multis morbis obnoxiam vestem nondum deposuerit. Nam socordia depressus, ad Deum qui iustus est, ipse non iustus erigi nequeo: nõ ipsum accedere mihi fas est, vt de corporeorum & corporis expertiũ, de iudicij, de prouidentiæ rationibus erudiar: quum & Opifex, & Dux, & Gubernator sit omniũ, non vt cum Rege ac Domino miser ipse versari possum: quippe qui capite nudo hactenus eum compellare audacter nequeo, quum mundi adhuc simulacra circũferam, & corrupta imagine quasi crapula grauatus, ad terrã allidar. Ad summã, quoties diuinarum rerum sublimitatem intueor, mox vertigine correptus tremo, illorũ instar, qui de excelso mõtis vertice in immẽsum mare prospectãt. Vel idem accidit mihi, quod iis, qui dum & læsis oculis, & puro meridie, sole cœlũ perequitante, immoto hunc vultu intueri conantur, victi à nimia radiorum copia, & orto ab iis splendore, videndi facultatem amittunt. Quapropter equidem existimaui, silentij ope mihi vtendum esse: verum ne, si prorsus sim mutus, inuidiæ merito meo me insimuletis, quasi qui facilitatem obsequendi vana taciturnitate repellat, (quũ diuinus ille Dauides canat: Multa tu Domine, qui Deus es meus, admiranda fecisti: nemo tibi par esse cogitando potest. Equidem hæc annuntiaui ac protuli, Supra omnem numerũ amplificata sunt. Item: Magno in cœtu iustitiam annuntiaui. Ecce labia mea, Domine, non comprimam, sicut ipse nosti. Iustitiam tuam meo in corde non occultaui: veritatem ac beneficium in saluando me tuum exposui. Misericordiam & veritatem tuam frequente in concilio non celaui. Tu quidem, Domine, miserationem tuam multiplicem nobis diu ne differto. Itidem quum princeps Apostolus præcipiat, vt ad reddendum rationem ea de spe quam fouemus, ad quem nis de hac sciscitantem parati simus: Paulus etiam clarissimè clamet, esse nobis ipsius vestigiis inhærendũ, imitandúmque Christũ: qui profectò & ipse diuinitus præcepit, vt quæ gratis accepimus, cum aliis vicissim gratis cõmunicemus: omnesque vires in hoc cõtendamus, vt diuina nobis in eum finẽ ab ipso credita talenta, quo augeãtur, duplicemus: ne si vano hæc silentio tanquam in terra defoderimus, vnà cum prauo illo desidéque seruo, de quo proditum est in Euangeliis, ad tenebras extimas abiiciamur: Metuẽdum mihi potius, quam silendum arbitror. Est enim sapientiæ principium, Domini timor: quemadmodum vates ille rerum diuinarum prudens Dauides loquitur. Præclarũ sanè, certo iudicio considerarég; silere, ac mũdo quidem quasi mutũ ac crucifixum:

Prædicanda esse Dei beneficia & opera.

Quæ res silentium, quæ prædicationem nostram requirant.

Ἀπόκρισις.

Πολὺ μὲν ὑπεραναβέβηκε καὶ ὑπερφέρεται τὴν ἐμὴν ἔννοιαν ἡ τῶν θείων γραφῶν ἀκριβεστάτη διήγησις, μήπω καθαρθεῖσαν μηδὲ τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης ἀποθεμένην ἱμάτιον. οὔτε γὰρ οὐ δίκαιος δικαίῳ διανακύψαι τῷ Θεῷ, ῥαθυμίᾳ κατακείμενος, οὔτε ὡς δημιουργῷ καὶ πάντων καθηγητῇ θεμιτὸν προσέρχεσθαι, παιδευθῆναι λόγους σωμάτων καὶ κρίσεως καὶ προνοίας· οὔτε δὴ ὡς βασιλεῖ καὶ δεσπότῃ ὁ τάλας παρίσταμαι. γυμνῇ γὰρ κεφαλῇ μέχρι καὶ νῦν ἐκλιπαρεῖν αὐτὸν οὐκ ἰσχύω, τὰ τοῦ κόσμου περιφέρων εἴδωλα· καὶ τῇ ἐκείνου σφαλερᾷ καρηβαρούμενος, καὶ περὶ γῆν ἀρασσόμενος. καὶ συνελόντι φάναι, ὅταν πρὸς τὴν τῶν θείων ἴδω ὑπεροχήν, αὖθις ἰλιγγιῶ, καὶ κραδαίνομαι, ὥσπερ οἱ ἔκ τινος ὑψηλῆς ἀκρωρείας εἰς ἀχανὲς κατακύπτοντες πέλαγος. ἢ αὖ πάλιν οἱ τὰς ὄψεις πεπληγότες, ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ τοῦ ἡλίου τὸν οὐρανὸν διιππεύοντος, ἀτενὲς αὐτὸν ἀθρῆσαι πειρώμενοι, ὑπερβολῇ τῶν μαρμαρυγῶν καὶ τῇ ἐκεῖθεν λαμπρότητι ἀμαυρούμενοι τὴν ὅρασιν. διὸ τοίνυν ᾠήθην τῇ σιγῇ βοηθῷ χρήσασθαι. ἀλλ' ἵνα μὴ τῇ παντελεῖ κωφότητι βασκανίας ὕποπτος ὑμῖν εἰκότως γένωμαι, τὸ εὐπαθὲς καὶ ὑπήκοον τῇ εἰκαίᾳ σιωπῇ διακρουόμενος· τοῦ μὲν θεσπεσίου Δαβὶδ μελῳδοῦντος· πολλὰ ἐποίησας σὺ Κύριε ὁ Θεός μου τὰ θαυμάσιά σου· καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔστι τίς ὁμοιωθήσεται· ἀπήγγειλα καὶ ἐλάλησα, ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν. καὶ πάλιν, εὐηγγελισάμην ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ· ἰδοὺ τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω κύριε σὺ ἔγνως. τὴν δικαιοσύνην σου οὐκ ἔκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ μου· τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα· οὐκ ἔκρυψα τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς· σὺ δὲ κύριε μὴ μακρύνῃς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀφ' ἡμῶν. τοῦ δὲ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων δι' ἐγγράφου καθολικῆς παρεγγυῶντος ἑτοίμους ὑπάρχειν πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ πυνθανομένῳ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος· καὶ Παύλου δὲ τοῦ ὑψηλοῦ διαῤῥήδην βοῶντος, κατ' ἴχνος αὐτοῦ βαίνειν, καὶ Χριστὸν μιμεῖσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Χριστοῦ θεηγοροῦντος, δωρεὰν εἰλήφατε, ὁμοίως παρέχειν, καὶ παντὶ σθένει διπλασιάζειν τὰ παρ' αὐτοῦ ἡμῖν ἐπὶ τοῦτο πιστευθέντα θεῖα τάλαντα· μὴ ὄκνῳ τῇ εἰκαίᾳ σιγῇ οἱονεὶ ἐν χέρσῳ κατορύξαντες, ἅμα τῷ ἐν εὐαγγελίοις πονηρῷ καὶ ὀκνηρῷ οἰκέτῃ εἰς τὸ σκότος ἐκβληθῶμεν τὸ ἐξώτερον. ἐνταῦθα δέον ἄμεινον τῷ δέει ἢ τῇ σιγῇ βοηθῷ χρήσασθαι. ἀρχὴ γὰρ σοφίας φόβος Κυρίου φησὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός. καλὸν γὰρ τὸ σιωπᾶν ἀκριβεῖ, καὶ λογισμῷ κρείττονι καὶ οἱονεὶ κωφὸν καὶ ἐσταυρωμένον ὑπάρχειν τῷ κόσμῳ.

ἐναργῆ δὲ καὶ ἀείφθογγον τῶν θείων ἐργάσεσι. οὕτως γὰρ συμβήσεται ἡμῖν ἡ τῶν θεσπεσίων ἐσόμεθα κώφωσις καὶ ἀσίγητος ὁμιλία, ὅταν ἐκλιπαρῶμεν τὸ θεῖον· ἐπὶ μὲν τῶν ψυχοφθόρων βοῶντες θεοῦ Κύριε φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου· καὶ μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας. ἐπὶ δὲ τῶν θείων καὶ ζωοποιῶν, Κύριε τὰ χείλη μου ἀνοίξεις· καὶ τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου. Εἰκότως οὖν αὖθις ἀποδύσομαι πρὸς τὰς ὑμῶν πεύσεις, Θεὸν καθηγεμόνα τοῦ λόγου ποιούμενος, καὶ ταῖς ὑμῶν πρὸς αὐτὸν ἱκετείαις ἐπερειδόμενος. ἢ ὡς τοῖς περὶ αὐτὴν σπουδαζομένοις ἐν ταῖς ἁμίλλαις τῶν δρόμων, ἂν καὶ μηδὲν προθυμίας εἰς τὸ τάχος ἐλλίπωσιν, ὅμως τῇ περὶ τὴν νίκην σπουδῇ ἄνωθεν τῶν καθισμάτων ἐκ βάθρων ἐπιβοῶσιν ἐξ ὑπεραγωνίας αὐτοῖς· καὶ τὸν ὀφθαλμὸν τῷ δρόμῳ συμπεριάγοντες, διεγείρουσιν ὡς οἴονται, εἰς ὀξυτέραν ὁρμὴν τὸν ἡνίοχον· ἐπικελαδάζοντες ἅμα τοῖς ἵπποις καὶ ἀντὶ μάστιγος τὴν χεῖρα κατ᾽ αὐτῶν παρατείνοντες, καὶ τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τοὺς ἐγγὺς παίοντες, καὶ τὴν παρειὰν παρακνώμενοι· πολλάκις δ᾽ καὶ τὸν ὀδόντων παραθήγουσι, καὶ ἀπειλοῦσι τῷ βλέμματι αὐτόθεν ἐπὶ τοὺς σταδιοδρομοῦντας ἐκτεινόμενοι χειρονομοῦντες αὐτοῖς τὰ δοκοῦντα πρὸς τὸ ἔπαθλον, οὐχ ὅτι συντελεῖ πρὸς τὴν νίκην τὰ δρώμενα, ἀλλ᾽ εὐνοίᾳ τῇ πρὸς τοὺς ἀγωνιζομένους, φωνῇ τε καὶ σχήματι τὸν πρὸς ἐκείνους ἔρωτα διαχαράττοντες. οὕτω καὶ αὐτὸς τῷ πρὸς ὑμᾶς πόθῳ, ποιεῖν ἀναγκάζομαι, φίλων ἐμοὶ καὶ ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ὠκυπόδως τὸ ἐνάρετον διαθέουσι στάδιον. καὶ πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως πυκνοῖς τε καὶ κούφοις συντεινομένοις τοῖς ἅλμασι· οὐκ οἰκεῖά τινα ἢ αὐτοσχέδια φέρων, ἀλλ᾽ ὅσα τῶν ἀοιδίμων καὶ μακαρίων πατέρων τοὺς λειμῶνας ἐπελθὼν τῆς ἐκείνων ῥοδωνίας συνήγαγον· ὧν τὰ ῥόδα τῷ ἐκ πλευρᾶς ὕδατι τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου σαρκωθέντος ἀρδεύεται, καὶ τῷ ἐκεῖθεν ἐκχυθέντι αἵματι ἐρυθραίνεται· καὶ κόσμον ὅλον εὐωδιάζοντα λάμποντες καὶ διαδοχοῦντες, ὑπὲρ τοὺς φωστῆρας τοῦ στερεώματος, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες· ὧν οὐδέποτε ἡ θρυαλλὶς πίπτει, οὐδὲ ὁ λύχνος συντρίβεται, οὐ δαπανᾶται τὸ ἔλαιον, ἡ λυχνία οὐ σείεται, ὁ πυρσὸς οὐ μαραίνεται. ῥάβδον δὲ σταυρὸν περιφέρουσι, καὶ πήραν τὰ εὐαγγέλια, καὶ τὴν ἀγάπην καλαύροπά τε καὶ σύριγγα. ἐν οἷς τὸ λογικὸν ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ νέμοντες. τοιγαροῦν ἀξιάγαστοι περὶ ὧν ἥκετε, τὰ θεῖα ἐκείνων σπέρματα παρὰ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας ἀμώμενοι.

A in prædicatione verò diuinorum operum ad omnes illustrem ac perpetuò vocalem esse: nimirũ & summa cũ voluptate muti diuinis in rebus erimus, & nihilominus eas absque silentio tractabimus, exorãtes diuinũ numẽ in iis sanè quæ animo perniciẽ adferunt, his verbis: Adhibeto, Domine, custodiã ori meo, & circũ labra mea quoddã ostiũ, quo coërceantur: néve cor meũ ad sermones prauos deflectere patiaris. In illis verò, diuina quæ sunt, & in quibus viuit animus: Aperito labra mea Domine, ac laudẽ tuã os meum annũtiabit. B Quãobrẽ meritò ad interrogationes vestras iterũ accingar, sic tamen, vt & Deũ orationis nostræ docem constituam, & vestris ad hunc supplicationib. innitar. Liber enim illos imitari, qui ludos equestres perlubenter spectãt. Solẽt hi cursuũ in certaminibus ad eos quos fauore suo cõplectuntur, tametsi ad summam illi celeritatem nihil reliqui faciant, victoriæ tamen studio de sellis gradibúsque superioribus quasi toto cum viscerum motu, acclamationibus vti: oculísque vnà cum cursu circumactis, aurigam (vti quidem arbitrantur ipsi) maiorem ad impetum excitant. Quin & C equos acclamando cohortantur, próque flagello manum ad eos protendunt, & indice digito proximos sibi feriunt. Neque malas tantùm fricant, sed nonnunquam & dentem exacuunt, & vultu minantur, & totos se ad stadij cursores erigunt, digitísque gesticulando quæ facere sibi ad consequendum præmium videantur, indicant. Atque hæc non eo faciunt, quod ad victoriam quidquam momenti adferant: sed suam erga illos, qui decertant, beneuolentiam amorémque tam voce quàm gestu exprimunt. Idem vt & ipse D faciã, amici ac fratres, quos equidem maximè suspicio, meum me studium erga vos cogit. Nam apud vos, qui agiliter virtutis stadium percurritis, & ad supernæ vocationis præmiũ crebris & expeditis saltibus contenditis, non quædam propriè mea leuiáque proferam: sed quæcunque clarorum beatorúmque patrum prata peragrans, de illorum rosceto collegi. Quorum rosæ aquã latere Dei ac Sermonis, qui carnem adsumpsit, manante rigantur: & à iugi sanguinis indidem orti riuo, rubro colore tinguntur, totúmque mundum suaui odoris fragrantia replent. Qui & splendore E suo firmamenti luminaria vincunt, & vitæ sermonem continent. Quorum ellychnium nũquam decidit, & lucerna non cõminuitur, & oleum non absumitur, & lampas non quassatur, & flamma non extinguitur. Nam crucem gestant pro virga, Euangelia pro pera, charitatem pro pedo ac fistula, quibus omnibus Christi gregem rationis participem pascunt. Quamobrem, viri optimi, sic ea proponite, de quibus percunctatum accessistis, vt qui diuina horum semina messuri ex me, homine cæteroqui vili, sitis.

Qualia esse patrum scripta putari debeant.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐχ ἵνα βροτοῖς κατὰ ῥεῦσιν ἢ τομὴν, ἢ διάστασιν; ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς προσῆλθεν, ἀλλ' ὡς ἐκ κρήνης ποταμοὶ ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ καὶ σὺν αὐτῇ ὄντες· καὶ ὡς ἐκ τοῦ ἡλίου αἱ μαρμαρυγαὶ ἐν αὐτῷ καὶ σὺν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ· καὶ ὡς ἡ φλὸξ καὶ τὸ φῶς ἐκ τοῦ πυρὸς καὶ σὺν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ. ἀμυδροῖς μὲν, ἐοικόσι δὲ τῇ εἰκόνι χρησάμενος ἔφην. τοίνυν ἐν τῷ πατρὶ ὢν ἐξῆλθεν, καὶ σὺν τῷ πατρὶ ὑπάρχει, καὶ ἔσται εἰς τοὺς αἰῶνας· καθὼς αὐτός φησιν· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας καὶ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς θεότητος καὶ ἰσοσθενὲς ἐκ τούτων δηλῶν. καὶ πάλιν· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· τὸ ἑτεροῖον καὶ ἰδιάζον τοῦ προσώπου παριστῶν. τὸ δὲ θεῖον καὶ πανάγιον πνεῦμα, οὐ γεννητὸν μὲν, ἐκπορευτὸν δὲ, καὶ αἰτιατὸν ἐξ αἰτίου τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ, ὁ τῆς θείας τριάδος ἐξηγητὴς, τῷ λόγῳ Κυρίου φησὶν οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν· καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Ζαχαρίας δὲ τούτοις συμφωνῶν· ἰσχυέτωσαν, φησὶν, αἱ χεῖρες Ζοροβαβὲλ, καὶ αἱ χεῖρες Ἰωσεδὲκ τοῦ ἱερέως, καὶ αἱ χεῖρες τοῦ λαοῦ. διότι ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, καὶ ὁ λόγος μου, καὶ τὸ πνεῦμά μου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. ἀγέννητος οὖν ὁ πατὴρ, γεννητὸς ὁ υἱὸς, ἐκπορευτὸν τὸ πνεῦμα, ἐν ἀλλήλοις φῶτα· μήτε συναλειφόμενα, ὁμόφωτα, ἀείφωτα, ἀδιαιρέτως διαιρούμενα ταῖς ὑποστάσεσιν ἤτε προσώποις, καὶ ἀσυναλείπτως ἑνούμενα, τῇ ὑπερουσίῳ οὐσίᾳ καὶ ὑπὲρ νοῦν συναφείᾳ, καὶ διαστάσει ἀδιαστάτως. καὶ οὔτε αἱ τρεῖς ὑποστάσεις εἰς τοσαύτας φύσεις τέμνουσι τὴν μίαν τῆς θεότητος οὐσίαν, οὔτε ἡ μία οὐσία εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συναλείφθη, ἢ συναιρεῖται τὴν τρίσεμνον καὶ τρισαέναον κρήνην τῆς θεότητος. φῶς τοίνυν ὁ πατὴρ, φῶς ὁ υἱὸς, φῶς τὸ θεῖον πνεῦμα, ἀλλ' οἱ τρεῖς, ἓν ὑπάρχουσι φῶς, ὑπὲρ χρόνον προαιώνιον, ἄναρχον, τρισπρόσωπον, τρισυπόστατον, τρισδέσποτον, τρίθρονον, τριλαμπὲς, τριαυγὲς, ἰσολαμπὲς, ἀναλλοίωτον, ἀμείωτον, ἀνύκτερον, ἀχείρωτον, ἀνώλετον, μία οὐσία, μία συσθένεια, μία εὔκλεια, μία βασιλεία, μία θεότης, ἓν θέλημα, δρᾶμα καὶ πρόσταγμα, πᾶσα ἑνότης καὶ ἰσότης καὶ ταυτότης ἐν τριάδι πλὴν ἀγεννησίας καὶ γεννήσεως, καὶ ἐκπορεύσεως, ἑκάστης ὑποστάσεως ἰδιαζόντως οὔσης καὶ ἐσομένης, οὐκ ἀρξαμένης, οὐ παυσομένης, ἀλλ' ἀεὶ ὡσαύτως ἐχούσης καὶ ἀμεταβλήτου μενούσης. ἀεὶ γὰρ ὑπῆρχεν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ· ἀεὶ ὢν πατὴρ παιδὸς μονογενοῦς, αὐδῆς ἐνυποστάτου, πάντα δρώσης,

Responsio.

A Nimirū filius ac spiritus non hominū more per fluxionem sectionémve, aut dimēsionem ex patre prodierunt: sed vt ex fonte flumina, quæ quidem ex eo, & in eo, & cum eo sunt: vt ex Sole radij qui in eo, & cum eo, & ex eo sunt: vt flāma & lux de igne, cum igne, in igne existunt. His enim rebus equidē vsus hæc declaraui, obscurè sanè rē explicantibus, sed ab imagine tamē non prorsus abhorrentibus. Filius ergo qui est in patre, de eodem prodit, & cū patre existit, & infinitis sæculis erit, quemadmodū ipse inquit: Ego in patre sum, & pater est in me. Quibus verbis & eandē vtriusq; B naturā siue essentiā, & nulla ex parte diuersā vtriusq; diuinitatē, & parē denique potestatē esse significat. Rursus quum ait, Ego de patre sum egressus, atque in mundū veni: diuersitatē proprietatēq; personæ demonstrat. Porrò diuinus sanctissimúsque spiritus nō ille quidē est genitus, sed procedit: atque eo ipso quòd de patre procedit, à patre tāquam caussa oritur. Dauides quidem, sacrosanctæ Trinitatis enarrator: Domini sermone, inquit, constabiliti sunt cœli, & spiritu oris ipsius omnis cœlestis exercitus. Quibus & illa Zachariæ verba sunt consentanea: Robustæ sint Zorobabeli, & Iosedeci sacerdotis, & populi manus, quo- C niā ego vobiscū sum, & Sermo meus, & Spiritus meus. Hæc Domini omnipotentis verba sunt. Pater igitur non est genitus, filius genitus, spiritus procedit, quæ tria sunt in seipsis lumina. Nō cōfundūtur, lucēt eodē lumine, lucēt æternū, indiuisè per hypostases siue personas distinguuntur, & sine confusione sunt vnū essētia supernaturali, & cōiūctione mētis vim superāte, & distātia nullā dimensionē admittente. Atq; vti tres hypostases Deitatis vnā essentiā in totidē naturas non diuidūt: ita vnitas essētiæ fontē illū Deitatis tribus ostiis æternū fluentem, in vnam siue personam siue D hypostasin neque cōmiscet neque contrahit. Ergo & pater lumen est, & filius est lumen, & Spiritus itidē sanctus: & nihilo tamen minus hi tres vnū lumē existūt, quod est supra omne tempus, & ante sæcula, & expers principij, & personas tres habet, & tres hypostases, & tres Dominos, & thronos tres, & trinā lucē & trinū splēdorem, & lucis æqualitatē, immutabile, nulli obnoxium diminutioni, caliginis expers, inuictū, interitui minimè subiectum, vna essentia, potestas vna, vna gloria, vnū regnū, vna diuinitas, vna voluntas, actus, imperium. E Denique non nisi vnitas, æqualitas, identitas est in Trinitate, extra proprietatem ingeniti, & geniti, & procedentis: vnaquaque hypostasi singillatim & existēte, & exstitura, non aliquando orta, non desinēte, sed eodē se modo semper habēte, ac manēte citra mutationem omnem. Semper enim exstitit Deus ac pater, qui quidē semper est pater vnigenæ filij, Sermonis subsistentis, à quo facta sunt vniuersa,

Remouendas esse à doctrina de Trinitate cogitationes de generatione humana.

Personarum proprietates.

quibus & diuus ille ſpiritus ſemper adeſt, vnáque cum ipſis ab omnibus intelligentia rationéque præditis creatis adoratur. Nemo in his vel prior eſt natu, vel poſterior: non acceſcit, non imminuitur inſtar luminis, quod ſub ſeoſum cadit, vel inſtar earum, quæ ſupra mundum ſunt, copiarum. Quæ quum vniuerſæ natura ſua idem exiſtant, (quemadmodum & animi hominum rationis participes idem natura ſua ſunt omnes) partim tamẽ ordine, partim ſtatione, partim adſiſtendi miniſtrandique munere differunt, ac per incrementa, & mutationes, & conuerſiones, libero animi conſilio vel in melius vel deterius propẽdentes, non aliqua naturali neceſſitate magis minúſve degenerant, excellentibus aliis alias ſecũdùm ea quæ indicauimus, diſcrimina. Quin & homini luminis appellatio tribuitur, & ſoli, & lunæ, & vario reliquorũ ſiderum choro: quorũ tamẽ maximo numero luminũ, de materie conſtantium, multiſque partibus ac modis inter ſe diuerſorũ auctor eſt & opifex verum illud & expers materiei lumen, nimirum Deus & pater, qui eſt ſupra omnia, cũ vnigena filio ſuo, diuóq; ſpiritu, incorporeus, ſub adſpectum non cadens, omni & natura & cognitione ſuperior: Qui filium genuit, & ſpiritum produxit ratione ſecundum naturam ineffabili, ſine vllo tempore, ante ſæcula. Nõ enim quidquã vel maius vel minus natu, non quidquam prius exiſtens aduentitiúmve diuina in Trinitate vel ante ſæcula fuit, vel eſt hodie, vel deinceps erit. Nimirum tria ſemper exiſtunt, tria ſunt eiuſdem ſanctitatis, tria ſimul expertia principij, tria agentia, tria ſimul agentia, tria in eadem forma, tria conformia, tria efficacia, tria effectionibus coniuncta, tria ſubſiſtentia, tria ſimul ſubſiſtentia, quæ non mutantur, neque tranſeunt, neque miſcentur inter ſeſe. Nam ſemper exiſtit pater, & quidem ſolummodo pater eſt, non etiam filius: ſemper exiſtit filius, & quidem ſolummodo filius eſt, non etiam pater: ſimilitérque diuus ille ſpiritus nec pater eſt, nec filius: ſed omni ſine mutatione procedit: ſemper habent id, quod ſingulis eſt peculiare, perfectione ſumma, pro ſua vnuſquiſque hypoſtaſi. Nimirum pater, filius, ſpiritus ſanctus, in vnitate Trinitas & eſt, & intelligitur, & profitendo perhibetur, & adoratur ab iis, qui verè, non ſpeciei cauſſa, vel blaſphemè adorant, vt Arius qui & Dei naturam diſtrahit, & ad trutinam reuocat, & maius ac minus diuina in Trinitate imaginatur: vel vt Sabellius, qui eandem commiſcet ac confundit, & υἱοπατορίαν, hoc eſt, patris filiique confuſionem ſingulari furore docet. Quapropter ſtatuamus Trinitatem parem potentia, gloria, amplitudine, vel potius ſumma cum gloria, & amplitudine, omnem animi perceptionem ſuperantem, idque in vna diuina natura, regno, robore, libera poteſtate,

Diſcrimen increati luminis, & creatorum.

Impia de Trinitate ſententia reucienda.

ἀεὶ ξυνόντος αὐτοῖς τοῦ θείου πνεύματος, καὶ τιμωμένου καὶ προσκυνουμένου παρὰ πάσης νοερᾶς τε καὶ λογικῆς φύσεως. οὐ πρεσβύτερος τις ἐξ αὐτῶν ἢ ἐπίγονος, οὐκ αὔξων, οὐ λήγων κατὰ τὸ αἰσθητὸν φῶς, ἢ τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις. αἱ ταυτὸν μὲν τῇ οὐσίᾳ πᾶσαι ὑπάρχουσαι (ὁμοίως καὶ αἱ λογικαὶ βροτῶν ψυχαὶ, ταυτὸν ὑπάρχουσαι τῇ οὐσίᾳ πᾶσαι.) αἱ μὲν τυγχάνουσι τάξει, αἱ δὲ στάσει, ἕτεραι δὲ, παραστάσει, καὶ λειτουργίᾳ, ἐπιβολαῖς καὶ μεταβολαῖς καὶ μεταστροφαῖς, αὐθαιρέτως πρὸς τὸ χεῖρον ἢ κρεῖττον ῥέπουσαι, οὐκ ἀνάγκῃ δὲ φυσικῇ ἐκπίπτουσαι κατὰ τὸ μεῖζον καὶ ἧττον· ἐν τούτοις τὸ διάφορον ἔχουσαι τῆς ὑπεροχῆς. φῶς δὲ καὶ ὁ βροτὸς προσαγορεύεται, φῶς καὶ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καλεῖται· φῶς καὶ ἡ ποικίλη τῶν ἄστρων χορεία κατονόμασται. ἀλλὰ τῶν εἰρημένων πλείστων ὑλικῶν καὶ διαφόρων φώτων πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ποιητὴς καὶ δημιουργὸς ὑπάρχει τὸ ἀληθινὸν καὶ ἄϋλον φῶς, ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς καὶ πατὴρ, σὺν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ παιδὶ καὶ θείῳ πνεύματι· ὁ ἀσώματος, ὁ ἀόρατος, ὁ ὑπερούσιος καὶ ὑπεράγνωστος, ὁ τοῦ μὲν υἱοῦ γεννήτωρ, τοῦ δὲ πνεύματος προβολεὺς, κατὰ φύσιν ἀφάτως, ἀχρόνως, πρὸ τῶν αἰώνων. οὐ γὰρ πρεσβύτερον ἢ ἐπίγονον, οὐ προϋπάρχον ἢ ἐπείσακτόν τι ἐν τῇ θείᾳ τριάδι, οὐ προαιώνιον, οὐ τήμερον, οὐκ ἐπέκεινα. τρία γὰρ ὑπάρχει ἀεὶ, τρία σύναγια, τρία ξυνάναρχα, τρία ἔμπρακτα, τρία σύμπρακτα, τρία ἔμμορφα, τρία σύμμορφα, τρία ἐνεργὰ, τρία σύνεργα, τρία ἐνυπόστατα, τρία συνυπόστατα, οὐ μεταβαλλόμενα καὶ μεταχωροῦντα, ἢ μιγνύμενα εἰς ἄλληλα. ἀεὶ γὰρ ὁ πατὴρ, καὶ μόνον πατὴρ, οὐχὶ καὶ υἱός· ἀεὶ υἱὸς ὁ υἱὸς καὶ μόνον υἱός· οὐχὶ δὲ καὶ ὁ πατήρ. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ θεῖον πνεῦμα, οὔτε πατήρ ἐστιν, οὔτε υἱός· ἀλλ᾽ ἐκπορευτὸν ἀναλλοιώτως. ἀμεταβλήτως ἔχουσιν ἀεὶ τὸ ἐσῶς καὶ ἰδιάζον καὶ ὑπερτέλειον, κατὰ τὴν οἰκείαν ἕκαστος ὑπόστασιν· πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα τριὰς ἐν μονάδι ἐστί τε καὶ νοεῖται, καὶ ὁμολογεῖται καὶ προσκυνεῖται, παρὰ τῶν ἐν ἀληθείᾳ καὶ οὐ σχήματι καὶ βλασφημίᾳ προσκυνούντων, ὡς Ἄρειος, διαιρῶν καὶ ζυγοστατῶν, μεῖζον καὶ ἧττον ἐν τῇ θείᾳ τριάδι φανταζόμενος, ἢ ὡς Σαβέλλιος συναλείφων καὶ συγχέων, υἱοπατορίαν μεμηνότως παιδεύων. ἰσοσθενὴς τοίνυν ἡ θεία τριὰς, ἰσοκλεὴς, ἰσομεγέθης, μᾶλλον δὲ ὑπερκλεὴς, ὑπερμεγέθης, καὶ πάσης καταλήψεως ὑπερτέρα, ἐν μιᾷ θεότητι καὶ βασιλείᾳ, καὶ ῥώμῃ καὶ αὐθεντίᾳ,

πάντα ἐκ μηδενὸς ὑποκειμένου δημιουργήσαντα, τὸ δὲ ὅπως, ἐκείνην τὴν ἀκρίβειαν καταλείψωμεν. οὐδεὶς γὰρ οἶδε τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδὲ τὸν υἱόν τις ἐπίσταται, εἰ μὴ ὁ πατήρ. ἀποκαλύπτει δὲ βροτοῖς ἐκείνους τὸ θεῖον πνεῦμα. οὐκοῦν ταῦτα τρία ὄντα, οὐκ αὔξονται, οὐ λήγονται, οὐ κορυφούμεθα, οὐ συναγόμεθα, ἐξ αὐτοῦ ἢ περὶ αὐτοῦ ἢ πρὸς αὐτὸν ἕκαστα ἀξίως νοούμενα, καὶ ὀρθῶς πιστευόμενα. καθὼς ἑαυτὰ ἀποκαλύπτει φῶς, πῦρ, πνεῦμα, καὶ ἑτέραις οἶμαι ὁράσεων παραβολαῖς καὶ ὁμοιώσεσι, καθὼς ἄξιος φανείη τοῖς θείοις διακονούμενος.

Πεῦσις δ'.

Καὶ πῶς Μωϋσῆς γράφει, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν; ἐν δὲ τῇ ᾠδῇ, ἡ Ἄννα, ὅτι οὐκ ἔστιν ἅγιος ὡς ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἔστι δίκαιος ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἅγιος πλὴν σοῦ; αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς λέγει, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ οὐκ εἶπε Θεόν.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐχ ὑπεξάγων ἑαυτὸν τῆς θεότητος ὁ Χριστός, ταῦτά φησιν, εἰς μοναρχίαν δὲ καὶ θεογνωσίαν ἀνάγων ἡμᾶς μᾶλλον, ἵνα μηκέτι ὦμεν τοῖς στοιχείοις τοῦ κόσμου ἱκετεύοντες, καὶ ἀντὶ Θεοῦ τοῖς συνδούλοις λατρεύοντες, καὶ εἰς πολυθείαν εἰδώλων ὑποφερόμενοι. φησὶ γοῦν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. τίνα τοῦτον, ἀλλ' ἢ Θεόν, καθώς φησιν ὁ Ἰωάννης, ὁ μονογενὴς υἱός, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρός, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. συμφώνως δὲ τούτοις, Παῦλος γράφων περὶ Χριστοῦ, ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός.

Πεῦσις ε'.

Εἰ οὖν ἴσος τῷ πατρὶ ὁ υἱός, διατί μὴ προσκυνεῖται τοῖς Ἰωάννου καὶ Παύλου γράμμασιν, ὡς ἐπὶ τοῦ πατρὸς τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν;

Ἀπόκρισις.

Ἆρ' οὖν οἷός τε ἀρχὰς ὑποσπάσασθαι τὴν καθολικὴν Ἰωάννου ἐπιστολήν, πρὸς τῷ τέλει βοῶσαν ὅτι Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ζωὴ αἰώνιος· καὶ ἑτέρωθεν, περὶ μὲν τοῦ πατρός φησιν, ὅτι φῶς ὁ Θεός, καὶ οὐ προσέθηκε τὸ ἀληθινόν. τολμητέον ἄρα φῆσαι, μὴ εἶναι φῶς ἀληθινὸν τὸν πατέρα;

Πεῦσις ς'.

Περὶ μὲν τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἱκανῶς ἀπέδειξας τὴν ἰσότητα. λοιπὸν δὲ, ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ζητοῦμεν τοῦ ἀληθινοῦ συμφωνίαν.

Ἀπόκρισις.

Ἱκανῶς τοῦτο παιδεύει ἡμᾶς αὐτὸς ὁ υἱός. ἐὰν γὰρ ἐγὼ ἀπέλθω, φησίν, ἐκεῖνος ἔρχεται τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας.

A quæ vniuersam rerum naturam de nulla materie subiecta fabricata sit. Quomodo autem hæc sese habeant, id verò accuratè peruestigare supersedeamus. Nam nemo nouit patrē, extra quàm filius, & filium nullus extra patrē nouit. Mortalibus autem eos diuus ille spiritus patefacit. Atque in hunc modum hæc tria sic existunt, vt nec accrescant, nec minuātur, nec altiùs insurgant, nec contrahantur: & singula ex se, vel à se, vel ad se, ratione ipsis consentanea, tam intelligantur quàm credantur. Quemadmodum seipsa patefaciunt Lumen, B Ignis, Spiritus. Quin & per alias, vt equidem arbitror, visionum comparationes ac similitudines patefiunt, prout dignus is habitus fuerit, qui diuinas res tractat.

4. *Interrogatio.*

At enim quî Moyses scribit, Deus ille tuus, qui Dominus est, vnus est Dominus? Et id Annæ hymno dicitur: Non est quisquam sanctus, vt Dominus: non est quisquam iustus, vt Deus noster: non est quisquam sanctus extra te. Quin & ipse Christus ait: Vt agnoscant solum verum Deum esse te, & quem misisti Iesum esse Christum. Non inquit, Iesum esse C Deum.

Responsio.

Obiectio contra Trinitatis doctrinam, prima: Deus vnus est.

Enimuero Christus his verbis à deitate seipsum non eximit, sed potius ad vnius rerum principis ac Dei nos agnitionem in sublime ducit, ne mundi elemētis amplius suppliciter addicti simus, ac Dei loco nostris conseruis cultum diuinum exhibentes, ad deorū multitudinem exorbitemus. Idcirco quum ait, Et quem misisti Iesum esse Christum: quemnam hunc esse dicit, nisi Deum? sicut & Ioannes inquit: Vnigena filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quibus sunt consentanea, D quæ Paulus de Christo scripsit. Quorum sunt patres, & ex quibus Christus est, quod carnem attinet, qui est Deus supra vniuersa.

5. *Interrogatio.*

Altera obiectio: Christus non appellatur verus Deus.

Si ergo patri æqualis est filius, cur in Ioannis & Pauli monumentis litterarum non adorationis eo cultu adficitur, quo pater, cui veri Dei appellationem illi tribuunt?

Responsio.

Ergóne quisquam poterit vniuersè receptā Ioannis epistolam subuertere, quæ in extremo clamat: Iesus Christus hic verus Deus est, & vita æterna? Et alio quodam loco de E patre dicit, Deus est lumen: neque adiicit vocem, Verum. Ergóne dicere audeamus patrem non esse verum Lumen?

6. *Interrogatio.*

3. An Spiritui sancto veri Dei tribuatur appellatio.

Satis abs te patris & filij demonstrata est æqualitas. Quamobrem quod reliquum est, cupimus etiam de spiritu sancto fateri opera tua, verum hunc Deum dici.

Responsio.

Id verò filius ipse nos abundè docet, quum ait: Ego si abiero, veniet ille, qui spiritus est veritatis.

καὶ ἄκτιστον Θεὸν, τὸν ἀναλλοίωτον, τὸν ἄκτιστόν τε καὶ συναΐδιον τῷ πατρὶ, πρὸ αἰώνων ξυνυπάρχοντα. Ἰωάννου μὲν βοῶντος, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς, αὐτὸς Μωσεῖ ἐντέλλεται εἰπεῖν τῷ Φαραὼ, οὐχ ὁ ποτὲ κτισθεὶς, (κατὰ τοὺς εἰκαιοβούλους καὶ ματαιόφρονας,) ἀλλ' ἐρεῖς, φησὶν, ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με. αὐτὸς δὲ περὶ ἑαυτοῦ ἐν Παύλῳ φησὶ, Χριστὸς ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός.

Πεῦσις ι'.

Ἀλλὰ Μωϋσῆς περὶ τοῦ πατρὸς ἔγραψε τὸ, ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με, οὐ γὰρ περὶ Χριστοῦ.

Ἀπόκρισις.

Ἀξιῶ ὑμῶν τὴν ἀγάπην, μὴ παραχαράττειν τὰ εὐαγγέλια, τοῦ Κυρίου ἐν αὐτοῖς διηγορευκότος, Μωσῆς ἔγραψε περὶ ἐμοῦ, καὶ αὐτὸς μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. ὢν τοίνυν ὁ πατὴρ, καὶ ὢν ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς, οὐ συναλοιφὴ ὢν τῷ πατρὶ, οὐκ ἀρξάμενος τοῦ εἶναι, ἀλλὰ συνὼν τῷ πατρὶ ὡς γνήσιος υἱός. οὐκ ἦν γὰρ ποτὲ αἰὼν ἢ χρόνος ἢ καιρὸς ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός. ἄρα καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ἦν ἑτέρου πατρὸς τοῦ πρὸ αὐτοῦ; ἅμα οὖν πατέρα ὁμολογήσας, ξυνομολόγει αὖθις τὸν μονογενῆ, καὶ φίλτατον παῖδα. οἱ γὰρ δεχόμενοι διὰ τῆς προσυπάρξεως τὸν πατέρα ἡμῶν, τέλεον ἀσεβοῦσι, χρόνον ἢ καιρὸν προστάττοντες τοῦ ποιητοῦ τῶν αἰώνων Χριστοῦ. παρὰ Θεῷ γὰρ οὐκ αἰὼν, οὐ χρόνος, οὐχ ἡμερῶν περίοδοι, οὐ στιγμαὶ, οὐκ ἄτομοι, οὐ ῥιπὴ ὀφθαλμοῦ, ἢ διανοίᾳ φαντασθῆναι δύναταί τι τῆς ἀφράστου τριάδος τὸ ἄχρονον. εἰ γὰρ φῂς ὅτι ἦν πατὴρ ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός, τίνος ἄρα ὑπῆρχε πατὴρ μὴ ὄντος υἱοῦ; εἰ δ' αὖ πάλιν τὸν πατέρα αὐτὸν μὴ ὑπάρχειν ὑποστὰς εἰς, ξυναφέλου αὐτὸν καθόλου τὸ εἶναι. πίστευε οὖν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, μὴ συνούσιον, κατὰ τὴν τοῦ Σαβελλίου παράνοιαν. τὸ μὲν γὰρ, ὑπάρχει ὑποστάσεως δηλωτικὸν, τὸ δὲ, βλασφημίας, εἰς πατέρα τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος ἀναχεομένων, καὶ εἰς μονάδα τὴν τριάδα ἀναλυούσης, ὅπερ ἀλλότριον παντελῶς τῶν θείων ὑπάρχει νόμων.

Πεῦσις ια'.

Ἐξ ὧν διεισόμεθα, τριθεΐαν φρονεῖς τιμιώτατε πάτερ, εἰς ἣν ἐκφερόμενοι εἰς πολλὰ ἐκπεσούμεθα, καὶ οὐ μοναρχίᾳ ἀλλὰ πολυθεΐᾳ λατρεύειν παρασκευάζεις ἡμᾶς.

Ἀπόκρισις.

Οὐ τὴν θείαν φύσιν διαιρῶν, τρεῖς αὐτῆς ὑποστάσεις φημὶ, ἀλλ' ἐκείνης τὴν ἕνωσιν ὁμολογῶν, τριάδα ποτνιῶμαι δεόμενος.

Πεῦσις ιβ'.

Τὸ δὲ λέγειν σε Θεὸν τὸν πατέρα, καὶ Θεὸν τὸν υἱὸν, καὶ Θεὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα, τριθεΐαν φανερῶς διδάσκεις.

A immutabilem, non creatum, coæternum patri, & cum eo subsistentem ante sæcula: de quo Ioannes clamat, Qui est in sinu patris: & qui Mosem Pharaoni dicere iubet: Non, is qui conditus aliquando est, (de sententia stolidorum quorundam & insipientium) sed, Qui est, ad te me ablegauit. Ipse denique de se per Paulum ait, Christus qui est Deus supra vniuersa.

6. De libro Exodi.

10. *Interrogatio.*

Immo de patre scripsit hoc Moses, Qui est, ad te me ablegauit: non de Christo.

Responsio.

B Equidem à vestra charitate peto, ne sacrorum Euangeliorum falsarij sitis, in quibus ipse Dominus hoc diuinitus protulit: Moses de me scripsit, & mihi testimonio est. Igitur & pater est existens ille, & filius existit cum patre, de patre genitus, non confusus cum patre, non existendi principium habens: sed existens cum patre, tanquam natiuus filius. Nec enim vnquam æuum aliquod, vel tempus, vel temporis articulus fuit, quo filius non existeret. Cæteroqui num & ipse pater, erat alterius se prioris patris? Quapropter simul patrem profiteberis, & mox cum patre vnigenam dilectissimúmque filium. C Nam qui se patrem bonore potant adficere, si dicant eum prius exstitisse, prorsus impij propterea sunt, quòd tempus ante sæculorum opificem Christum statuunt. Etenim apud Deum nec æuo locus est, nec tempori, nec dierum conuersionibus, nec puncto, nec minutis, nec oculi momento, sicuti nec informare secum mens vlla Trinitatis ineffabilis æternitatem potest. Quippe si dicas, fuisse patrem aliquando, quum filius non existeret: cuius erat obsecro pater, quum filium non haberet? Quòd si negas D eum patrem esse, simul ipsam eius naturam in vniuersum tollito. Quapropter credendum, esse filium eiusdem essentiæ cum patre, non cum essentia patris confusum, quemadmodum Sabellius delirabat. Nam horum alterum significationem personæ ac substantiæ habet, alterum planè blasphemum est: quando ea ratione filius & spiritus cum patre commiscentur, ac Trinitas in vnitatem resoluitur: quod omnino diuinis à legibus est alienum.

ὁμοούσιος & συνούσιος

11. *Interrogatio.*

E Quantum nos quidem deprehendimus, veneratione dignissime pater, tres esse Deos statuis. quò si exorbitabimus, in multitudinem incidemus. Eáque ratione fiet vt nos doceas colere nō vnum principem Deū sed multos.

7. num tres Dij.

Responsio.

Ego verò quum tres personas statuo, non diuinam naturam diuido: sed vnitatem eius confitendo, Trinitatem supplex imploro.

12. *Interrogatio.*

At quum Deum patrem, Deum filium, & Deum spiritum sanctum dicis, manifestò tres Deos doces.

Aaa

Responsio.

Immo Trinitatem profiteot vnius & eiusdem essentiæ, potestatis ac diuinitatis eiusdē, quæ non augescit, vel deminuitur, vel deficit, nec incrementum numeri recipit. Quanquā enim Sermoni placuit cum carne vniri, numero tamen Trinitatis haudquaquā aliquid addidit. Quapropter vnicum est in Trinitate signaculum atque salus, & nihil in eadē creatū. Quippe si pater est increatus, filius autem creatus, itemqoe spiritus, de sententia fabularum Arij, reliquorumque dementium: quônam quæso pacto creatis increatum coniunctum est & copulatum, ita vt pari honore gloriáque cū eo adficiatur in obsignatiooe * perfectionis illius arcanæ? quasi videlicet pater salutem largiri non possit, ac proptetea creata duo, quorum ope vteretur, adsumpserit.

* hoc est, in baptismo

13. *Interrogatio.*

8 Obiectio.

Quòd si ergo tres sunt Trinitatis personæ ac tres hypostases, omnino sequetur, hypostasim personam, ac personam vicissim hypostasim constituere, qua ratione tres Dij significantur: id quod Apostolus refellere volens, in hæc verba scripsit: Vnus Dominus, vna fides, vnū baptisma. Et ante ipsum Moses ad Israeliticos inquit, Dominus Deus ille tuus, Dominus vnus est. *Responsio.*

At præter Mosem & Paulum etiam Cheruborum Seraphorumque vocem illam audiamus, qua citra intermissiooem clamant: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Nā hoc non vel bis vel quater animalia illa spiritualia diuinóque numine plena proferunt, non item semel tātùm efferunt, vel Sancti, Sancti, dicunt, ne quod vnicum est, plures appellationes habere declarent: sed tribus sanctitatē perpetuò tribuūt, & singulari nihilominus vtuntur numero, ne Deûm multitudinem in animos rudiorum inserant.

14. *Interrogatio.*

9 Obiectio ex Paulo.

Quid igitur sibi vult, quod perscriptum legimus, Spiritus scrutatur etiam Dei profunditates? Si Trinitas vnius & eiusdem est essentiæ, si vna cognitio, voluntas vna, diuinitas vna, nec quidquam in ea creatum vel inæquale: quo tandem pacto scrutari spiritus profunditates Dei, tanquam eas ignorans, dicitur? Quippe si eas cognitas habet, perscrutationis haud indiget: quum scrutari, sit ignorationis.

Responsio. At noo scrutatur ex ignoratione vel curiositate, quemadmodum furens ille Macedonius tradit, sed natiua quadam ipsi proprietate. Nam quum diuinus ille sanctissimusque spiritus est in egregiis & sanctis hominibus, sic eos instruit, vt profunditates Dei scrutentur, de faciliore ac obuia cuiuis litterarum sacrarum indagatione subuehens ipsos ad sensum quendam sublimiorem, dum in perscrutatione rerum diuiniorum quasi ad fundum mens penetrat, pérque spiritus hamū de huius vitæ gurgite piscē animi educit, continentē ore staterē illum maximi pretij,

Ἀπόκρισις.

Τριάδα φημὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας, τῆς αὐτῆς ῥώμης τε καὶ θεότητος, οὐκ αὔξουσαν ἢ μειουμένην καὶ λήγουσαν, οὐ προσθήκην τὴν ἀριθμοῦ λαμβάνουσαν· εἰ καὶ σαρκὶ ἑνωθῆναι ὁ λόγος ηὐδόκησεν, μηδὲν ἐπεισάγων τῷ ἀριθμῷ τῆς τριάδος. μία οὖν ἐν τριάδι σφραγὶς καὶ σωτηρία, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ κτιστόν. εἰ γὰρ ἄκτιστος ὁ πατὴρ, κτιστὸς δὲ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα, κατὰ τοὺς Ἀρειανοὺς μύθους, καὶ τοὺς λοιποὺς μανιόφρονας, τίνι λόγῳ συμπλέκεται καὶ συνδέδεται συγκαταριθμούμενον καὶ συνδοξαζόμενον τοῖς κτιστοῖς τὸ ἄκτιστον, ἐν τῇ σφραγῖδι τῆς μυστικῆς τελειότητος; ἆρ' ὡς μὴ οἵου τε τοῦ πατρὸς σώζειν, καὶ προσλαβομένου βοηθείας τὰ δύο κτιστά;

Πεῦσις ιγʹ.

Εἰ οὖν τρία τῆς τριάδος πρόσωπα καὶ τρεῖς ὑποστάσεις, πάντως ἡ ὑπόστασις ἓν πρόσωπον ἂν εἴη, καὶ τὸ πρόσωπον ἐνυπόστατον. ἐξ ὧν τρεῖς δηλοῦνται θεοί. ὅπερ ἀναιρῶν ὁ ἀπόστολος γράφει, εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. καὶ πρὸ τούτου Μωσῆς τῷ Ἰσραήλ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ μετὰ Μωσέως καὶ Παύλου, καὶ τῆς φωνῆς τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, ἀκούσωμεν, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἀσιγήτως βοώντων. οὐ γὰρ δὶς ἢ τετράκις τοῦτο, φασὶ τὰ πνευματικὰ ἐκεῖνα καὶ θεοφόρα ζῶα, οὐδ' αὖ πάλιν μονοφωνοῦσιν, ἢ ἅγιοι ἅγιοι φασὶν, ἵνα μὴ τὸ ἑνικὸν πολυώνυμον ἀποφήνωσιν. ἀλλὰ τρισὶ μὲν τὸν ἁγιασμὸν ἀσιγήτως ἀναφωνοῦσιν, ἑνικῶς δὲ ἀποφαίνονται· ἵνα μὴ πολυθείαν τοῖς νηπιόφροσιν ὑποσπείρωσιν.

Πεῦσις ιδʹ.

Τί οὖν ἐστι τὸ γεγραμμένον, ὅτι τὸ πνεῦμα ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, εἰ ὁμοούσιος τριὰς, καὶ μία γνῶσις καὶ ἓν θέλημα, καὶ μία αὐτῆς ἡ θεότης, καὶ οὐ κτιστόν τε καὶ ἀνόμοιον ἐν αὐτῇ, πῶς ἐρευνᾷν λέγεται τὸ πνεῦμα τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀγνοοῦν; εἰ γὰρ γινώσκει, οὐ χρὴ ἐρευνᾷν· ἀγνοίας γάρ ἐστι τὸ ἐρευνᾷν.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἀγνοίᾳ ἢ περιεργίᾳ, κατὰ Μακεδόνιον τὸν μεμηνότα ἐρευνᾷ, ἀλλὰ γνησιότητι. ἐπειδὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐναρέτοις καὶ ἐναγίοις βροτῶν γένηται τὸ θεῖον καὶ πανάγιον πνεῦμα, παρασκευάζει αὐτοὺς τὰ βάθη ἐρευνᾷν τοῦ Θεοῦ, ἐκ τῆς προχείρου τοῦ γράμματος ἐξετάσεως, ἐπὶ τὴν ὑψηλοτέραν αὐτοὺς ἀνάγει διάνοιαν, τῇ ἐρεύνῃ τῶν θειοτέρων, ὥσπερ ἐν βυθῷ τινι γενομένης τῆς διανοίας καὶ τῷ ἀγκίστρῳ τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ βιωτικοῦ βυθοῦ τὸν ἰχθὺν τῆς ψυχῆς ἀνάγοντος, ἔχοντα ἐν τῷ στόματι τὸν πολυτίμητον στατῆρα,

καὶ τῶν πάντων σωτῆρα Χριστόν. οὕτως γὰρ καὶ ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος, ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ Χριστοῦ τὸν τῆς ψυχῆς ἰχθὺν δοῦναι τοῖς ἀπαιτοῦσι προστάττεται, ἔχοντα τὸν στατῆρα Χριστόν, καὶ τῆς πίστεως τὸν λόγον, ἐν τῷ στόματι, καὶ τὴν ἐκ βάθους καρδίας ἀναγωγὴν καὶ αἴνεσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ ὑψηλὸς ἀπόστολος, ἡμεῖς δέ, φησί, τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν, ἵνα ἴδωμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς φησιν, Ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε, διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. καὶ πάλιν Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός· τὸ στόμα μου φησὶν ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα, οὐκ ἀέριον δέ, ἀλλὰ τὸ θεῖον, δι' οὗ τὰ ἀπόκρυφα τῆς θεανδρικῆς τοῦ Θεοῦ παρουσίας, πρὸ χιλίων ἤδη ἐτῶν προαναπεφήνατο, διαῤῥήδην τραγῳδῶν τῷ Θεῷ, τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.

Πεῦσις ιε'.

Καὶ εἰ Θεὸς ὁ υἱὸς καὶ ἴσος τῷ πατρί, πῶς ἀγνοεῖ ἃ ὁ πατὴρ γινώσκει; αὐτὸς γὰρ ἐν εὐαγγελίοις λέγει, ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν τῆς συντελείας, οὔτε οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὔτε ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος.

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ οὖν παραδείγμασι βροτῶν κεχρῆσθαι πέφυκεν ἡ θεία γραφή, καὶ φυσιολογίαις πολλάκις, καθὼς ἐν εὐαγγελίοις ἐξηγεῖσθαι φησιν ὁ Κύριος, ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, καὶ κόκκῳ σινάπεως· καὶ Παῦλος δὲ ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν, σώματα φησὶν ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια, φυσιολογεῖ δὲ καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων, ἀπὸ σάλπιγγος αὐλοῦ καὶ κιθάρας. κἀγὼ τοίνυν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀμυδρᾷ εἰκόνι χρήσομαι. ἆρ' οὖν ἀγνοεῖ ὁ ἐμὸς λόγος τὰ ἐμὰ βουλεύματα; ἀλλ' οὐδεὶς τῶν ὁπωσοῦν παιδείας μετειληφότων ταῦτα ἐρεῖ. πῶς οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς λόγος ἀγνοεῖ τὰς ἐκείνου βουλάς, φάσκων, πάντα, ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστι; τὸ, Θεὸς ἡ ζωή, τὸ φῶς, τὸ ἀθάνατον, τὸ ἀκατάληπτον. καὶ πάλιν, καὶ πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι πάτερ, καὶ τὰ σὰ ἐμά. εἰ τοίνυν πάντα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἡ γνῶσις ἡ τοῦ πατρός, πάντως αὐτοῦ ἐστι καὶ τοῦ πνεύματος, ὡς μετ' ὀλίγον πλατυτέρως ῥηθήσεται.

Πεῦσις ις'.

Τί οὖν; ἐπεὶ ἐγὼ λέγω, πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστιν, ἆρα καὶ τὴν γνῶσιν ἔχω τοῦ πατρός, καὶ τὴν βουλὴν αὐτοῦ οἶδα;

Ἀπόκρισις.

Ἐρωτῶ κἀγὼ ὑμᾶς ἀξιάγαστοι, τίς μείζων, ἡ ἡμέρα καὶ ἡ ὥρα ἐκείνη, ἢ ὁ πατήρ;

Πεῦσις ιζ.

Ὁ πατὴρ δηλονότι, ὡς ἄναρχος καὶ προαιώνιος καὶ ἀκατάληπτός τε καὶ πάντων ποιητής.

adeóque Christum seruatorem omnium. Sic enim & Apostolus ille princeps pro seipso & Christo animæ piscem iis qui exigebant, dare iubetur, habentem staterem Christum, & fidei doctrinam, in ore, profectámque de profunditate cordis subuectionem & laudem. Ex profundis enim, inquit, clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meã. Sed & eximius ille Apostolus: Nos, inquit, spiritum Dei accepimus, vt sciamus quæ à Deo donata sint nobis. Atque iterum inquit idem: Nobis autem Deus reuelauit per spiritum suum. Et rursus diuinorum carminum auctor Dauides: Os meum (inquit) aperui, & spiritum attraxi, nempe non aërium, sed diuinum, per quem abscondita de aduentu vniti cum Deo hominis mille iam ante annos luculentè declarat, canens Deo: Obscura & abscondita sapientiæ tuæ nota fecisti mihi.

15. *Interrogatio.*

Si filius est Deus, & æqualis patri, quomodo ignorat ea quæ nouit pater? At verò ipse in Euangelio inquit: Nemo nouit diem, neque horam consummationis, neque angeli cœlestes, neque filius, nisi solus Pater.

10. Obiectio de die ac hora extrema, quã filius non nouit.

Responsio.

Solet humanis vti similitudinibus sacra scriptura, & de rebus naturalibus sæpenumero quædam petit, vt quum in Euangelio inquit Dominus: Simile est regnum cœlorum fermento, & grano sinapi. Paulus item ille sublimis, Corpora (inquit) cœlestia sunt, & corpora terrestria. Et de rebus naturalibus sumptum etiam illud, quod ad Corinthios scribens, tibiæ citharæque meminit. Iccirco & ipse nunc à rebus nostris petita exili quadam similitudine vtar. Num ignoraret mea ratio consilia mea? nullus hoc eorum, qui vel qualemcumque disciplinam cõsequuti sunt, dicet. Quomodo igitur Dei & patris Sermo ignorabit eius consilia? quum dicat ipse, Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt: nempe, quod Deus est vita, quod est lux, quod est immortalitas, quod est incomprehensibilis. Et alibi ait, Omnia mea tua sunt pater, & tua mea sunt. Si igitur omnia, quæ patris sunt, ipsius sunt: etiam cognitio, quæ patris est, omnino ipsius est, itémque spiritus, vt paulò pòst latiùs dicetur.

16. *Interrogatio.*

Num igitur, si dixero, Omnia quæcunque habet pater, mea sunt, etiam cognitionem habeo patris, & consilium eius noui?

Responsio.

Meritò interrogem & ego vos ô præclari, Quis maior? num dies & hora illa, an pater?

17. *Interrogatio.*

Pater vtique, qui est absque principio, & sæculis omnibus prior, & incomprehensibilis, & omnium conditor.

Responsio.

A Si ergo maior Pater, quàm hora & dies ille, & quidem maior omnibus: quomodo maius cognoscens filius, ignorabit minus? qui & conditorem cognoscit, & operatur cum ipso in omnibus, quomodo ignorabit à se facta? Quemadmodum, inquit, nouit me pater, etiam ipse noui patrem. Quomodo igitur ignorabit minus, qui nouit id quod maius est?

18. *Interrogatio.*

Atqui nos arbitramur etiam filio maiorem esse patrem, quemadmodum inquit ipse: Pater meus maior me est.

Responsio.

B Non satis piè putatis maiorem esse filio patrem, vel ambitus ratione, vel molis, vel temporis, vel dignitatis, vel roboris, vel diuinitatis, vel magnitudinis, vel excellentiæ. Nihil enim eiusmodi in sancta Trinitate locum habet: sed quatenus pater, pater est, legitimo quodam honore filius patrem adficit. Non enim mole quadam gestatur diuinitas, vt mole superet filium pater. Neque tempori subiacet vt prior tempore sit genitor genito. Neque item sublimitatis habita ratione separatim ponitur pater, qui omnia complectatur, C ipse à nullo comprehensus, expers magnitudinis & quantitatis.

19. *Interrogatio.*

Si igitur æqualis Deo ac patri filius est, & bonus quemadmodum ille, quomodo inquit ipse, Nemo bonus est, præter vnum Deum?

Responsio.

Non quòd neget in semetipso bonitatem, neque de diuinitate se eximens, solum inquit bonum esse Deum & Patrē. Summi nimirum amoris & bonitatis euidens argumentum est, D non sibi sed patri deferre honorem: quo ipso nos amore parentes prosequi debere docet. Nam spōte de se modestè loquēs, nō inanem captat gloriam, neq; dignitatis existimatione effertur, vt solent superbi & arrogantes, qui tenue ac obscurum imperium nacti eo ipso ad inamabiles mores, & omni à comitate in congressibus alienos per vocē præconis elati, immanem quādam in feram mutātur, ideóq; non ex mãsuetudine ac humanitate perpetuę gloriæ potestatem metientes, odiū in sese nō abs re concitabunt. Quod si temerè quoduis bonum deificabitis, plurimos in hac parte E Deos habituri sumus, multis in locis clamāte scriptura sacra, secundum Deum & alia quædam esse bona: verbi gratia, quum quodam ait in loco, bonum fuisse puerum, & sapientem Samuelem: alibi verò, bonus erat Saulus Cisi F. primus rex Israëlitearum. Et Arnæ propter orbitatem ac sterilitatē ingemiscenti dicebat Elcana: Quamobrem mœsto es animo? Nónne bonus tibi sum ego præ decem liberis Sapiēs autem in diuinis Solomō:

Ἀπόκρισις.

Εἰ τοίνυν μείζων ὁ πατὴρ τῆς ὥρας καὶ τῆς ἡμέρας καὶ πάντων· πῶς τὸ μεῖζον ἐπιστάμενος ὁ υἱός, τὸ ἔλασσον ἀγνοεῖ; καὶ τὸν ποιητὴν γινώσκων, καὶ συνεργῶν αὐτῷ ἐν πᾶσι, πῶς ἀγνοήσει τὰ ὑπ' αὐτοῦ ποιηθέντα; καθὼς γάρ φησι, γινώσκει με ὁ πατήρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα· πῶς οὖν ἀγνοήσει τὸ ἧττον, ὁ τὸ μεῖζον ἐπιστάμενος;

Πεῦσις ιη'.

Ἀλλ' ἡμεῖς νομίζομεν, καὶ τοῦ υἱοῦ μείζονα εἶναι τὸν πατέρα; καθὼς αὐτός φησιν, ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστιν.

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ὅσιον οἴεσθε, μείζονα ὑπάρχειν τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, ἢ περιφερείᾳ, ἢ ὄγκῳ, ἢ χρόνῳ, ἢ καιρῷ, ἢ ἀξίᾳ, ἢ ῥώμῃ, ἢ θειότητι, ἢ μεγέθει, ἢ ὕψει. οὐδὲν γὰρ τούτων ἐν τῇ θείᾳ τριάδι. ἀλλὰ καθὸ πατὴρ ὁ πατήρ ἐστιν, οὕτω γνησιότητι ὁ υἱὸς τὸν πατέρα τιμᾷ. οὐ γὰρ ὄγκῳ φέρεται τὸ θεῖον, οὐδ' ὑπερέχει εἰ τοῦ παιδὸς ὁ πατήρ, οὐ χρόνοις ὑπόκειται, ἵνα ὑπερέχων ᾖ ὁ γεννήτωρ, τοῦ γεννηθέντος. οὐδ' αὖ πάλιν τῷ ὕψει μερικῶς ἐκτείνεται ὁ πατήρ, πάντα περιέχων, ὑπ' οὐδενὸς δὲ περιεχόμενος, ἀμεγέθης ὑπάρχων καὶ ἄποσος.

Πεῦσις ιθ'.

Εἰ οὖν ἴσος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ὁ υἱός, καὶ ὡς ἐκεῖνος ἀγαθός, πῶς αὐτὸς λέγει, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἀρνούμενος ἑαυτὸν τῆς ἀγαθότητος οὐδ' ὑπεκφερόμενος τῆς θεότητος μόνον, φησὶν ἀγαθὸν ὑπάρχειν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα. ἄκρας γὰρ στοργῆς καὶ ἀγαθότητος ἐναργὴς ἀπόδειξις, τὸ μὴ ἑαυτῷ ἀλλὰ τῷ πατρὶ ἀναφέρειν τὴν τιμήν, φιλοπάτορας ἡμᾶς παιδεύων ὑπάρχειν. αὐθαιρέτως γὰρ μετριάζων οὐ φιλοδοξεῖ, οὐδὲ τῷ ἀξιώματι κορυφοῦται κατὰ τοὺς ὑβριστὰς καὶ ἀλαζόνας ἀμυδρᾶς ἐπειλημμένους ἀρχῆς, διὰ τὸ πρὸς τὸ ἀμειδὲς καὶ δυσπρόσιτον τῇ τοῦ κήρυκος φωνῇ ἐξογκούμενοι. καὶ πρὸς ἀνήμερον θῆρα μετατυπούμενοι· οὐχ ἡμερότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐξουσίαν κρίνοντες τῆς ἀλήκτου δόξης, εἰκότως ἐπαχθήσονται. εἰ δὲ προχείρως πᾶν ἀγαθὸν ζωοποιεῖτε, πλείστους ἐν τῷ μέρει τούτῳ Θεοὺς ἕξομεν, πολλαχοῦ τῆς θείας γραφῆς μετὰ Θεὸν βοώσης ὑπάρχειν καὶ ἕτερα ἀγαθά, πῇ μὲν φασκούσης ἀγαθὸν παῖδα γεγονότα καὶ σοφὸν τὸν Σαμουήλ, πῇ δὲ ἀγαθὸς Σαοὺλ υἱὸς Κίσου, ὁ πρῶτος τοῦ Ἰσραὴλ ἄναξ, καὶ τῇ Ἄννῃ ἀπαιδίᾳ καὶ στειρώσει ποτνιωμένῃ φησὶν ὁ Ἐλκανᾶ, τί λυπῇ, οὐκ ἀγαθὸς σοι ἐγὼ ὑπὲρ δέκα τέκνα; ὁ δὲ τῶν θείων σοφὸς Σολομών·

ἀγαθόν, φησί, πορευθῆναι εἰς οἶκον πένθους. καί, ἄνοιξον τὸν οὐρανὸν τὸν θησαυρόν σου τὸν ἀγαθόν. καί, ἀγαθὸς λόγος ὑπὲρ δόμα, καὶ ἀγαθὸς κύων ζῶν, ὑπὲρ λέοντα τεθνηκότα· εἰ δὲ καὶ ἔζη, οὐκ ἂν εἴη Θεός, ὥσπερ οὐδὲ ὁ ζῶν κύων, εἰ μὴ παρ' Ἕλλησιν ἴσως, παρ' οἷς κρῆναι, καὶ κρόμμυα, καὶ γαστρὸς πνεύματα μεμηνότες ἐκθειάζονται.

Πεῦσις κ.

Ἐπειδήπερ ἀνωτέρω ἐπηγγείλω πλατυτέρως λέγειν περὶ τοῦ γινώσκειν τὸν Χριστὸν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν τῆς συντελείας, ἀπόδος ἡμῖν τὸν λόγον, μήποτε ζητούντων ἡμῶν, δυνηθῶσιν οἱ ἐναντίως ἑτέρως ἡμῶν περιγενέσθαι.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ μὴ τὰ οἰκονομικῶς περὶ αὐτοῦ εἰρημένα, πρόφασις βλασφημίας ὑμῖν γένηται, τὸ, ποῦ τεθείκατε αὐτὸν, ἢ τίς μου ἥψατο, ἢ τίνα ζητεῖτε, ἢ τίνα με λέγουσιν; ἢ ὅτι τὸ παιδίον ηὔξετο, καὶ ἐκραταιοῦτο, καὶ προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ. οὐδὲν γὰρ τούτων ἀγνοίας κατηγορεῖ, τοῦ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γενομένου λόγου Θεοῦ. ἐκ τούτων δὲ μᾶλλον ἴσον τῷ πατρὶ δεικνυμένου. ὁ πατήρ γάρ μου φησὶν, ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. οὐκ ἐκλείποντος τινος τῇ παρ' ἡμῶν τοῦ παντὸς δημιουργίᾳ, ἀτελοῦς τῆς κτίσεως ὁρωμένης, ἀλλ' ἐργαζόμεθα τὸν κατ' ἀρετὴν βίον, βροτοῖς ὑποτιθέμενοι τὸν σὺν Θεῷ ἡμῶν πατρί, διὰ τῶν ὑπ' ἐκείνου ἤδη ἐκ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταῤῥωσθέντων. ὁ πατὴρ ἐπύθετο προπάτορος ἡμῶν παραβάντος Ἀδὰμ, ποῦ εἶ, οὐκ ἀγνοῶν λανθάνειν πειρᾶσθαι, καὶ τὸ δεῖν κεκρύφθαι τὸν παραβάτην, ἀλλ' ὥσπερ γελῶν καὶ χλευάζων αὐτοῦ τὴν ὑπαγωγὴν καὶ εὐήθειαν τῆς ἀβουλίας, αὐθις τῇ ἀγχιβασίᾳ τοῦ ἀπηγορευμένου κρύπτεσθαι πειρωμένου. πρὸς ὃν φησιν ὁ ἄληστος, ποῦ εἶ ὁ δοκῶν ἐκθεάζεσθαι τῇ συμβουλίᾳ τοῦ δράκοντος; ποῦ εἶ ὁ ἀπειθήσας Θεῷ καὶ πιστεύσας ἐχθρῷ; μὴ κρύπτου, φησὶν, οὐ γὰρ λήσῃ τὴν ἀκήρατον καὶ μακαρίαν ζωὴν ἐκδυσάμενος. ὁμοίως οὖν ὁ υἱὸς ποῦ κατῴκητο Λάζαρος οὐκ ἀγνοῶν. πρὸ δύο γὰρ ἡμερῶν τοῦ φθάσαι ἐν Βηθανίᾳ τῇ ἐνεγκαμένῃ Λάζαρον, φησὶ τοῖς ἑπομένοις, Λάζα-

Angeli enim accedentes, non auxiliabantur, sed ministrabant ei. Id quod euidenter illius quidem dominium, horum autem subiectionem demonstrat. Secundùm hanc igitur rationem expositam intelligantur ista de angelo. Neque enim sancti illi cherubim quippiā sanctitatus addentes in cœlo sanctæ Trinitati, sine intermissione, Sanctus, Sanctus, Sanctus, exclamant: neque itidem dum nos in hymno sanctissimo canimus, Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, vel sanctitatem aliquam, vel fortitudinem, vel immortalitatem diuinitas recipit.

30. *Interrogatio*

Satis de iis quæ à nobis explicare iussus eras, edocti sumus: quod reliquum est, rogamus vt insipientum quorumdam voces subuertantur. Dicunt enim, Seruatorem ignorare Lazari sepulchrum, & mulierem profluuio sanguinis obnoxiam, quum fimbriam tangeret, non sensisse. Præterea quòd neque perfectus fuerit Deus. Proficiebat enim, & confirmabatur sapientia, & ætate, & gratia, vt inquit Euangelium.

Responsio.

Nolite committere vt quæ ratione administrationis in carne ab ipso dicta sunt, vobis occasionem blasphemiæ præbeant. Nempe, Vbi posuistis ipsum? aut, Quis me tetigit, aut, Quem quæritis? aut, quòd puer creuit, & corroboratus est, & proficiebat sapientia & ætate. Nihil enim horum ignorationis crimē impingit ei, qui propter nos similis nostri factus est Deus Sermo. Pater enim meus, inquit, vsque ad hoc tempus operatur, & ego operor. Non quòd deficiat quidquam in cōdito à nobis vniuersitatis huius opificio, quasi imperfecta sint creata sub adspectum cadentia: sed operamur, eam quæ consentanea virtuti est, vitam hominibus suggerentes cum Deo patre nostro: idque per eos, qui ab ipso iam ex conditione deteriore confirmati sunt in meliorem. Pater idem interrogabat primum parentem nostrum Adamum, postquam deliquisset, Vbi es? Non ignorans ipsum latebras conatum quætere, vel quòd oporteret terrore percelli transgressorem: sed quasi ridens ac subsannans clandestinam ipsius subductionē, & temerarij consilij stoliditatem, quod mox post fructus vetiti degustationem occultare se vellet. Itaque compellat ipsum is, quem nihil latere potest: Vbi es? Tu qui putasti futurū, vt consilio serpentis Deus euaderes, vbinam es? Qui incredulus fuisti Deo, & credidisti inimico, ne te abscondas, inquit: non enim ignorat, te immortalem & beatam vitam exuisse. Similiter igitur & filius, vbi clausus iaceret Lazarus, non ignorabat. Nam ea de caussa iam totum ante biduum, priusquam in Lazari patriam Bethaniam perueniret,

Lazarus, inquit ad comites itineris, amicus noster dormit, & vado vt excitem eum, qui ante totos quatuor dies mortuus fœtet. Quomodo igitur is, qui ante accessum locorum, ea quæ in iis locis acciderant, norat, postquam corpore ad illa peruenit, ignorabat quæ præcognorat ipsius diuinitas, secundùm quam implebat vniuersa? Nimirum certo quodam consilio quærebat, vt ea occasione ipsum demonstrarent Iudæi ad sepulchrum congregati, iidemque testes fierēt resurrectionis eius qui fuerat mortuus: quo pacto illius, cuius sudario caput erat obligatum, facies amictu lintei tecta, pedes vinculis sepulchralibus constricti, iam per caluariam cementis, ore diducto corrupti, lingua oculisque diffluentis: quo igitur pacto huius anima per vocem opificis eminus attracta in corpus illud, quod reliquerat, rursus immigrasset: Quomodo item conuolutis pedibus exsiliens sepulchro, egressus esset, dum illæsus & nulla corporis parte mutilatus cernitur, per vocem Sermonis corroboratus, eóque ad egressum auxiliatore vsus. Videtur autem mihi: ipsam quoque mortem quodammodo commoueri ad velocissimā istam excitationem, ne quando per cunctationem altera voce Sermonis audita, mox vniuersos apud se degentes soluere cogeretur: quale quiddam post sex dies accidit infelici, quum is qui ad reuiuiscendum vocat mortuos, ad mortem accederet, secundùm diuinorum vatum Iobi & Esaiæ Prophetiam, ante mille annos luculentè clamantium: Ingressus es mare, & ambulasti in vestigiis abyssi, aperiuntur tibi cum terrore portæ mortis. Custodes ianuæ orci te videntes exhorruerunt. His autem consentiens diuinorum carminum auctor Dauides inquit: Cantate Deo, psallite ipsius nomini, viam parate ei, qui ingreditur ad occasum: Dominus nomen ei. Viam autem nos ipsos Domino parare docemur, domúmque facere per sanctam viuendi rationem, numen ad nos velut in sacrarium recipiētes, mansio & templum ipsius facti, vt in Euangelio & Paulo diuinitus ipse docuit. Et intelligi per occasum potest natura nostra, & ærumnosa huius mundi regio, quæ vitiorum voluptatibus obumbratur. Intelligi etiam potest orcus. Atque in his immaterialis & vmbra carens illa lux irradians, omnia meliorem in statum redegit & transformauit. Naturam reparauit mundo illustrato, & orco spoliato, quo mitescat, & detentos apud se dimittat. Atque hoc quidem aliquo modo tectè mihi videtur innui à Dauide. Verba autem Iobi & Esaiæ haud multo pòst explicabimus, nunc propter angustiam temporis ea differētes. Vterque autem id quod futurum erat, quasi iam factum pronuntiauerunt ratione conueniente, tāquam certi de vaticinij sui euentu.

ρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, καὶ πορεύομαι ἐξυπνῆσαι αὐτὸν ἤδη τεταρταῖον ὀδωδότα, νεκρὸν ὑπάρχοντα. πῶς οὖν πρὸ τῶν τόπων τὰ ἐν τόποις συμβαίνοντα ἐπιστάμενος, ἐπιβὰς ἐκείνοις σώματι, ἀγνοεῖ ἃ προέγνω θεότητι καθ' ἣν ἐπιπληροῖ τὰ σύμπαντα; ἀλλ' οἰκονομικῶς ἠρώτα· ὥστε προφάσει τοῦ ὑποδεῖξαι Ἰουδαίους ἐπὶ τὸν τάφον συναγειρόμενοι, μάρτυρες αὐτοὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ τεθνηκότος γένωνται· πῶς σουδαρίῳ μὲν τὴν κεφαλὴν δεδεμένος, καὶ τῇ περιβολῇ τῆς ὀθόνης τὰς ὄψεις κεκαλυμμένος, κειρίαις τὰς βάσεις πεπεδημένος, ἤδη τῇ κρανίῃ διαδεδρακὼς, καὶ τῷ στόματι σεσηπὼς διεφθαρμένος, τὴν γλῶτταν καὶ τὰς ὄψεις διερρυηκώς· πῶς τῇ φωνῇ τοῦ δημιουργοῦ πόρρωθεν ἡ ψυχὴ ἕλκεται, καὶ τῷ ἀπολειφθέντι ἐνίεται σώματι· πῶς συνειλημμένων τῶν βάσεων, πηδῶν τοῦ τάφου, ἐξεπορεύετο ἀλώβητος καὶ ἀνελλιπὴς ὁρώμενος, τῇ φωνῇ τοῦ λόγου ἐπιρρωννύμενος, καὶ βοηθῷ πρὸς τὴν ἔξοδον χρώμενος. δοκεῖ δέ μοι καὶ τῷ θανάτῳ ὑπονύττεσθαι πρὸς τὴν ὠκυτάτην ἔγερσιν, μήπως τῇ μελλήσει δευτέρας γενομένης ἐκ τοῦ λόγου φωνῆς, πάντας ἀθρόως ἀπολύσῃ ἐκεῖ πλουτοῦντας· ὅπερ καὶ μετὰ ἓξ ἡμέρας πέπονθεν ὁ δείλαιος, τοῦ φωνοῦντος πρὸς παλιζωίαν τοὺς νεκροὺς, πρὸς αὐτὸν φοιτήσαντος, κατὰ τὴν προφητείαν Ἰὼβ, καὶ Ἡσαΐου τῶν θεσπεσίων, πρὸ χιλίων ἤδη χρόνων διαπρύσιον βοώντων, τοῦ μὲν, ἦλθες ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας, ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου· πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν. συμφώνως δὲ τούτοις ὁ θεῖος Δαβὶδ, ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, ᾄσατε τῷ Θεῷ, ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν· Κύριος ὄνομα αὐτῷ. ὁδοποιεῖν δὲ ἑαυτοὺς τῷ Κυρίῳ παιδευόμεθα, καὶ οἰκοποιεῖν δι' ἐναρέτου πολιτείας, τὸ θεῖον ἐπιδρυόμενοι, μονὴ καὶ ναὸς αὐτοῦ γενόμενοι, καθὼς ἐν εὐαγγελίοις, καὶ ἐν Παύλῳ θεηγορῶν αὐτὸς ἀπεφήνατο. δυσμὴ δὲ νοεῖται ἡ ἡμετέρα φύσις, καὶ τὸ ἐπίπονον τοῦ κόσμου χωρίον ταῖς ἡδοναῖς τῶν παθῶν σκιαζόμενον. νοεῖται δὲ καὶ ὁ ᾅδης, ἐν οἷς τὸ ἄϋλον καὶ ἄσκιον φῶς ἐναστράψαν, πάντα πρὸς τὸ κρεῖττον μετεστοιχείωσε, τὴν φύσιν ἀνεκαίνισε, τὸν κόσμον φαιδρύνας, τὸν ᾅδην σκυλεύσας πρὸς ἡμερότητα, καὶ τῶν ἐνεχομένων ἀπόλυσιν. καὶ τὰ μὲν ἐκ τοῦ Δαβὶδ ἀμυδρῶς μοι ἔδοξε. τὰ δὲ τοῦ Ἰὼβ, καὶ Ἡσαΐου μετ' οὐ πολὺ ἀποδώσομεν, διὰ τὸ βραχὺ τῆς ὥρας, νῦν ὑπερτιθέμενοι. ἄμφω δὲ τὸ μέλλον, ὡς ἤδη προελθὸν, ἐξεβόησαν ἀραρότως, τὴν ἔκβασιν τῆς σφῶν προρρήσεως ἐπιστάμενοι οἰκονομικῶς.

ὁίνω ἀγνοεῖ· ὑπεκρίνετο πάσης ἅμα κτίσεως γινώσκων ἀπόρρητα, διὰ τὸ πλείστου πλῆθος συνελθεῖν πρὸς τὴν ὑπόδειξιν, καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρηθῆναι μᾶλλον τὸ παράδοξον.

Πεῦσις λα'.

Καλῶς τὸν περὶ Λαζάρου ἀκούσαντες λόγον, δεόμεθα ὑπὲρ τῆς αἱμοῤῥοούσης γυναικὸς, ἐκ ταύτης τεκμηριωμένων περὶ τῶν λοιπῶν τοῦ σωτῆρος ἐπερωτήσεων.

Ἀπόκρισις.

Καὶ ἐκ ταύτης παιδευόμεθα, ἴσον τὸν παῖδα ὑπάρχειν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ οὐκ ἀγνοίᾳ, ἀλλ' οἰκονομίᾳ, κατ' ἐκεῖνον, πυθόμενον. φησὶ γὰρ τῷ πρωτοφόνῳ Κάϊν, βασκανίᾳ τὸν ἀδελφὸν κτείναντι ἐπὶ τῇ προσρήσει τῶν δώρων, ἐνδομυχοῦντος τοῦ φθόνου, καὶ θήγοντος τοῦ φόνου τὸ φάσγανον, ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλὰ χειρὸς μετάνοιαν μιαιφόνῳ μνώμενος. ὁ δὲ εἰς ἀπόνοιαν χωρήσας, μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μου εἰμὶ ἐγὼ, φησίν; αὖθις δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ θεία φωνὴ ἐλέγχουσα, φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με. ἐξ ὧν δηλοῦται οὐκ ἀγνοίᾳ, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ τὴν πεῦσιν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τῷ μιαιφόνῳ προσάγεσθαι. παραπλησίως οὖν καὶ ὁ υἱὸς οὐκ ἀγνοῶν ἤρετο, ἀλλ' ἵνα μὴ δι' αὐτοῦ φήσας τὸ θαῦμα, δόξῃ τυφοῦσθαι τοῖς παχυτέροις τὴν διάνοιαν, μηδ' αὖ πάλιν σιωπῶντος ζημιωθῶμεν τὸ παράδοξον, οἰκονομικῶς τῇ πεύσει κέχρηται· ὅπως ἐκείνη προελθοῦσα κηρύξῃ τὴν ἐκ τῆς ψαύσεως τοῦ κρασπέδου γενομένην αὐτῇ λύσιν τῆς μάστιγος. φησὶ γὰρ ὁ θεῖος διαγητὴς, ἰδοῦσα ἡ γυνὴ ὅτι οὐ λέληθεν, τρέμουσα ἦλθεν, καὶ προσεκύνει αὐτῷ. καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸ τῆς ἐνσάρκου πρὸς ἡμᾶς φοιτήσεως ἄγνοιαν προσποιούμενος, φησὶ τῷ Ἀβραάμ, ποῦ Σάῤῥα ἡ γυνή σου; εἰ δὲ ἠγνόει, οὐκ ἂν ἤλεγξεν ἔνδον παρὰ ἀρχὴν τῆς σκηνῆς, καὶ μειδιῶσαν. τὸ γὰρ, ἐγέλασεν ἐν ἑαυτῇ Σάῤῥα, μειδιῶσαν αὐτὴν δηλοῖ. καὶ ἀθρόως ὑπὸ τοῦ ἐπιξενωθεὶς τῷ πατριάρχῃ, ἐξ ὀνόματος προσηγορίας τὴν ξεναγὸν ἐπεζήτει, στεῖραν ὑπάρχουσαν παιδοποιὸν ἐπαγγελλόμενος. πέρας δὲ τῆς ἐπαγγελίας, Ἰσαὰκ ἐκ ταύτης ἐκφυόμενος. οὐ γὰρ πλάσμα, οὐ κτίσις, οὐ παρῳχηκότα, οὐκ ἐνεστῶτα, οὐ μέλλοντα, οὐχ ὁτιοῦν φραζόμενον ἢ νοούμενον Χριστὸν λέληθε.

Πεῦσις λβ'.

Καὶ πῶς αὐτὸς ἐν διακόνου τάξει καὶ ὑπηρέτου ἑαυτὸν ἐναριθμῶν λέγει, οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ χρὴ καὶ ἀντίθετον ταύτης παρὰ

Secundam dispensationem igitur ignorare se simulauit, qui omnis in vniuersum creaturæ cognoscit arcana, vt per interrogationem turba excitaretur ad monstrandum Lazarum, & vt ab ipsis inimicis tanto magis testimonium prodigiosæ rei perhiberetur.

31. *Interrogatio.*

Satis bene hac de Lazaro ratione percepta rogamus de muliere sanguinis profluuio laborante vt disseras, vt ex hac coniecturam faciamus etiam de cæteris interrogationibus Seruatoris.

Responsio.

Per hanc quoque docemur, æqualem filium esse Deo & Patri, nec ob ignorationem, sed ex dispensatione certoq; consilio, patrem imitãdo, quærere. Inquit enim is ad primum homicidam Cainum, qui per inuidiam interemit fratrem, propterea quod illius dona prælata essent, iam intus latente inuidia, & gladium cædis exacuente: Vbi est Abelus frater tuus? Non ignorans, sed cruento homicidæ occasionem pœnitentiæ suggerens. Ipse verò in amentiam versus: Num custos ego, inquit, fratris mei sum? Rursúsque ipsum diuina vox redarguens inquit, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Ex quibus manifestum fit, non ex ignorantia, sed ex amore & bonitate qua erga hominem prædictus est, interrogationem à Deo & patre ad crudelem homicidam institutam fuisse. Ad eundem igitur modum & filius, non quòd ignoraret, sed ideo interrogauit, ne si ipse per se miraculum indicasset, crassioribus videretur superbire: neque item ipso tacente, iacturam faceremus miraculi, certo consilio interrogatione vsus est, vt ipsa progrediens, prædicaret eius pœnæ ac mali liberationem, quæ per fimbriæ attrectationem facta erat. Inquit enim Euangelista: Videns mulier quod latere non posset, tremens venit, & adorans congenulabat. Quin etiam ante aduentum suum in carne ignorantiam præ se ferens, inquit ad Abrahamum: Vbi est Sara vxor tua? Quòd si ignorasset, non sanè reprehendisset eam, quæ in tabernaculo ridebat. Nam quod habetur, intra semetipsam risisse Saram, modicè ipsam risisse indicat. Confestimque trinus hospes à Patriarcha susceptus, nominatim ipsam compellabat, eam quæ sterilis erat, fœcundam fore promittens. Finis autem promissionis erat, natus ex hac Isaacus. Non enim figmentum, non creatura, non præterita, non præsentia, non futura, non quidquid nominari vel cogitari potest, Christum latet.

32. *Interrogatio.*

At quomodo ipse in ministri ordine & in famuli numero semetipsum ponens dicit, Nemo venit ad patrem, nisi per me?

Responsio. Verùm oportet & eam vocem, quæ huic opposita est,

à Christo audire: Nemo, inquit, venit ad me, nisi pater meus cœlestis traxerit eum.

33. *Interrogatio.*

Sed non est idem, per me, &, trahere. Nam per me, eius est qui subiectus est: trahere verò, qui propria potestate cogit.

Responsio.

Quid igitur est, quod ad Adamum Deus adducit animalia, vt videret quid vocaret ea, sicut inquit liber de creatione rerum? Num propterea audebis ministrum & famulum nominare Deum?

34 *Interrogatio.*

Ergo si perfectus Deus erat Christus, quomodo sapientia & ætate ipsum proficere dicit Euangelium?

Responsio.

Non debemus illa applicare diuinitati. Secundùm illam enim neque crescit, neque deficit, non minuitur, non fit gloriosior, non maior, non insistit, non contrahitur. Proficit verò roboratus & crescens secundũ naturam nostram in seruili forma. Non enim plenitudo diuinitatis imminuta est, neque secundùm profectum humanum Deus est.

35. *Interrogatio*

Quomodo verò non dicemus creatum esse filium, de ipso in Epistola dicente Apostolo: Suscipite pontificem fidei vestræ, qui fidelis est ei qui constituit ipsum. Et, Notum sit vobis omnis domus Israëlica, quod hunc Iesum quem vos crucifixistis, Dominum & Christum Deus fecit. Sed & Salomon inquit in persona Christi ad Deum & Patrem: Dominus creauit me, initium viarum suarum, ad opera sua.

Prouer. 8.

Responsio.

Quum etiam in præcedentibus de iisdem tractauerim, iisdem rursus implicari absurditatis fuerit aut lusus puerilis. Nam quod inquit, Fecit ipsum &, Creauit me, de carne intelligi puto. Videmus autem & similitudines nõ idẽ esse cum rebus adsimilatis. Nã in Parœmiæ volumine positũ esse scimus illud, Dominus creauit me. Parœmiæ autem allusiones quædam sunt, in verbis sitæ: οἶμος enim viã in externa doctrina significat. Quapropter & allusiones & imagines rerum sunt parabolæ. Simile est regnum cœlorum grano sinapis, inquit Dominus. Quomodo verò in grano sinapis omniũ seminum minutissimo immẽsæ multitudines & nationes Angelorũ & Archãgelorũ locũ habebunt, nisi dicamus similitudine vsum esse sapientissimum Dominum, idque vel propter humilem voluntariæ paupertatis & ad nostram tenuitatem demissionem, per quam nobis vmbra & refrigerium fit dolorum præsentis vitæ: vel propter mediocritatem Euangelici gregis, qui erat ab initio: vel propter diuinitatis in Sermone acredinem, per quam cientur niues lacrymarum delicatis & mollibus per virtutem intellectili pœnitentiæ sinapi participantibus:

Parœmia.

Χριστοῦ ἀκοῦσαι φωνὴν, Οὐδεὶς, φησὶν, ἔρχεται πρός με, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος ἑλκύσῃ αὐτόν.

Πεῦσις λγ΄.

Ἀλλ' οὐ ταὐτόν ἐστι τὸ, δι' ἐμοῦ, καὶ τὸ, ἑλκύσῃ. τὸ γὰρ δι' ἐμοῦ, πειθομένου ἐστί· τὸ δὲ ἑλκύειν, ἀναγκάζοντος τοῦ αὐθεντοῦντος.

Ἀπόκρισις.

Τί οὖν ἐστι τῷ Ἀδὰμ ὁ Θεὸς προσάγει τὰ κτήνη, ἰδεῖν τί καλέσει αὐτά, φησὶν ὁ τῆς δημιουργίας λόγος; τολμήσεις διὰ τοῦτο διάκονον καὶ ὑπουργὸν τὸν Θεὸν ἀποφῆναι;

Πεῦσις λδ΄.

Καὶ εἰ τέλειος ἦν Θεὸς ὁ Χριστὸς, πῶς σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ προκόπτειν αὐτὸν λέγει τὸ Εὐαγγέλιον;

Ἀπόκρισις.

Μὴ τῇ θεότητι ἐκεῖνα προσοίσωμεν. οὐ γὰρ αὔξει κατ' ἐκείνην, οὐδὲ λήγει, οὐ μειοῦται, οὐ δοξάζεται, οὐ κρυφοῦται, οὐχ ὑφίσταται, οὐ συνάγεται· προκόπτει δὲ κραταιούμενος, καὶ αὔξων τῇ καθ' ἡμᾶς δουλικῇ μορφῇ. οὐ γὰρ τὸ πλήρωμα ἠλαττώθη τῆς θεότητος, οὐδὲ κατὰ προκοπὴν ἐξ ἀνθρώπων γέγονε Θεός.

Πεῦσις λε΄.

Καὶ πῶς μὴ κτιστὸν εἴπωμεν τὸν υἱὸν, τοῦ ἀποστόλου γράφοντος περὶ αὐτοῦ, δέξασθε τὸν ἀρχιερέα τῆς πίστεως ὑμῶν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν· καὶ, γνωστὸν ὑμῖν πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε. καὶ Σολομὼν δὲ φησὶν, ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ.

Ἀπόκρισις.

Καὶ ἀνωτέρω περὶ τούτων διαλαβὼν, τοῖς αὐτοῖς πάλιν κυλινδεῖσθαι ἀτοπίας ἂν εἴη, ἢ φιλοπαιδίας. τὸ γὰρ, ἐποίησεν αὐτὸν, καὶ ἔκτισέ με, τῇ σαρκὶ νοεῖσθαι δοκῶ ταῦτα. ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς παραβολὰς μὴ ταὐτὸν ὑπάρχειν τοῖς παραβαλλομένοις. ἐν γὰρ τῇ τῆς παροιμίας πυκτίδι κείμενον ἴσμεν τὸ, Κύριος ἔκτισέ με. παροιμίαι δὲ παρόδιά τινα ὑπάρχει ῥήματα, οἶμος γὰρ ὁδὸς τῇ ἔξω παιδείᾳ νενόμισται. ὥστε καὶ πάροδοι καὶ εἰκόνες τῶν πραγμάτων αἱ παραβολαὶ τυγχάνουσιν. ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, φησὶν ὁ Κύριος. πῶς τοίνυν ἐν κόκκῳ πάντων σπερμάτων ἀμυδροτέρῳ ἄπειρα πλήθη, καὶ δῆμοι ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων χωρήσωσιν; ἀλλὰ πάντως τῇ εἰκόνι ταύτῃ κέχρηται ὁ πάνσοφος Κύριος, ἢ διὰ τὸ εὐτελὲς τῆς ἑκουσίου πτωχείας, καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν βραχύτητα συγκατάβασιν, δι' ἧς ἡμῖν σκιὰ, καὶ ἀνάψυξις τῶν ἀλγεινῶν τῆς παρούσης ζωῆς γίνεται· ἢ διὰ τὸ ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου ποιμνίου μετριότητα· ἢ διὰ τὸ τῆς θεότητος τοῦ λόγου δριμύτητα, δι' ἧς ἀφθόνως κινοῦνται δακρύων τοῖς ἡδέως καὶ ἁβρῶς δι' ἀρετῆς μετέχουσι τοῦ νοητοῦ τῆς μετανοίας σινάπεως·

οὗ χάριν ὁ προφήτης Δαβὶδ ἐμφορούμενος μελῳδεῖ, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. καὶ πάλιν, διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου· ἢ διὰ τὴν μέλλουσαν θείαν κρίσιν δριμεῖαν ἐπάγεσθαι τοῖς ἡττημένοις τοῖς χείροσι, καθὼς πάντη ἡ θεία πυκτὴ διαμαρτύρεται, καὶ ἡ τῶν ἔξω παίδευσις διὰ Πλάτωνος τοῖς ἐν πυρὶ κωκυτοὺς ἀπειλεῖ. ἢ διὰ τὴν ἄτμητον καὶ ἀδιαίρετον τοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκὸς ἕνωσιν καὶ μίαν ὑπόστασιν, οὐδενὶ λόγῳ ἢ ἐπινοίᾳ διαιρουμένην. ἐκκέκοπται γὰρ αὖθις τῶν δακτύλων τῆς διανοίας τῶν διαιρούντων ὁ θεῖος τῆς βασιλείας κόκκος, βλασφήμοις παλάμαις ἐγκλείεσθαι μηδὲ ὅλως ἀνεχόμενος. ἀλλ' οὐδὲ σαφῶς τὸν παροιμιαστὴν Σολομῶντα τις ἐπίσταται, εἰ περὶ τοῦ Θεοῦ φησί, τὸ, Κύριος ἔκτισέ με. εἰ δὲ καὶ οὕτως ἡμῖν ἐκληφθῇ ἡ τοῦ σοφοῦ ῥῆσις, δοκεῖ μοι τὴν θεανδρικὴν τοῦ Κυρίου σημαίνειν ἐπιφοίτησιν, φάσκων, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. πῶς οὖν τὸ γεννώμενον θεμελιοῦται, πῶς δὲ τὸ κτιζόμενον γεννᾶται; τὸ γὰρ κτιστὸν οὐ γεννητόν, τὸ δὲ γεννητόν, οὐ κτιστόν· ἕτερον γὰρ ἐκεῖνο, θάτερον δὲ τοῦτο. ἀμφότερα δὲ ὁρῶμεν ὄντα τὸν υἱόν· ἄκτιστον μὲν θεότητι, κτιστὸν δὲ ἀνθρωπότητι. ἀλλ' ἔθος πολλαχοῦ τῇ θείᾳ γραφῇ τὰ ἐγγύτατα ἡμῖν πρῶτα σημαίνειν, καὶ τὰ ἀρχαῖα, δεύτερα. οὕτω γὰρ καὶ ὁ θεῖος Ματθαῖος ποιεῖ, ἐκ τῶν ἐγγυτέρων καὶ ἀληπτοτέρων ἀρχόμενος ἡμῖν τὸν Χριστὸν εὐαγγελίζεται, Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ, τοῦτο μὲν Ἰουδαίους ἐπισπώμενος, τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ὑπάρχειν ψευδηγοροῦντας, καὶ σεμνυνομένους εἰκῆ ἐπὶ δικαίοις, ὧν τὴν πολιτείαν οὐκ ἐμιμήσαντο. τοῦτο δὲ νηπιάζοντας ἔτι τῷ θᾶσσον ἐκ τῶν ἐγγυτέρων ἡμᾶς εἰς θεογνωσίαν παιδῆσαι, καὶ προϊὼν τῷ εὐαγγελίῳ προλέγειν τὸν Χριστὸν ἄρχεται, ὥσπερ διά κλίμακός τινος ἀνάγων ἡμῶν πρὸς τὰ θειότερα τὴν διάνοιαν. φησὶ γοῦν ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομῶν, Κύριος ἔκτισέ με, ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. ἀρχὴν γὰρ ὁδοῦ τῆς δικαιοσύνης τοῦ εὐαγγελίου τὸ κατὰ σάρκα ἡμῖν ἐκ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας γενέσθαι τὸν Θεὸν λόγον, ὃς πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. πρὸ τοῦ γενέσθαι τὴν κυκλικὴν ἑβδομάδα τοῦ παρόντος αἰῶνος, τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἡ ψυχὴ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἐθεμελιώθη παρὰ τοῦ οἰκοδόμου τῆς φύσεως ἡμῶν, καὶ οὕτως μετὰ τὴν ἕκτην ἡ ἑβδόμη τοῦ αἰῶνος δημιουργεῖται ἡμέρα ἑπτάκις ἀνακυκλουμένη εἰς ἑαυτὴν διὰ παντὸς τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος. ἐπὶ δὲ τὰ θειότερα καὶ ἀρχαιότερα προϊών, φησί, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με· βουνοὺς ἐνταῦθα τοὺς οὐρανοὺς ἤτοι τὰς ὑπὲρ αὐτοὺς δυνάμεις δηλῶν.

quo & diuinus vates Dauides se satiatum canit: Lauabo singulis noctibus lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Et rursus, Decursibus aquarum submersi sunt oculi mei: Vel propter futurũ diuinum iudicium, quod acerbum superueniet iis qui superati sunt à vitiis: quemadmodũ vbique diuina pagina perhibet, & externæ doctrinæ per Platonem vlulatus lugubres in igni futuros minantur. Vel propter indiuisam & inseparabilem Sermonis & carnis vnionem, & vnam hypostasin, nullo verbo aut cogitatione separabilem. Nam illico excidit diuinum regni granum per digitos mentis eorum qui diuidunt, blasphemorum manibus includi nequaquam sustinens. Sed neque manifesto quisquam scire potest, num Parœmiarum scriptor Salomo de filio Dei loquatur, quum ait: Dominus creauit me: vel etiamsi sic accipiatur sapientis illius viri dictum, videtur mihi significare aduentum vniti cum Deo hominis, quum ait: Dominus creauit me, initium viarum suarum, ad opera sua. Ante æuum me fundauit, & ante omnes colles gignit me. Quomodo igitur genitum fundatur? aut quomodo creatum gignitur? Nam creatum genitum non est, & genitum creatum non est. Aliud enim est illud, & aliud hoc. Vtraque vero videmus esse filium. Increatum quidem diuinitate, creatum vero humanitate. Est autem frequens mos sacræ scripturæ, ea quæ nobis propiora sunt, indicare primùm, & deinceps antiquiora. Sic enim facit & Diuus Matthæus, ex propinquioribus ordiens annuntiare nobis Euangelium de Christo: Liber (inquiens) generationis Iesu Christi, filij Dauidis, filij Abrahami: partim quidem Iudæos alliciens, filios Abrahami sese falso prædicantes, & vanè se iactantes propter viros sanctos, quorum vitæ rationem non imitabantur: partim vero rudiores per propinquiora in diuinam cognitionem ducens: & in Euangelio deinde progrediens, orditur diuina prædicare de Christo, quasi per scalam aliquam subducens ad diuiniora nostrum intellectum. Inquit igitur rerum diuinarum peritus ille Salomo: Dominus creauit me, initium viarum suarum. Nam initium viæ iustitiæ Euangelij, est quod secundum carnem nobis ex perpetuæ virginitatis matre Maria nascitur Deus Sermo, qui ante omne æuum erat. Antequam circularis esset hebdomada sæculi præsentis, sexta die anima in Adamo fundata est ab opifice naturæ nostræ. Atque sic post sextam septima huius sæculi constituitur dies, septies in semetipsam reuoluta per totum præsens sæculum. Ad diuiniora autem & antiquiora progrediens, inquit, Ante omnes colles gignit me: per colles, hoc loco, cœlos vel certè eas, quæ supra cœlos sunt, potestates significans.

Non enim cœli, non Angeli, non Archangeli, non temporis qualitas aut quãtitas, non sæculum, non aliud quidquam, quod cogitari vel dici potest, antiquius est filio. Nam ipse sæculorum conditor est, omniúmque rerum in vniuersum: apertè clamante Paulo; Per quem & sæcula condidit: &, In ipso creata sunt vniuersa tam adspectabilia quàm inadspectabilia: quoniam omnia per ipsum facta sunt. Creatur igitur ex Maria ratione carnis adsumptæ: fundatur verò anima in creato corpore: vtrisque autem vnitus Sermo, creatus quidem cernitur homo, increatus autem intelligitur Deus, ex increato patre, ac patrem non habente.

οὐκ οὐρανοὶ γάρ, οὐκ ἄγγελοι, οὐκ ἀρχάγγελοι, οὐ καιροί, οὐ χρόνος, οὐκ αἰών, οὐχ ἕτερόν τι νοούμενον ἢ φραζόμενον, πρεσβύτερον τοῦ υἱοῦ. αὐτὸς γὰρ ὑπάρχει ποιητὴς τῶν αἰώνων καὶ πάντων ὁμοῦ· Παύλου μὲν διαρρήδην βοῶντος τό, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε, καὶ τό, ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τά τε ὁρατὰ καὶ ἀόρατα, ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. κτίζεται οὖν ἐκ Μαρίας τῷ προσλήμματι, δημιουργεῖται δὲ ψυχὴ ἐν τῷ κτιζομένῳ σώματι, ἀμφοῖν δὲ ὁ λόγος καταλλήλως ἑνωθείς, κτιστὸς μὲν ὁρᾶται βροτός, ἄκτιστος δὲ νοεῖται Θεός, ἐξ ἀκτίστου πατρὸς πατέρα μὴ ἔχοντος.

36. *Interrogatio.*

At quomodo ipse filius creatũ semetipsum ostendit, dicens: Ego sum ostium ouium, & via? Similiter & à prophetis creatus esse innuitur, ab Esaia quidem, quum lapis offensionis dicitur, & petra scandali: A Dauide verò, columna ignis: & ab aliis, leo, ouis, & alia quàm plurima.

Πεῦσις λϛ´.

Καὶ πῶς αὐτὸς ὁ υἱὸς κτιστὸν ἑαυτὸν δείκνυσι, φάσκων, ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων καὶ ἡ ὁδός; ὁμοίως δὲ καὶ ὑπὸ τῶν προφητῶν κτιστὸς ὑποδείκνυται, ὑπὸ μὲν Ἡσαΐου· λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου· ὑπὸ δὲ τοῦ Δαβίδ, στυλοπύρ, ὑφ' ἑτέρων δὲ λέων, πρόβατον, καὶ ἕτερα πλεῖστα.

Responsio.

At cauendum, ne litteræ dormitando incumbentes, nosipsos à diuinioribus secludamus. Nam secundum eximium Apostolum, littera occidit, spiritus verò viuificat. Vicissimque inquam ego, Non occidit littera eos qui rectè considerant, neque item viuificat spiritus blasphemantes ipsum. Honoremus igitur spiritum vt intelligamus litteram: Figuratè filium, ostium, & viam, & lapidẽ, & si quid aliud est eiusmodi, similitudinem dici accipiamus, viam intelligentes ipsum, vt qui nos in cognitionem patris diuinarúmque rerum ducat. Ostium est apertum iis qui per virtutes intus regenerari student, pugno frequenter percutientes pectora. Columna verò intelligatur firmamentum esse fidei nostræ; firmiter suffulciens & ferens simul vniuersa. Lapis autem offensionis incredulis est, & petra scandali Iudæis. Nobis autem lapis fundamenti Ecclesiæ, totam basim continens. Petra, robur & firmitas confessionis, qua procellæ hæresum impugnatæ, in spumam rursus dissoluuntur. Vermis, quemadmodum Dauides diuinorum carminum auctor inquit: ac nobis quidem instar vermis ex terra, absque aliquo adfectu, aut coitu, ex perpetuæ virginitatis matre Maria, absque nuptiali commistione natus: aduersariis autem vermis supplicij, stimulans & depascens absque fine.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ μὴ τῷ γράμματι προσκαθεύδοντες σφᾶς τῶν θειοτέρων ἀποκλείσωμεν. κατὰ γὰρ τὸν ὑψηλὸν ἀπόστολον τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ· ἀνάπαλιν δὲ φημί, οὐ τὸ γράμμα ἀποκτείνει τοὺς ὀρθῶς ἀποσκοποῦντας, οὐδ' αὖ πάλιν ζωοποιεῖ τὸ πνεῦμα βλασφημοῦντας αὐτό. τιμήσωμεν οὖν τὸ πνεῦμα ὅπως νοήσωμεν τὸ γράμμα, τροπικῶς τὸν υἱὸν θύραν καὶ ὁδὸν καὶ λίθον, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν εἰκόνων ἐκδεχόμενοι, ὁδὸν νοοῦντες αὐτόν, πρὸς τὴν γνῶσιν τοῦ πατρὸς καὶ τῶν θειοτέρων φέρουσαν θύραν, ἀνοιγομένην μὲν τοῖς διὰ τῶν ἀρετῶν σπεύδουσιν ἐντὸς ἀναγεννᾶσθαι, πυγμῇ παίοντες σφῶν τὰ στέρνα. στῦλος δὲ νοείσθω ἑδραίωμα ὑπάρχων τῆς πίστεως ἡμῶν, ὑποστηρίζων ἅμα καὶ φέρων τὰ σύμπαντα. λίθος δὲ προσκόμματος ὑπάρχει ἀπίστοις, καὶ πέτρα σκανδάλου Ἰουδαίοις, ἡμῖν δὲ λίθος τοῦ θεμελίου τῆς ἐκκλησίας, πᾶσαν τὴν κρηπῖδα συνέχων. πέτρα, τὸ στερρὸν καὶ ἄσειστον τῆς ὁμολογίας, ᾗ προσραγεῖσαι αἱ τρικυμίαι τῶν αἱρέσεων, πρὸς ἀφρὸν αὖθις ἐκλύονται. σκώληξ, καθώς φησιν ὁ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός· ἡμῖν μὲν κατὰ τὸν ἐκ τῆς χέρσου σκώληκα ἄνευ τινὸς πάθους ἢ συνουσίας, ἐκ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας ἀπειρογάμως τικτόμενος, τοῖς δὲ ἐναντίοις σκώληξ τιμωρίας, ὑποτρώγων καὶ ὑποεσθίων ἀλήκτως.

37. *Interrogatio.*

Atqui nisi ipsum creaturam esse dixeris, contumelia patrem adficis, adfectum ei tribuens. Omnis enim qui generat, omnino erit obnoxius adfectui. Aut enim contrahitur, aut dilatatur, aut sectionem deriuationémve patitur, aut effertur, aut deprimitur, aut certè tale quid sustinet, qui generat.

Πεῦσις λζ´.

Ἀλλ' ἐὰν μὴ εἴπῃς αὐτὸν κτίσμα, ὑβρίζεις τὸν πατέρα, πάθος αὐτῷ προσάπτων. πᾶς γὰρ ὁ γεννῶν ἐμπαθὴς πάντως ἐστί. ἢ συστέλλεται γὰρ ἢ πλατύνεται ἢ τομὴν ἢ ῥεῦσιν ὑφίσταται, ἢ ὀγκοῦται, ἢ ταπεινοῦται, ἢ τι πάντως ὑπομένει ὁ γεννῶν.

Ἀπόκρισις.

Ἄπαγε τῆς τοιαύτης ληρῳδίας ἀξιάγαστε. οὐ γὰρ σῶμα τὸ θεῖον ὑπάρχει ὄγκῳ ἢ συστολῇ ὑποκείμενον, ἢ ῥεύσει ἢ τομῇ ἢ ὅλως πάθει τινὶ χρώμενον. καθὸ οὖν ὁ πατὴρ πνεῦμα ὑπάρχων, τὸν υἱὸν Θεὸν λόγον πνευματικῶς, ἀχρόνως, ἀφράστως γεγέννηκεν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πλείστοις δοκεῖ ἡ ὄψις τῆς ἀκοῆς πιστοτέρα, δεῖν ᾠήθην καὶ ἀμυδροῖς χρήσασθαι παραδείγμασιν, ὅτι τὸ ἀπαθῶς γεννῆσαι τὸ θεῖον οὐ ῥεῦσιν, οὐ τομὴν ὑφιστάμενον. κτίσμα τοίνυν Θεοῦ ὑπάρχει ὁ ἥλιος, ἀφ᾽ οὗ τινες ἐν ταῖς ἀοικήτοις ἐσχατιαῖς πυρὸς λειπόμενοι, πέττουσι τὰ σῖτα, ἱπποφορβοί τε καὶ βουκόλοι, καὶ συφορβοὶ, καὶ ποιμένες, κύλικα ὕδατος καθαροῦ πληρώσαντες, καὶ τῇ ἀκτῖνι τοῦ ἡλίου ἀντιθέντες, καὶ ὄνθον ξηρὸν ψαύσαντες τῇ ὑδροχόῃ, αὖθις τὸ πῦρ αὐτόθεν ἀποσυλῶσιν, οὐ τομὴν οὐ ῥεῦσιν, οὐκ ὄγκον, οὐ συστολὴν τοῦ φωστῆρος ὑποστάντος, καὶ διὰ καθαροῦ ὑάλου ἐν οἰκίαις διήκων, καὶ οἱονεὶ ἀποτίκτων τὰς ἀκτῖνας κατὰ πάσης ἀπείρου ἀνελλιπὴς καὶ ἄτμητος διὰ πάντων ὁρᾶται, ὁμοίως καὶ πυρσὸς μυρίας ἐξάπτων λαμπάδας, οὐ ῥεῦσιν, οὐ τομὴν ὑπομένει. εἰ οὖν πως ἀλώβητα ὑπάρχει ταῦτα, ἀπείρως τὸ θεῖον ὑπερτερεῖν τούτων καθόλου πιστεύσωμεν. ἀτμήτως γὰρ πρὸς ἐκεῖνο ὁμοῦ τὰ σύμπαντα. γεγέννηκε τοίνυν ὁ πατὴρ τὸν παῖδα οὐ διὰ τομῆς ἢ ῥεύσεως, οὐ δι᾽ ὄγκου καὶ συστολῆς· ἀλλ᾽ ἀσώματος ὢν, ἀσώματον λόγον ἐνυπόστατον ἀκούοντα καὶ φθεγγόμενον. εἰ οὖν ἀτίμως τιμῶντες τὸν πατέρα, ἐθελοβουλοι καὶ ματαιόφρονες, κτιστὸν μὴ τολμάτωσαν ἀποφαίνειν τὸν υἱόν. εἰ γὰρ, καθώς φησι, γεννῶντα πάσχει τὸν πατέρα, κἀγὼ φημὶ κτίζοντα κάμνειν, πόθεν δώσομεν τὸν υἱόν, ἵνα μὴ τὸν πατέρα πάσχοντα ἢ κάμνοντα βλασφημήσωμεν; ἄπαγε τοίνυν σεαυτὸν, ἀτίμως τὸ θεῖον γεραίρων. ὁ γὰρ τὸν παῖδα βλασφημῶν, τὸν πατέρα λιθάζει, καθὼς αὐτὸς ἐν εὐαγγελίοις κηρύττει, ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, οὐδὲ τὸν πατέρα τιμᾷ.

Πεῦσις λη.

Καὶ πῶς τινές φασι, κατ᾽ ἐκλογὴν καὶ χάριν τὸν Χριστὸν γενέσθαι υἱὸν τοῦ Θεοῦ; οὐ γὰρ λέγει ὁ πατήρ· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ὃν ἐγέννησα, ἀλλ᾽ ἐν ᾧ ηὐδόκησα. καὶ Ἠσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς λέγει περὶ Χριστοῦ, ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ᾑρετισάμην· ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν ηὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. ὁμοίως δὲ Σολομὼν λέγει, ἐκλελογισμένος ἀπὸ μυριάδων.

Ἀπόκρισις.

Ὡς ἔοικε τῆς Ἀρείου παροινίας ὑπάρχεις, τοσαύτῃ φιλονεικίᾳ κατὰ τῆς ἀληθείας χρώμενος. δεῖξον τοίνυν τοὺς ὁμοίους Χριστοῦ, οὓς δοκιμάσας ὁ πατὴρ,

Responsio.

Absit procul tale delirium, ô præclare. Non enim diuina natura corpus est, elationi aut contractioni subiectum, aut fluxui, aut sectioni, aut prorsus qualicumque adfectui mancipatum. Quatenus igitur Pater spiritus est, filium Deum Sermonem spiritualiter absque tempore ineffabiliter genuit. Et verò quia plerisque videtur visui potius quàm auditui credendum, etiam facili aliquo exẽplo vtendum esse ratus sum in eo declarando, quod absque affectu Deus generet, non fluxum, neque sectionem patiens. Creatura vtique Dei est Sol, quo aliqui in extremitatibus inhabitabilibus igne carentes vtuntur ad coquendos cibos, equorúmque pastores, & bubulci, subulci & pastores alij, calicem aqua pura implent, & radio solis obuertunt, aridóque fimo admoto ad vas aquarium, illico ignẽ auferunt, quum interim nec sectionem, nec fluxum, nec tumorem, nec cõtractionem luminare ipsum patiatur. Idem per purum vitrum in domiciliis penetrans, quasique radios gignens per vniuersam terram, nihilominus absque defectu, & absque sectione per omnia cernitur. Similiter & fax, etiamsi infinitas lampades accenderit, neque fluxum, neque sectionem patitur. Si igitur absque læsione fiunt ista, in infinitum istis per omnia superiorem esse naturam diuinam credamus. Nam simul in vniuersum omnia in ipsam collata sunt instar venti tenuis. Ergo genuit pater filium, non per sectionem aut fluxum, non per tumorẽ vel contractionem: sed incorporeus existens incorporeum Sermonem eiusdem substantiæ, qui & audit & loquitur. Vani igitur illi & insipientes, qui cum ignominia honorant patrem, ne audeant creatum pronuntiare filium. Si enim, vt aiunt, pater generans patitur: etiam ego creantem fatigari dico. Vnde igitur ortum dicemus filium, ne patrem aut pati, aut fatigari blasphemè statuamus? Absit igitur à te, vt cum hac ignominia velis naturam diuinam honorare. Nam qui filium blasphemat, patrem lapidat. Quemadmodum ipse in Euangelio sanctè prædicat: Qui non honorat Filium, neque Patrem honorat.

38. *Interrogatio.*

Sed quomodo dicunt aliqui, quod secundum electionem & gratiam Christus sit factus Dei filius? Non enim inquit Pater, Hic est Filius meus dilectus quem genui, sed quo delector. Et Esaias in persona Dei & patris de Christo, inquit, Ecce filius meus quem elegi, dilectus meus quo delectatur animus meus. Ad eundem modum & Solomo inquit, Electus è decem millibus.

Responsio.

Vt videtur, Arriana laboras demẽtia, tanto conatu aduersus veritatem contendens. Ostende igitur similes Christo, quos pater ap-

probauerit, vt Christum elegit solum. Nam si filius est vnigenitus, non habet fratrem aut æqualem, aut sibi ex opposito respondentem. Cecinit enim de ipso Dauides ille diuinus: Quis adsimilabitur Domino, inter filios Dei? Et deinceps: Magnus & tremendus est, supra omnes qui sunt in circuitu ipsius. Tanquam nemo possit secundùm gratiam, aut secundùm profectum conferri Deo Sermoni, qui propter mortales hominem adsumpsit, & meritò electus est. Quum enim plurimæ & innumerabiles essent mulieres adhuc incorruptæ, solam tamen ex omnibus selegit Mariam, in ipsa ineffabiliter vniens sibi & copulans naturam nostram, quemadmodum diuinus ille vates inquit: Elegit nobis hæreditatem sibi pulchritudinem Iacobi, quam dilexit: Mariam perpetuò manentem virginem significans, quæ nunquam ad generandum progressa fuerat, aut fœtum in vtero materno conceperat. Amplexus autem pater eam, quæ ex ipsa erat, incarnationem Sermonis, è supernis acclamat: Ecce filius meus dilectus, quo delector. Quibus in verbis intelligit vnicum illum ex se, & ex perpetua virgine natum nobis filium Deum, sibi & nobis consubstantialem: ipsi quidem diuinitate, nobis verò ratione carnis adsumptæ. Idem enim inter mortales apparens immortalis, spontanea voluntate mansit quod erat, quum conspiceretur id esse, quod sum ego.

39. *Interrogatio.*

Quomodo verò secundùm profectum & dilectionem Apostolus ipsum ostendens filium Dei, de patre inquit; Qui eripuit nos ex potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ?

Responsio.

Verùm ex his non ostendetur, esse ipsum secundùm profectum filium Dei. Alibi enim idem inquit Apostolus, Quoniam Deus dilexit nos in Christo: significans dilectionem Dei & patris esse Christum, quemadmodum & sapientiam & virtutem. Dilectio igitur est Pater, similiter & Filius, vt lumen ex lumine, & Deus ex Deo, & dilectio ex dilectione. Nam Deus est dilectio, inquit Ioannes. Cessent igitur Arrianæ vesaniæ sectatores, qui creaturam creatorem putant, neutro Testamentorum id volente. Quatuor nobis sunt Euangelia, capita mille centum sexaginta duo: & ab initio ad finem vsque in ipsis diuinitus tradit doctrinam filius de patre, & pater de filio, & tamen neuter ipsorum inquit, Creaui mihi filium: aut vice versa, Creauit me pater.

40. *Interrogatio.*

Quid igitur statuis de virgine Maria? num creatam, an increatam, & quod ex ea est corpus Christi? Et quo-

A Χριστὸν ἐξελέξατο μόνον. Εἰ γὰρ μονογενὴς ὑπάρχει μονογενής, οὐκ ἔχει ἀδελφὸν ἢ ἴσον ἢ ἀντιπαρεξέτασιν. ἐμελῴδησε γὰρ περὶ αὐτοῦ Δαβὶδ ὁ θεσπέσιος, Τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ; καὶ μεθ' ἕτερα, μέγας καὶ φοβερὸς ἐστὶν ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ. ὡς μηδενὸς οἵου τε ὄντος κατὰ χάριν ἢ προκοπὴν παραβάλλεσθαι τῷ Θεῷ λόγῳ, διὰ βροτοὺς ἀνθρωπήσαντι καὶ εἰκότως ἐκλεχθέντι. πλείστων γὰρ ὑπαρχουσῶν μυριάδων γυναικῶν ἔτι ἀφθόρων, μόνην ἐκ πασῶν Μαρίαν ἐπέκρινεν, ἐν αὐτῇ ἀφράστως ἑνώσας ἑαυτῷ καὶ συμ-

B πλέξας τὰ ἡμέτερα, καθώς φησιν ὁ θεῖος τραγῳδός, ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν ἑαυτοῦ, τὴν καλλονὴν Ἰακώβ, ἣν ἠγάπησεν, τὴν ἀειπάρθενον Μαρίαν δηλαδή, μηδέπω εἰς γένεσιν προελθοῦσαν, ἐν νηδύι μητρὸς καταβληθεῖσαν. ἀγάμενος δὲ ὁ πατὴρ τὴν ἐξ αὐτῆς τοῦ λόγου σάρκωσιν, ἄνωθεν ἐπιβοᾷ, ἰδοὺ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα, ἵνα τὸν παρ' αὐτοῦ καὶ τῆς ἀειπάρθενος γνωρίζῃ ἡμῖν παῖδα Θεόν, αὐτῷ καὶ ἡμῖν ὁμοούσιον, τὸ μὲν

C θεότητι, τῆς δὲ τῷ προσλήμματι. ἐν μὲν θνητοῖς γὰρ θνητοῖς ἀθάνατος, αὐθαιρέτως γενόμενος ἔμεινεν ὃ ἦν, ὁρώμενος ὅπερ εἰμί.

Πεῦσις λθ.

Καὶ πῶς κατὰ προκοπὴν καὶ ἀγάπησιν ὁ ἀπόστολος δεικνὺς αὐτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ πατρὸς λέγει, ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότου, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ.

D Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτων κατὰ προκοπὴν υἱὸς Θεοῦ δειχθήσεται. ἑτέρωθι γὰρ ὁ αὐτὸς ἱερὸς ἀπόστολός φησιν, ὅτι ὁ Θεὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς ἐν Χριστῷ, σημαίνων ἀγάπην τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὑπάρχειν τὸν Χριστόν, ὡς καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν. ἀγάπη οὖν ὁ πατήρ, ὁμοίως καὶ ὁ υἱός· ὡς φῶς ἐκ φωτὸς καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ ἀγάπη ἐξ ἀγάπης. ὁ Θεὸς γὰρ ἀγάπη ἐστί, φησὶν ὁ Ἰωάννης. παυσάσθωσαν τοίνυν οἱ τῆς Ἀρείου μανίας κτί-

E σμα τὸν κτίστην οἰόμενοι, οὐδὲ ἑτέρας τῶν διαθηκῶν τοῦτο βουλομένης. τέσσαρα ἡμῖν ὑπάρχει εὐαγγέλια, κεφαλαίων χιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα δύο· καὶ ἀπ' ἄκρου μέχρι πέρατος ἐν αὐτοῖς θεηγορεῖ ὁ υἱὸς περὶ τοῦ πατρός, καὶ ὁ πατὴρ περὶ τοῦ παιδός, οὐδὲ ἕτερος αὐτῶν φησιν, ὅτι ἔκτισα ἐμαυτῷ υἱόν, ἢ αὖ πάλιν, ὅτι ἔκτισέ με ὁ πατήρ.

Πεῦσις μ.

Τί οὖν νομίζεις τὴν παρθένον Μαρίαν, κτιστὴν ἢ ἄκτιστον; καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς σῶμα τοῦ Χριστοῦ; καὶ πῶς

προσκυνεῖς τὸν Χριστόν; Εἰ γὰρ κτιστὸν εἴπῃς, ὅπερ πᾶσα πάντως ἀνάγκη, δηλονότι κτίσματι προσκυνεῖς. Εἰ δὲ μὴ προσκυνεῖς, ἀρνῇ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. οὐ γράφω θεότητος τύπον. ἁπλῆ γὰρ καὶ ἀόρατος καὶ ἀνείδεός ἐστι. τῆς σαρκὸς δὲ τὸν τύπον ἱστορῶν προσκυνῶ θεοπρεπῶς διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν.

Ἀπόκρισις.

Νὴ τὴν ἐμὴν ὑγείαν, οὐχ ὡς κτίσματι προσκυνῶ τῷ Χριστῷ, ἀλλ' ὡς τῷ κτισμάτων ποιητῇ καὶ Θεῷ. ὥσπερ γὰρ τὸν βασιλέα σὺν τῇ ἁλουργίδι τιμῶ μιᾷ προσκυνήσει, οὐ χωρίζων αὐτὸν ἐκείνης. ἢ σοὶ ἄρα δοκεῖ, ἐρεῖ τῷ ἄνακτι, ἀνάστηθι τοῦ θρόνου ἵνα σε προσκυνήσω, ἤ, ἔξελθε τοῦ ναοῦ, ἵνα σε ὑμνήσω χωρὶς τῆς ἀψύχου ὕλης; Εἰ οὖν τὰ ἄψυχα τοῖς ἐμψύχοις συμπροσκυνοῦνται καὶ τὰ εὐτελῆ, τῷ πάσης ὁμοῦ τῆς ὑφ' ἡλίου δεσπότῃ εἰκότως καὶ ὁ Λόγος σὺν τῷ ναῷ τοῦ σώματος, ὅπερ αὐτοῦ καὶ ἁλουργίδα φημὶ καὶ χιτῶνα καὶ θρόνον, μιᾷ προσκυνήσει προσκυνηθήσεται.

Πεῦσις μα.

Καὶ εἰ Θεός ἐστι μετὰ σώματος, πῶς αὐτὸς λέγει, Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε; εἰ οὖν Θεὸς ἦν, πάντες οἱ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ εἶδον αὐτόν.

Ἀπόκρισις.

Περὶ τοῦ πατρός φησιν ὁ υἱός, ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. οὐ γὰρ εἶπε τὸν υἱὸν Θεὸν ὄντα λόγον καὶ ἄνθρωπον γενόμενον, οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. εἶδον μὲν προφῆται καὶ ἀπόστολοι καὶ ἕκαστος τῶν δικαίων Θεόν, ἀλλ' οὐδεὶς καθὸ ὑπάρχει τῇ φύσει ἰδεῖν οἷός τε. οὐδὲ γάρ ἐστι φύσις χωροῦσα τὴν ὄψιν. ἑκάστῳ δὲ τῷ ἀξίῳ φαίνεται, οὐκ ἄνευ τινὸς παραπετάσματος πρὸς τὸ μέτρον τῆς καθάρσεως τοῦ διακονουμένου. εἶδε τοίνυν Ἰώβ, ἀλλὰ διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν· πρὸ αὐτοῦ δέ, Ἀβραάμ, δι' ἀγγέλων φθεγγόμενον· εἶδεν Ἰακώβ, ὡς ἄνθρωπον μετ' αὐτοῦ παλαίοντα. Μωσῆς ἐν μέσῳ τοῦ γνόφου· ὁμοίως καὶ ὁ λοιπὸς τῶν ἁγίων ὅμιλος δι' αἰνιγμάτων καὶ παραπετασμάτων. εἶδον καὶ οἱ ἀπόστολοι, διὰ σαρκὸς ἀνθρωπήσαντα τὸν Θεὸν καὶ λόγον, τὸν αὐτὸν παῖδα Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου, ἕκαστος πρὸς τὸ μέτρον τῆς οἰκείας ἀρετῆς καὶ ῥώσεως ψυχικῆς, κατὰ τοὺς ἐρρωμένους ἢ τεθολωμένους τοὺς τοῦ σώματος ὀφθαλμούς, τῶν μὲν ἐπὶ πολὺ δυναμένων τῷ ἡλίῳ ἀτενίζειν, τῶν δὲ ἀμυδρῶς· μὴ φερόντων τὴν ἀστραπὴν τοῦ φωστῆρος, μηδὲ τὴν προσβολὴν τῶν μαρμαρυγῶν.

Ὁρῶμεν γὰρ τὴν θάλασσαν ἀπ' ἀκρωρείας ἢ γεωλόφου τινός, καὶ ἀληθεύομεν φάσκοντες ἑωρακέναι· τὴν γὰρ ἐπιφάνειαν τοῦ πελάγους μόνον καὶ ταύτην μερικῶς ὁρῶντες.

modo Christum adoras? Nam si ipsum creatum dixeris, id quod omnino necessum est, creaturam videlicet aliquam adoras. Si verò non adoras, negas filium Dei. Non describo diuinitatem secundùm formam Simplex enim est, & inadspectabilis, & forma carens. Carnis autem formam intuens, adoro Deum, vt par est, propter eam quæ secundum hypostasim est, vnionem.

Responsio.

Per meam certè salutem, non vt creaturam adoro Christum, sed vt creaturarum opificem & Deum. Quemadmodum regem cum purpura honoro vna & eadem veneratione, ipsum ab illa non separans. Alioqui num tibi videtur ad Imperatorem dicendum esse, Surge de throno tuo, vt adorem te? aut, Egredere ex templo, vt te celebrem absque materia inanimata? Si ergo res inanimæ vnà cum animatis adorantur, & res omnino leues; meritò vtique & eius qui omnium in vniuersum, quæ sub sole sunt, dominus est, & Sermo ille, cum templo corporis, quod ipsum purpuram eius voco, & tunicam, & solium, vna adoratione adorabitur.

41. *Interrogatio.*

Atqui si Deus est cum corpore, quomodo inquit ipse, Deum nemo vidit vnquam? Siquidem Deus erat, omnes qui cum illo id temporis fuerunt, viderunt ipsum.

Responsio.

De patre loquitur filius, quum ait, Deum nemo vidit vnquam. Non enim inquit, Filium qui Deus est Sermo, & homo factus, nemo vidit vnquam. Viderunt quidem Prophetæ, & Apostuli, & omnes iusti Deum, verùm nullus quod est naturâ suâ videre potest. Non enim est vlla natura quæ sit capax eius adspectus. Vnicuique verò apparet digno, non sine aliquo velamento pro mensura puritatis eius qui ei ministrat. Vidit proinde Iobus, sed per turbinem & nubes. Ante ipsum verò Abrahamus per Angelum loquentem. Vidit Iacobus vt hominem secum luctantem. Moses in medio caliginis. Similiter & cætera sanctorum turba per ænigmata & velamenta. Viderunt & Apostoli per carnem hominem factum Deum & Sermonem. Eundem filium & Dei & hominis vnusquisque cernit pro mensura propriæ virtutis & roboris animæ, sicuti prout vel lucidi vel turbati sunt corporis oculi; alij quidem diu possunt solem directò intueri, alij verò imbecilliter, haud ferentes fulgorem eius luminaris, neque incursum radiorum.

Videmus enim mare ab aliquo montis vertice vel colle, & cum veritate dicimus, nos mare vidisse: quum superficiem pelagi solam, eámq; tantũ particulariter cernamus,

Non enim ab eo quod apud nos est, plano A præruptove littore, in eam quæ è regione opposita est, speculam vis oculorum pertingere potest: euanesceos in aëre. Neque item profunditatem eius imúmque fundum mens inuenire potest. Semper enim ab eo quod putatur, aliud animum subit, quod contineat eius eminentias, ne diffundatur aut diffluat, quatenus in immensum extenditur, intellectus noster, vt apparet, deficit. Cernimus autem & cœlum non omnes similiter, sed quisque secundum vires oculorum. Neque enim mens ad extremitatem pertingit, neque propter resilientem à nobis illius fornicis soliditatem B prorsus accedere potest.

Locus corruptus.

Cernimus igitur ea quæ sunt in eadem seruitutis conditione, non secundùm id quod sunt, sed secundùm id quod percipimus. Sunt enim nobis proposita tum adspectabilia tum inadspectabilia, & horum aliud quidem ex parte, aliud verò totum. Consimiliter & Deus & adspectabilis & inadspectabilis est hominibus. illud quidem ratione velamenti corporis, per demissionem: hoc verò, naturaliter & immensitatis ratione. Non enim sustinet ignis propinquitatem stipula & palea, quum ob ariditatem mox in terram resoluantur. Paululum enim in se diuinitatem nudans C Christus, in monte transfor nationis versauit columnas Ecclesiæ. Nam illico procidentes Petrus, & Iacobus, & Ioannes, ob timorem palpitantes, propemodum colliquescebant igne diuinitatis. Ad id autem nos ducens diuus Apostolus, apertè clamat: Ex magnitudine creaturarum & pulchritudine, ratione quadam conueniente cernitur. Quum enim cœlum, & terram, & mare, vt secundum naturam sunt, in totum cernere nequeamus: quomodo conditorem nostrum videre secundùm ipsius naturam poterimus?

D 42. *Interrogatio.*

Postquam de Christo satis instructi sumus, cupimus pauca audire de Spiritu sancto, num æqualis sit Patri & Filio, propriæ potestatis auctoritate faciens & mandans quæ vult: & quare cum aqua & igne in scriptura comparetur.

Responsio

Audi proinde ô præclare, propria auctoritate & potestate spiritum præcipientem & facientem æqualia cum Patre & E Filio: Segregate iam mihi Barnabam & Saulum in opus, ad quod vocaui eos, inquit ad Apostolos. Consentiens autem cum hoc ad Paulum inquit filius: Ingredere in ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid tibi faciendum sit. Alibi autem dicunt Acta Apostolorum, Hi quidem emissi à spiritu, abierunt Seleuciam. Ad eundem modum filius, Profecti docete omnes gentes. Consimiliter Apostoli; Visum est, inquiunt, Spiritui sancto & nobis,

A οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα, ἢ πεδινῆς, ἢ ὄχθης, πρὸς τὴν ἀντικρὺ κειμένην σκοπιὰν, ἡ ὄψις δύναταί τι, ἐναπολήγουσα τῷ ἀέρι. οὐδ᾽ αὖ πάλιν τὸ κῦτος αὐτῆς ἢ τὸν ἔσχατον πυθμένα ὁ νοῦς εὑρεῖν οἷός τε. ἀεὶ γὰρ τοῦ νοουμένου ἕτερον ὑποτιθεμένου, περιέχειν αὐτῆς τὰς ἐξοχὰς πρὸς τὸ μὴ διαχεῖσθαι, ἢ καταῤῥεῖν, πρὸς τὸ κάτω εἰς ἀμήχανον εἰκότως τῆς διανοίας ἡμῶν ἐκπιπτούσης. ὁρῶμεν δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν, οὐ πάντες ὁμοίως, ἀλλ᾽ ἕκαστος πρὸς τὴν ῥώμην τοῦ ὄμματος. οὔτε γὰρ ἡ διάνοια τοῦ πέρατος ἀφικέσθαι, B οὐδὲ προσβαλεῖν τῇ ἀντιτυπίᾳ τῆς ἀψῖδος δύναται ἀκριβῶς.

Ὁρῶμεν τοίνυν τὰ σύνδουλα, οὐ καθὸ πέφυκεν, ἀλλὰ καθὸ χωροῦμεν. ὁρατὰ γὰρ ἡμῖν πρόκειται καὶ ἀόρατα, τὸ μὲν μερικῶς, τὸ δὲ ὁλοσχερῶς παραπλησίως καὶ τὸ θεῖον ὁρατὸν, καὶ ἀόρατον βροτοῖς ὑπάρχει. τὸ μὲν, παραπετάσματι σώματος, συγκαταβατικῶς· τὸ δὲ ἀμήχανον φυσικῶς. οὐ γὰρ ἡ καλάμη καὶ τὸ ἄχυρον ὑπομένει τοῦ πυρὸς τὴν ἐγγύτητα, τῇ ξηρίᾳ εἰς γῆν διαφθειρόμενα. βραχὺ γὰρ παραγυμνώσας ἑαυτῷ τὴν θεότητα Χριστὸς, ἐπὶ τοῦ ὄρους τῆς μεταμορφώσεως, τοὺς C στύλους τῆς ἐκκλησίας ἐσφήλευσε. πεσόντες γὰρ αὐτῆς Πέτρος καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, τῷ δέει καρδιαζόμενοι, μικροῦ δεῖν ἐχωνεύοντο τῷ πυρὶ τῆς θεότητος. πρὸς τοῦτο δὲ φέρων καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος, διαῤῥήδην βοᾷ, ἐκ γὰρ μεγέθους κτισμάτων καὶ καλλονῆς ἀναλόγως θεωρεῖται. οὐρανοῦ γὰρ καὶ γῆς καὶ θαλάττης ἰδεῖν ὁλομερῶς τὴν φύσιν, οὐ δυνάμενοι, πῶς τὸν ποιητὴν ἑαυτῶν ἰδεῖν τῇ φύσει χωρήσομεν;

Πεῦσις μβʹ.

D Καλῶς περὶ Χριστοῦ διδαχθέντες δεόμεθα ὀλίγα περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀκοῦσαι· εἰ ἴσον ὑπάρχει τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, αὐθεντικῶς ποιοῦν καὶ προστάσσον ἃ βούλεται· καὶ διὰ τί ὕδατι καὶ πυρὶ ὑπὸ τῆς γραφῆς ὁμοιοῦται.

Ἀπόκρισις.

Ἄκουε δὴ ἀξιάγαστε, αὐθεντικῶς καὶ αὐτοκρατορικῶς, τοῦ πνεύματος προστάττοντος καὶ δρῶντος ἴσα τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ· ἀφορίσατε δή μοι E τὸν Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον, εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτοὺς, φησὶ τοῖς ἀποστόλοις. συμφώνως δὲ τούτῳ ὁ υἱὸς τῷ Παύλῳ φησίν· Εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, κἀκεῖ λαληθήσεταί σοι, τί σε δεῖ ποιεῖν. ἑτέρωθι δέ φασιν αἱ πράξεις τῶν ἀποστόλων, οὗτοι μὲν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ πνεύματος, κατῆλθον εἰς τὴν Σελευκίαν. ὁμοίως ὁ υἱὸς, πορευθέντες φησὶ μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· ὁμοίως οἱ ἀπόστολοι, ἔδοξε, φασὶ, τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ ἡμῖν·

μηδὲν ἄλλο ἐπιτηδεῦσαι ὑμᾶς πλὴν τῶν ἐπάναγκες. ὁμοίως ὁ Παῦλος φησί, λέγω δὲ καὶ οὐκ ἐγώ, ἀλλ' ὁ Κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρίζεσθαι. διῆλθον, φησί, τὴν Φρυγίαν καὶ Γαλατικὴν χώραν, κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ. ὁμοίως ὁ υἱὸς τοῖς ἀποστόλοις φησίν, εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε. ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ ὁ θεσπέσιος τῆς θείας τριάδος ἔργον δεικνύς, τὰ σύμπαντα μελῳδεῖ ἐν Ψαλμοῖς· τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· Κύριον τὸν πατέρα δηλῶν, λόγον δὲ τὸν παῖδα, πνεῦμα δὲ τὸ θεῖον πνεῦμα. συμφώνως δὲ τούτῳ ὁ τῆς ὑπ' οὐρανὸν θεῖος καθηγητὴς Παῦλος, φησί, διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσί, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργειῶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεός, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. τρία μὲν πρόσωπα παριστῶν, μίαν δὲ τὴν θεότητα, αὐθεντίαν τε καὶ βασιλείαν.

Πεῦσις μγ.

Προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις παρακαλοῦμεν, διατί ὕδατι καὶ πυρὶ παρεικάζεται ὑπὸ τῆς γραφῆς τὸ ἅγιον πνεῦμα.

Ἀπόκρισις.

Οὐκ εἰκῇ, οὐδ' ἀπρεπῶς ἐκείνοις παραβάλλεται τὸ θεῖον πνεῦμα. χλοοποιὸν γὰρ καὶ ζωοποιόν, καὶ θρεπτικὸν τὸ ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ ὑόμενον, καὶ πάντα πιαῖνον, καὶ πᾶσι μιγνύμενον, μονοειδὲς μὲν ὑπάρχον, πολυτρόπως δὲ ἐνεργοῦν· ἐκ μιᾶς δὲ κρήνης διάφορα γένη φυτῶν ἀρδεύεται. ὁ δὲ αὐτὸς ὑετὸς μονοειδὴς ὑπάρχων φύσει, καὶ ὄψει, πολυτρόπως εὐεργετεῖ· ἐν μὲν κρίνῳ λευκός, ἐν δὲ ῥόδῳ ἐρυθρὸς ὁρώμενος, πορφυροῦς ἐν ἴοις, κιρρὸς δὲ ἐν κρόκῳ. ἐπὶ τῆς συκῆς μονοειδὴς ὑόμενος, ἑτεροειδὴς ἀποτελεῖται, γλυκὺς μὲν ἐν τῷ καρπῷ, στυφὸς δὲ ἐν τῷ ἐκμυζωμένῳ γάλακτι. ὁ αὐτὸς ἐν ἀμπέλῳ μονοειδὴς ἐρχόμενος πυκάζεται, εἰς ἕλικας, εἰς βλαστούς, εἰς ὄμφακας, εἰς βότρυας, εἰς οἶνον, εἰς πότον, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, ἐν πᾶσι πάντα γενόμενος. μονοειδὴς ὑπάρχων, τῇ τῶν ὑποδεχομένων φύσει ἑνούμενος, ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον νέμει. τὸ πῦρ πάλιν, μονοειδὲς ὑπάρχον, πολυτρόπως ἐνεργεῖ, θερμαίνει, καθαίρει, πέπτει, δοκιμάζει, φωτίζει, φλέγει. ὡσαύτως καὶ τὸ θεῖον πνεῦμα, ἓν ὑπάρχον, μονοειδές, μονότροπον, μονοούσιον, ἀδιαίρετον, ἀλώβητον, ἑκάστῳ διαιρεῖ τὴν χάριν, καθὼς βούλεται. καὶ οἷον ἐπὶ τῶν φυτῶν γίνεσθαι πέφυκεν, ἕως μὲν τὸ ἀμειδὲς τοῦ χειμῶνος αὐτῶν ἐπικρατεῖ, ἄκαρπα μένει, ἐπειδὰν δὲ ὑετῷ ποτιζόμενα, ἡλίῳ διαθάλπηται, ἀναβιοῖ καὶ βλαστάνει· οὕτω καὶ αἱ βροτῶν ψυχαὶ ἕως μὲν τῷ τῆς κακίας χειμῶνι κατέχονται, τὸ ἀμειδὲς καὶ ἀκοινώνητον πρὸς τοὺς πέλας ἐπιδεικνύμεναι, νεκραὶ καὶ ἄκαρποι τυγχάνουσιν.

de nulla alia re vos admonendos, quàm de necessariis illis. Similiter & Paulus inquit, Dico autem non ego, sed Dominus, ne vxor separetur à viro. Peragrata, inquit alius, Phrygia, & Galatica regione, prohibiti sunt à spiritu, quominus doctrinam exponerent in Asia. Ad eundem modum filius ad Apostolos inquit: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne ingrediamini. Sed & diuinus ille Dauides sacræ Trinitatis opus ostēdens, hæc vniuersa canit in Psalmis: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorū: per Dominum, Patrē significans; per Verbum Filium: per Spiritum denique, sanctum illum Spiritum. Cum hoc autem consentiens diuinus ille omnium quæ sub cœlis sunt, magister Paulus, inquit: Diuisiones donorum sunt, sed idem spiritus: & diuisiones ministeriorum, sed idem Dominus: & diuisiones operationum, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Tres quidem exprimens personas, vnam vero diuinitatem, potestatis auctoritatem & regnum.

43. *Interrogatio.*

Quæsumus vt iis quæ hactenus disseruisti, addas quare cum aqua & igne comparetur in scriptura Spiritus sanctus.

Responsio.

περὶ μὲν ὑψηλῶ τὸν ἀέρα καὶ τὰς ἐξοχὰς τῆς ἀβύσσου ὑφαπλώσας, τῇ δὲ χέρσῳ τὰ ὕδατα ὑποκείσας, τοῖς κουφοτέροις τὰ βαρύτερα φαίνεσθαι πρυτανεύων. ἑκάτερα δὲ ὑπὸ τοῦ μελῳδοῦ τῶν θείων παιδευόμεθα. ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ, ὁ τιθεὶς νέφη τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ. καὶ μεθ' ἕτερα, ἐξομολογεῖσθε, φησί, τῷ Κυρίῳ τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων. καὶ οἰκοδόμοι μὲν μεγέθει οἰκιῶν εἰς ὕψος οἰκοδομοῦντες ἀναλόγους τῷ ὕψει τοὺς θεμελίους ὑποτίθενται· καὶ ναυπηγοὶ μυριοφόρον ὁλκάδα τεκταινόμενοι, καὶ συμβαίνουσαν τῷ βάρει τῶν ἀγωγίμων τὴν τρόπιν πηγνύουσιν· ὁ δὲ Θεός μου πρῶτον τὴν ὀροφὴν ὑπέτεινε, καὶ εἶθ' οὕτως τὸν θεμέλιον ὑπέθηκε, πρῶτον τὰ ἱστία ὑφήπλωσεν, εἶθ' οὕτως τὴν ναῦν τῆς κτίσεως ὑπετεχνήσατο ποντοπορεύουσαν τὸν κλυδώνιον ταύτης, καὶ ῥέουσαν ζωήν, τὴν μηδὲ τὰ φαιδρὰ μόνιμα, μηδὲ τὰ λυπηρὰ διαρκῆ κεκτημένην, μέχρις ἂν πρὸς τὸν εὔδιον τῆς συντελείας ὅρμον ὑπεξέλθῃ τῆς ζάλης τῆς νῦν. ὢ τοῦ θαύματος; πῶς τῷ φθαρτικῷ ἡ χέρσος ἐπινήχεται; πῶς οὐκ οὐ διαδύνει ἡ βαρεῖα τῷ ῥέοντι; πῶς τῷ μαλακῷ τὰ ὄρη οὐ γίνεται ὑποβρύχια; λέληθα ἐμαυτὸν ἐπὶ Θεοῦ φάσκων τὸ πῶς. τίς γὰρ εἴσεται; τίνι γὰρ τείχει ἡ ἄβυσσος περιέχεται, ἢ τίς ὁ ἔσχατος αὐτῆς πυθμὴν καὶ στενωπὸς τὸ κάτω συνέχων; εἰς ἀμήχανα γὰρ καὶ ἀπέραντα ἐκπίπτει μου ἡ διάνοια ἐκείνου ἐμβατεύουσα, ἀεὶ τοῖς διεισκρινομένοις βάθεσι καὶ ὑπερείσμασιν ἐπινοοῦσα ἕτερα· ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτῆς ἡ ἔνδεια, τοῦ Σολομῶντος ἐπιβοήσαντος, ὑψηλότερά σου μὴ ζήτει, καὶ βαθύτερά σου μὴ ἐξέταζε, ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ, πιστεύων τὴν συνεκτικὴν τοῦ παντὸς θείαν ῥώμην πάντα διακρατεῖν, καὶ σώζειν, καὶ διὰ πάντων ἥκειν καὶ πρυτανεύειν τὰ σύμπαντα.

Πεῦσις ϟγ.

Πόθεν ἐγένοντο οἱ φωστῆρες ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ὁ τῶν ἀστέρων χορός; ὅτι μὲν Θεοῦ τὸ ἔργον, οἴδαμεν, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν ἐπιζητοῦμεν.

Ἀπόκρισις.

Ἐκ τοῦ πρωτογόνου φωτὸς δοκεῖ μοι τοὺς φωστῆρας ὑπάρχειν. τὴν γὰρ ὕλην τοῦ φωτὸς προάγων ὁ Θεός φησι, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. μετασκευάζων δὲ πρὸς τὰς διαφόρους ὄψεις τὴν ὕλην, φησί, γενηθήτωσαν φωστῆρες, ὡς εἴ τις πρότερον προβάλοι τοῦ χρυσοῦ μάζαν, ταύτην δ' εἰς νομίσματα κερματίσας, δύο ὑπερέχειν τῷ μεγέθει ποιήσῃ, καὶ ἐπὶ δίσκου παμμεγέθους κατακολλήσῃ, καὶ τῇ ὀροφῇ τῆς οἰκίας ὑπερτιθῇ, τέρπων μὲν τὰς ὄψεις τῶν ἱστορούντων, ἀθανάτους δὲ ποιῶν τὰς μνήμας τῆς αὐτοῦ ἀγχινοίας· πόρρω δὲ τοῦ στερεώματος ποιήσας αὐτούς, τότε ὑπέθηκεν αὐτῷ. φησὶ γὰρ αὐτὸς ὁ τῶν θείων Μωσῆς, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους. ἐνταῦθά μοι πρόσεχε τὴν ἀκοήν, ἀξιάγαστε.

Atqui sub cœlo quidem aëra & emi[...] abyssi expandit, terræ verò aquas [...] sub leuioribus grauiora conspici [...]s. Vtraque verò ex diuinorum carmin[...] ctore discimus: Qui stabilit in aquis super[...]ra eius, qui ponit in nube adscensum suum. Et post alia: Confitemini, inquit, Domino, qui firmauit terram super aquis. Atque architecti quidem pro magnitudine domorum in altum ædificantes proportione altitudini respondentia fundamenta subdunt: & nauium structores decem millium capacem nauem fabricantes, congruentem ponderi mercium carinam conglutinant: At Deus meus primò fastigium supernè extendit, atque sic demum fundamentum supposuit: primùm vela expandit, ita demum nauem huius creaturæ subtus fabricatus est, quasi in ponto ferentem procellosam hanc & instabilem vitam, quæ neque læta durabilia, neque tristia possidendo perseuerare potest, vsque quò tranquillum consummationis portum subierit ex præsentis turbinis procella. O miraculum! Quomodo solubili innatat terra? Quomodo per liquidum non penetrat graue? Quomodo montes in molli non submerguntur? Oblitus sum mei ad Deum dicens, Quomodo? Quis enim intelliget quo pariete continneatur abyssus, aut quis extremus eius fundus & angiportus inferiora continens? ad immensa enim & infinita deficit meus intellectus, dum sic procedit, præter inuentas sedes imas & bases insuper alias excogitans, vltra quas quod succurrat nihil est; Solomone inclamante, Sublimiora te ne quæras, & profundiora te ne scruteris. Quæ tibi mandata sunt, illa cogita, credens conseruatricem vniuersi diuinam potentiam omnia sustentare & conseruare, & omnia penetrare, ad gubernandum in vniuersa omnia.

93. *Interrogatio.*

Vnde facta sunt luminaria Sol & Luna, & astrorum cœtus? Quòd Dei quidem sit opificium scimus, sed de substantia quærimus.

Responsio.

Ex primigenia luce mihi videntur luminaria esse. Nam materiam lucis producens Deus, inquit, Fiat lux, & facta est lux. Transmutans autem in varias species materiam, inquit, Fiant luminaria. Veluti si quis primùm promat massam auri, quam in numismata secans, duo præcellere magnitudine faciat, & in orbe permagno conjungat, domusque tecto applicet, oblectaos quidem adspicientium oculos, immortalia verò faciens monumenta suæ industriæ: ipsaque procul à firmamento remouens, deinceps illi subiecit. Inquit enim ipse diuinorum enarrator Moses, Et fecit Deus luminaria magna. Hîc mihi attentas aures præbe, ô præclare.

Nam ex ipsa elocutione manifestum faciam, luminarium creationem extra firmamentum esse. Inquit enim Moses, Et posuit ea in cœlo, inferiora significans, aut extra tectum orbes ipsorum describens, sicque deinde ei subiecta esse.

94. Interrogatio

Num simul illa duo constabiliuit, aut à se inuicem disiunxit?

Responsio.

Etiam post terræ exornationem Sol productus est, ne ipsum aliqui lucis auctorem nominarent, neue de terra nascentium opificem. Primùm enim lucis natura producta est. Quarto verò die Solaris corporis currus primigeniæ luci paratus est, velut aliqua lucerna propter impositum sibi ignem. Quemadmodum autem aliud quidem est albedo, aliud verò dealbatum corpus: sic & hæc diuersa quum sint, vnita sunt, licet discreta sint. Enimvero quæ opinione nostra sunt separabilia, operatione differunt, virtute eius qui fecit. Qui & vrendi vim in igne à splendore separauit, velut in rubo, & in fornace trium puerorum, cuiusmodi & in terribili iudicio audimus ignem fore, qui iustos quidem illuminet, comburat verò peccatores. Quemadmodum testatur Dauides, Vox Domini perrumpens flammam ignis. Eorum verò quæ de passionibus Lunæ quæruntur, breuis comprehensio est, quòd decrescens non toto corpore suo consumatur, sed circumiacente luce deposita, rursúsque assumpta, decrementi & incrementi species præbeat. Potest enim in aëre puto videri eius obscuratio tanta circumferentia circumscripta, quanta in pleniluniis est. Idem intelligas & de Sole: Nisi quòd hic quod semel accepit, id inseparabile habet, illa verò assiduè induitur & exuitur. Et hæc de Sole dicta creduntur. Porrò situm eorum ex Mosaico scripto intelligamus. Inquit enim, & fecit Deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento. Luminare magnum in dominium diei, & luminare minus in dominium noctis. Ergo sibiinuicem è regione opposita locauit, illum quidem in regione matutina, hanc verò in vespertina. Et illum quidem qui diei præesset: hanc verò quæ nocti. Vt sibi ex opposito correntes, ille quidem per diem nocturnum, hæc autem per noctem diurnam, ad eundem pertingant ortum. Vt inclinante die, hæc in summum ortos matutini veniat, agens veluti regina, splendoribus noctem exhilarans. Ille verò tenebris ingrauescentibus ad idem centrum appellens, veluti rex præsidentia sua regionem omnem quæ sub cœlo est, illustret. Vt sit illius quidem ortus, huius occasus; & huius præsidentia, illius subtractio. Vt perficiatur illud, Dominentur diei & nocti.

ἐν γὰρ τῇ λέξει τὸ σαφὲς παραστήσω τῆς ἔξω τοῦ στερεώματος τῶν φωστήρων γενέσεως. φησὶ γὰρ Μωσῆς, καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ, δηλῶν κάτω, ἢ ἔξω τῆς ὀροφῆς τοὺς πίνακας αὐτῶν γράφων· καὶ εἶθ' οὕτως ὑποκεῖσθαι αὐτῷ.

Πεῦσις ϟδ.

Ὁμοῦ τοὺς δύο ἔπηξεν, ἢ ἀλλήλων αὐτοὺς διέστησε;

Ἀπόκρισις.

Καὶ μετὰ τὴν τῆς γῆς διακόσμησιν ὁ ἥλιος παρήχθη, ἵνα μὴ φωτὸς ἀρχηγὸν αὐτόν τινες ὀνομάσωσι, μήτε τῶν ἐκ γῆς φυομένων δημιουργόν. πρότερον μὲν γὰρ τοῦ φωτὸς ἡ φύσις παρήχθη. τῇ δ'. δὲ ἡμέρᾳ τὸ ἡλιακὸν τοῦ σώματος ὄχημα εἰς τὸ πρωτογόνῳ φωτὶ παρεσκεύασται. ὥσπερ τις λύχνος διὰ τὸ ἐπιτιθέμενον αὐτῷ πῦρ. ὥσπερ δ' ἕτερον μέν ἡ λευκότης, ἕτερον δὲ τὸ λελευκασμένον σῶμα· οὕτω καὶ ταῦτα διάφορα ὄντα ἥνωνται, εἰ καὶ ἀδιαίρετα εἰσί. ἀλλ' ἅπερ ἡμῖν τῇ ἐπινοίᾳ διαχωριστά, ταῦτα τῇ ἐνεργείᾳ διέστησε τῇ δυνάμει τοῦ ποιήσαντος· ὃς καὶ τὴν καυστικὴν δύναμιν τοῦ πυρὸς ἀπὸ τῆς λαμπρότητος διεχώρισεν, ὡς ἐν τῇ βάτῳ καὶ ἐν τῇ καμίνῳ τῶν τριῶν παίδων οἷόν τι ἀκούομεν, καὶ τὸ ἐν τῇ φοβερᾷ κρίσει πῦρ τοὺς δικαίους φωτίζον, καὶ τιμωροῦν τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ὡς μαρτυρεῖ Δαβίδ· φωνὴ Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός. ἐκ δὲ τῶν περὶ σεληνιακῶν παθῶν τῶν ζητουμένων κατάληψις. λήγουσα γὰρ, οὐ τῷ παντὶ αὐτῆς σώματι δαπανᾶται, ἀλλὰ τὸ περικείμενον φῶς ἀποτιθεμένη, καὶ προσλαμβάνουσα πάλιν, ἐλαττώσεως καὶ αὐξήσεως τὰς φαντασίας παρέχεται. ἔξεστι γὰρ ἐν καθαρῷ τῷ ἀέρι ἰδεῖν τὸ ἀλαμπὲς αὐτῆς, ὑπὸ τοσαύτης ἀψῖδος περιγραφόμενον, ὁπόσης ἐν πανσελήνοις. τοιοῦτον νόει ἐπὶ τοῦ ἡλίου πλὴν, ὁ μὲν ἅπαξ λαβὼν ἀχώριστον ἔχει αὐτήν, ἡ δὲ συνεχῶς ἀμφιαζομένη καὶ ἀποδυομένη. καὶ τὰ περὶ τοῦ ἡλίου εἰρημένα πιστοῦται. Ἐκ τοῦ Μωσαϊκοῦ γράμματος τὴν θέσιν αὐτῶν νοήσωμεν· φησὶ γὰρ, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι, τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω, εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός. ἀντιπροσώπους τοίνυν ἀλλήλων αὐτοὺς ἔθετο, τὸν μὲν ἐν τῇ ἑῴᾳ, τὴν δ' ἐν τῇ ἑσπέρᾳ, ἐκεῖνον μὲν τῆς ἡμέρας ἄρχειν, ταύτην δὲ τῆς νυκτός. ἵνα ἑαυτοῖς ἀντιθέοντες, ὁ μὲν διὰ τοῦ ἡμερονυκτίου, ἡ δὲ διὰ τοῦ νυκτημέρου, ἐπὶ τὴν μίαν φθάσῃ ἀνατολήν· ὅπως ἡμέρας κλινούσης, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ἑῴας γένηται οἱονεὶ βασιλιστὴν ἔχουσα, καὶ ταῖς αὐγαῖς τὴν νύκτα φαιδρύνουσα· ὁ δὲ τοῦ σκότους ὑποτρέχοντος ἐπὶ τὸ αὐτὸ κέντρον ἐλάσας, οἷα ἄναξ τῇ προεδρίᾳ τὴν ὑπ' οὐρανὸν καταστράψῃ. ὥστε ὑπάρχειν ἐκείνου μὲν τὴν ἀνατολὴν, ταύτης δύσιν· ταύτης δὲ τὴν προεδρίαν, ἐκείνου ὑποστολήν· ὅπως πληρωθῇ τὸ, ἀρχέτωσαν τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς νυκτός.

95. Inter-

Πεῦσις ϟε'.

Πῶς τεταρταία οὖσα τότε, πανσέληνος ἦν πάντα τὸν κόσμον καταυγάζουσα, ὁμοίως τῇ πεντεκαιδεκαταίᾳ γενέσθαι. πῶς δὲ σήμερον τεταρταία πάλιν οὖσα, οὐχ ὁμοίως διὰ νυκτὸς καταλάμπει τὸν κόσμον;

Ἀπόκρισις.

Τετρήμερος μὲν παρὰ τὴν προηγουμένην τῶν στοιχείων γένεσιν λέγεται. οὐχ ὡς δὲ τέσσαρας μὲν ἔχουσα ἡμέρας, καθὼς τῖσαν ὕστερον ἐξεφάνη, ἀλλ᾽ ἡνίκα ἐδημιουργήθη, τελεία ὑπῆρχεν. οὐ γὰρ ἔδει ἠκρωτηριασμένον ἢ ἡμιτελὲς ὑπάρχειν τὸ θεῖον δρᾶμα. τὸ δὲ μὴ τοιαύτην νῦν τεταρταίαν ὁρᾶσθαι, οὐδὲ ζητήσεως ἄξιον οἶμαι, τῆς ἡμετέρας εἰκόνος ἐν αὐτῇ ὁρωμένης. τέλειος γὰρ ὁ προπάτωρ ἡμῶν Ἀδὰμ δημιουργηθεὶς, τελείαν καὶ τὴν βίου κοινωνὸν κομίζεται. καὶ ὁρῶμεν τοὺς ἐκείνων διαδόχους μὴ τὴν ἰσότητα σώζειν τοῦ ἐκείνων μεγέθους, αὖθις τῇ εἰς γένεσιν παρελθεῖν, πρινὴ διὰ τῆς τῶν χρόνων παραδρομῆς ἐπ᾽ ἐκεῖνο φθάσῃ τὸ μέγεθος. ἐπειδὰν δὲ ἐν τούτῳ γένωνται, διὰ θανάτου πάλιν εἰς γῆν ἀπελήλυθ, μετὰ βραχὺ δὲ πάλιν τῇ ἀναστάσει γίνονται, ἀποτιθέμενος καὶ ἐπαμφιεννύμενος τὸ σῶμα κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς σελήνης. τὰς δὲ ἕνδεκα ἐκείνας ἡμέρας ἃς ὑπερεξέκτησε τὸν ἥλιον, οὐ τῇ οὐσίᾳ ἀρξάμενη, ἀλλὰ τῇ φύσει ἀποτίνουσιν αὐτῷ, δι᾽ ἑκάστου μηνὸς εἰκοσιεννέα ἥμισυ ἡμερῶν ἀριθμουμένη, καὶ τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡμέρας ἀποτελοῦσα τῇ περιόδῳ τοῦ ἔτους, κατὰ τὴν Ἑβραΐδα ψῆφον. οὐ γὰρ ἴσασιν ἐκεῖνοι τοὺς καθ᾽ ἡμᾶς Ῥωμαίων μῆνας, τῇ σελήνῃ ἑπόμενοι μόνῃ.

Πεῦσις ϟϛ'.

Τί ἐστι τὸ, ἔσονται εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς; ἐπειδὴ τινὲς λέγουσι πολλὰ ἐκ τῶν στοιχείων τεκμαίρεσθαι περὶ τῆς ἀνθρωπίνης γενέσεως.

Ἀπόκρισις.

Οἱ μὲν ματαιόφρονες ἀστρολογίαις τὴν σφῶν γένεσιν ἐπιγράφουσιν. ὅτι δὲ οὐχ οἷόν τε ἀπὸ ἄστρων σημειοῦσθαί τι περὶ τῆς βροτῶν ζωῆς, μάρτυς Ἡσαΐας, φάσκων, ἀναστήτωσαν οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ, οἱ βλέποντες εἰς τοὺς ἀστέρας, καὶ ἀναγγειλάτωσάν σοι μέλλει γίνεσθαι. μικρὸν δὲ ὕστερον πλατύτερον ἐκθήσομαι τοὺς ἐκείνων μύθους. τὰ δὲ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἄστρων εἰκότως λεχθείη, ὄμβροι, πνεύματα, χειμῶνες, ἔαρ. ταῦτα ἐκ τῶν ἄστρων παιδευόμεθα, Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ· ὅπως ὁ ναυτίλος ὁρῶν τὸ σημεῖον, ἐπὶ λιμένα οἰακίσας τὴν ναῦν, ἀποδράσῃ τὸ ναυάγιον· ἵνα ὁ γεωργὸς τῷ ἐτησίῳ σημείῳ ἑπόμενος, διασκάψῃ τὴν ἄρουραν· ἵνα ὁ ὁδίτης βραχὺ ἐν τῷ πανδοχείῳ μείνας διαφύγῃ τῆς ἐπομβρίας ἢ τῆς χαλάζης τὴν ἔφοδον. γίνονται σημεῖα καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης· ταῦτα καὶ ὁ Σωτὴρ ἐβεβαίωσε δημηγορῶν πρὸς Ἰουδαίους.

95. *Interrogatio.*

Quomodo quum elapsi essent dies abortu rerum quatuor, plena erat luna, & totum mundum illustrabat, non aliter ac si dies quindecim elapsi fuissent? Quomodo verò hodie quum itidem quatriduana est, non similiter per noctem illuminat mundum?

Responsio.

Quatriduana quidem respectu præcedentis conseruorum ortus dicitur, non quasi quatriduana fuerit, quæ postmodum creata apparuit. Enimvero quum condita est, perfecta erat. Non enim debuit mutilatum, aut semiperfectum esse diuinum opus. Quòd autem nunc non talis conspicitur, quando quatriduana est, ne quidem quæstione dignum arbitror, si nostram imaginem considerèmus. Perfectus enim primus pater noster Adamus creatus, perfectam quoque vitæ consortem accipit. Atqui videmus illorum posteros non eandem seruare æqualitatem magnitudinis, neque item ad generandum progredi, nisi prius processu temporis ad debitam peruenerint magnitudinem. Posteaquam autem hanc assequuti fuerint, interuentu mortis in terram rursus desiount. Paulo pôst verò per resurrectionem renascuntur, deposito & denuo induto corpore, iuxta Lunæ similitudinem. Vndecim autem dies, quibus superauit Solem, non substantia, sed natura rependit ei, per quemlibet mensem dies viginti nouem & dimidium numeraos, & trecentos quinquaginta quatuor dies absoluens peranni circuitum, secundùm Hebræam supputationem. Non enim norunt illi menses Romanorum, qui apud nos sunt, solam sequentes Lunam.

96. *Interrogatio.*

Quid est hoc, Sint in signa & in tempora, & in dies, & in annos? Si quidem asseruat aliqui multa ex principiis istis iudicari de humana natiuitate.

Responsio.

Circumscribunt quidem suam natiuitatem astrologicis supputationibus vani homines. Quòd verò ex astris non possint quicquam pottendere de mortalium vita, testatur Esaias, dicens: Surgant astrologi cœli, qui stellas intueotur, & annunrient tibi quid futurum sit. Sed paulò post latius illorum fabulas explicabo. Signa verò cœli & astrorum meritò recenseantur, imbres, flatus, tempestates, ver. Hæc ex astris discimus per Dei erga genus humanum bonitatem, vt in mari nauta, signum videns, ad portum nauem dirigens, naufragium effugiat: vt agricola anniuersarium Etesiarum signum sequutus, fodiat aruum: vt viator in diuersorio minus diu moratus, effugiat ingruentem imbrem aut grandinem. Fiunt signa & belli & pacis, quæ ad Iudæos concionans confirmauit Seruator.

97. *Interrogatio.*

Quid igitur? Non idem putas eſſe temporis articulum & ſignum, & tempus? Atqui quomodo Scriptura differentiam indicans, inquit, Et ſint in ſigna, & in tempora, & in dies, & in annos? *Reſponſio.*

Aliud quidem eſt tempus, aliud verò temporis articulus. Nã illud quidem prolixioris ſpatij ſignificationem habet, hoc verò opportunitatis. Neque enim dicimus, Inſtat ſpatiũ tẽporis meſſis, aut vindemiæ, ſed opportunitas: neque ſpatium temporis vt nubat puella, ſed tempeſtiuum eſt: quæ quidem nos ſapiẽs ille docet Solomo. Signa autem aſtrorum illa dico, Ortũ quidem Pleiadis initium meſſis & nauigationis, occaſum verò diuerſum. Nam ille quidẽ congregat, hic verò ſpargit in aruis ſemina. Illud autem, in diem, quę periodo ſeptimanę conſtat, diem ſabbatiſmi dicit. Omnia enim feſta laborum intermiſſionem habentia, ſabbatũ apud Hebræos appellantur: quorum ab ipſis præter hebdomadarium cyclum tria in anno perficiuntur. Aliquoties etiam pręter quàm propriè dictum ſabbatum. Dies enim ſabbati erat & tempus quo veſcebantur infermentatis: ſimiliter & Pentecoſtes: ad eundem modum & Scenopegiæ. Et extra propriè ſabbatum dictum, ſi temporis periodo incidat ipſis feſtum, ſabbatum diem appellant. quod declarans eximius Apoſtolus Matthęus, ſabbato ſecundoprimo inquit: eum diem ſignificans, qui poſt ſabbatum proprium ipſum per feſtum otio vacabat. Proinde menſes Luna perficit, annos autem Sol: illa quidem per periodum dierum plena facta: hic autem ex periodo menſium in eodem centro ortus matutini conſtitutus, conuerſiones ſeruans ęquinoctij, ęſtatis & autumni.

98. *Interrogatio.*

Eſtne ſphæra cœlum, aut hemiſphærium, quod actum circulari motu Solem ſub terram ferat, aut alio modo curſum ei tribuat?

Reſponſio.

In his vtriſque ab eximio Eſaia inſtituamur, qui clamat: Qui conſtituit cœlum velut laquear, & extendit ipſum velut pellem. Quod igitur conſiſtit, non mouetur circulariter: quod expanſum eſt, non ſubtus fertur. Principium igitur habet cœlum & terminum. Non enim inquit Scriptura, aſcendit Sol, ſed, egreſſus eſt ſupra terram: Et, Lothus ingreſſus eſt Segorem: nõ globum, ſed laquear eſſe confirmãs. Et Dauides inquit in carminibus, A vertice cœli egreſſus eius, (non aſcenſus) & occurſus eius vſque ad ſummum cœli: non autem deſcenſus eius, aut occaſus. Ne ipſum percurrentem circulariter moueri faciat Et iterum, Et ipſe, inquit, velut ſponſus, non, aſcendens, ſed, exiẽs ex thalamo ſuo. Ipſe verò cõcionatur Dominus: Mittet, inquit, angelos cum tuba & voce magna, & cõgregabunt electos ab extremo cœli vſque ad extremũ eius.

Πεῦσις ϟζʹ.

Τί οὖν; αὐτὸ νομίζεις ὑπάρχειν καιρὸν καὶ σημεῖον, καὶ χρόνον; καὶ πῶς τὴν διαφορὰν δηλοῦσα ἡ γραφὴ λέγει, καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιρούς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς;

Ἀπόκρισις.

Ἕτερον μὲν χρόνος, ἕτερον δὲ καιρός. ὁ μὲν γὰρ μήκους ὑπάρχει σημαντικόν, ὁ δὲ, εὐκαιρίας. οὐ γὰρ φαμέν, χρόνος ἐπέστη ἀμητοῦ ἢ τρυγητοῦ, ἀλλὰ καιρός. οὐδέ, χρόνος γάμου τῆς νεάνιδος, ἀλλὰ καιρός· τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος ταῦτα παιδεύοντος. σημεῖα δὲ τῶν ἄστρων ταῦτά φημι, ἀνατολὴν πλειάδος, ἀρχὴν ἀμητοῦ καὶ ποντοπορείας· δύσιν δὲ τοὐναντίον. ἡ μὲν γὰρ συνάγει, ἡ δὲ σπερματίζει ταῖς ἀρούραις τὰ σπέρματα. τὸ δέ, εἰς ἡμέρας, τὴν ἐκ περιόδου τῆς ἑβδομάδος, ἡμέραν τοῦ σαββατισμοῦ φημί. πᾶσα γὰρ ἑορτὴ ἀνοχὴν τῶν πόνων ἔχουσα, σάββατον παρ' Ἑβραίοις προσαγορεύεται. ὧν παρ' αὐτοῖς παρὰ τὸν ἑβδομαδικὸν κύκλον τρεῖς τοῦ ἔτους ἐπιτελοῦνται. πολλάκις παρὰ τὸ κύριον σάββατον. ἡμέρα γὰρ σαββάτου καὶ ἡ ἀζυμοφαγία· ὁμοίως τῆς πεντηκοστῆς· ὡσαύτως ἡ τῆς σκηνοπηγίας· καὶ ἔξω τοῦ κυρίως σαββάτου διὰ τῆς χρονικῆς περιόδου εἰ ἐμπίπτοι αὐτοῖς ἡ ἑορτή, σάββατον ἡμέραν προσαγορεύουσιν. ὅπερ σαφηνίζων ὁ ὑψηλὸς Ματθαῖος, δευτεροπρώτῳ, φησί, σαββάτῳ, τὴν ἡμέραν δηλῶν τὴν μετὰ τὸ κύριον σάββατον αὐτοῖς δι' ἑορτὴν ἀργουμένην. μῆνας τοίνυν ἡ σελήνη ἀποτελεῖ· ἐνιαυτοὺς δὲ ὁ ἥλιος. ἡ μὲν ἐκ περιόδου ἡμερῶν πληροφανὴς γινομένη· ὁ δὲ ἐκ περιόδου μηνῶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κέντρου τῆς ἑῴας καθιστάμενος, τὰς τροπὰς φυλάσσων ἰσημερίας θέρους τε καὶ φθινοπώρου.

Πεῦσις ϟηʹ.

Σφαῖρά ἐστιν ὁ οὐρανός, ἢ ἡμισφαίριον κυλιόμενον τὸν ἥλιον, ὑπὸ τὴν γῆν φέρει, ἢ ἄλλως αὐτῷ τὸν δρόμον παραχωρῶν;

Ἀπόκρισις.

Ἀμφότερα τῷ ὑψηλῷ Ἡσαΐᾳ στοιχήσωμεν, διαρρήδην βοῶντι, ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνήν. τὸ ἑστὼς οὖν οὐ κυλινδεῖται· τὸ διαταθὲν οὐχ ὑποφέρεται. ἀρχὴν τοίνυν ἔχει οὐρανός, καὶ πέρας. οὐ γὰρ φησιν ἡ γραφή, ἀνῆλθεν ὁ ἥλιος, ἀλλ' ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν· καί, Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγώρ· οὐ τὴν σφαῖραν, ἀλλὰ τὴν καμάραν βεβαιοῦσα. καὶ Δαβὶδ φησιν ἐν μελῳδίαις, ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ. οὐχὶ δὲ ἡ ἄνοδος, καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου, οὐχὶ δὲ ἡ κάθοδος αὐτοῦ ἢ ἡ κατάδυσις· ἵνα μὴ σφαιροκύλιστον καταστήσῃ αὐτὸν διαθέοντα. καὶ πάλιν, καὶ αὐτός, φησιν, ὡς νυμφίος, οὐκ ἀνερχόμενος, ἀλλ', ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ. αὐτὸς δημηγορῶν ὁ Κύριος· ἀποστελεῖ φησι τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, μετὰ σάλπιγγος καὶ φωνῆς μεγάλης, καὶ συνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἕως ἄκρου αὐτοῦ

Πεῦσις ϟθ'.

Πῶς οὖν δύει ὁ ἥλιος, εἰ μὴ ὑπὸ γῆν φέρεται; καὶ τίς ὁ τόπος ὁ τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ σκιάζων;

Ἀπόκρισις.

Συμποδίσας τὰ οὐράνια τέρματα, καὶ ὑπό τινα πλευρὰν, τὸ βόρειον γινόμενον κλίμα, ὑπεραιρομένου τοῦ Καππαδόκων ἐδάφους, ἀποσκιάζεται μὲν τὴν ἀστραπὴν τῶν ἀκτίνων ταῖς λόχμαις καὶ τοῖς ὕδασι τοῦ ὑπερκειμένου στερεώματος, διακλωμένων τῶν μαρμαρυγῶν ἐπὶ τὰ πλάγια, καὶ τῇ ὑπεροχῇ τῆς χέρσου τὴν φαῦσιν εἰργόμενος, κατὰ τὴν προεκτεθεῖσαν εἰκόνα τῆς παρ' ἡμῖν λαμπάδος αὐτόθεν τηγάνῳ ὀστράκῳ τινὶ τοῦ πυρσοῦ πιεζομένου, καὶ ἐμφραχθέντι τινὶ σκιαζομένου, ἐπὶ δὲ ἐλευθέραν τινὰ τῶν πλαγίων τῆς λαμπρότητος χωρούσης. κατὰ ταῦτα καὶ ὁ φωστὴρ τὴν ἕω, κρύβδην τὸ βόρειον μέρος. καὶ μάρτυς ἡμῖν ἀξιάγαστος ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομών. ἀνατέλλει γάρ, φησιν, ὁ ἥλιος καὶ δύει. ἀνατέλλων πορεύεται κατὰ δύσιν, καὶ κυκλοῖ κυκλῶν πρὸς Βορρᾶν, καὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἕλκει. ἄθρει δὲ οὖν αὐτὸν τὴν μεσημβρίαν διαθέοντα, καὶ τὸν Βορρᾶν κυκλοῦντα, ἵνα ἐμπροθέσμως ἐπὶ ἑῴας γίνηται.

Πεῦσις ρ'.

Εἰ ἄπαυστος αὐτοῦ ἐστὶν ὁ δρόμος, πῶς θέρους μὲν μεγάλας ἡμῖν τὰς ἡμέρας ἐργάζεται, χειμῶνος δὲ μικροτέρας;

Ἀπόκρισις.

Ἐπειδὴ οὐχ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κέντρου ἀεὶ πρόεισιν, ἀλλ' ἐγγὺς τῆς μεσημβρίας γινόμενος, οὐ τὴν ὑψηλὴν ἀλλὰ τὴν πλαγίαν ἐλθὼν βραχυτέρας τὰς ἡμέρας ἐργάζεται. δύνας δὲ τοῦ ἄκρου τοῦ ἑσπερίου κλίματος κυκλοῖ διὰ τῆς νυκτὸς πᾶσαν τὴν δύσιν καὶ ἄρκτον, καὶ τὴν ἕω, ὅπως φθάσῃ πάλιν τὸ ἄκρον τῆς μεσημβρίας, κἀκεῖθεν πάλιν τὸν ἡμερινὸν ὠκύτητος ἀρχόμενος. ὅθεν εἰκότως συμβαίνει τὴν νύκτα μηκύνεσθαι, τὴν δὲ ἡμέραν βραχύνεσθαι. ὅταν δὲ ἰσομερῶς διὰ μέσου ἱππηλατεῖ τὸν αἰθέρα, ἰσημερίας ἐργάζεται. θέρους δὲ πάλιν κλίνας ἐπὶ τὸ βόρειον ὑψοῦται, τὸν μὲν νυκτὸς ὑφαιρούμενος, τῇ δὲ ἡμέρᾳ προστιθέμενος διὰ τὸ βραχύτερον ἐν τῇ νυκτὶ κύκλον. ἡ δὲ σελήνη, οὐ τέλειον μειουμένη εὑρίσκεται, ἀλλὰ σκιάζεται τοῦ δίσκου κατὰ μέρος, καὶ ἔστιν ἀθρῆσαι φθίνουσαν αὐτὴν καὶ λήγουσαν ὑπὸ τὸ νέφος σκιαζομένην, δίκην εἰκόνα παραπετάσματι βάμβυκος. πάλιν δ' ἐπαμφιεννυμένη τὸ φῶς, συνελκομένη τοῦ ἀναπληρώματος, δίκην βασιλίδος πρόεισιν, ἐναργὴς εἰκὼν ὑπάρχουσα τῆς ἡμετέρας φύσεως, γεννωμένη, αὐξουμένη, πληρουμένη, φθίνουσα, ἐλαττουμένη, δυομένη. οὐ τέλεον δὲ ἀπολλυμένη. παραπλησίως καὶ ἡμεῖς γεννώμεθα, αὐξόμεθα, πληρούμεθα ἐν γήρει, εἶθ' οὕτως λήγομεν τῇ ὥρᾳ τῆς ὄψεως, φθίνομεν τῇ εὐχροίᾳ, καὶ ἀνθῇ τῆς παρειᾶς τὸ ἐρυθρὸν ὠχριώμενοι. ἐλαττούμεθα τὴν ῥώμην τοῦ σώματος, κυρτοβατεῖν ἀρχόμενοι,

99. *Interrogatio.*

Quomodo igitur occidit Sol, si non fertur sub terram? & quinam locus est qui radios eius inumbrat?

Responsio.

Peragratis celeri cursu cœlestibus terminis, postquam latus quoddam, boreale nempe clima, subierit, eleuante se Cappadocum solo, ioumbratur quidem radiorum fulgor per siluas & aquas ex superna repressione firmamenti, perfractis ad latera radiis, & per eminentiam terræ luce ipsius exclusa, idque secundùm prius exhibitam similitudinem lampadis, cuius apud nos vsus est, si testa fax comprimatur, & aliqua ex parte inumbretur, ad aliquod liberum latus lux recedit. Hoc modo etiam Sol peruenit ad orientem, occultè borealem plagam permeans. Estque nobis illustris testis in rebus diuinis sapiens ille Solomo: Oritur (inquit) Sol, & occidit. Ortus per occasum graditur, & gyrans circulariter fertur ad Aquilonem, & in locum suum redit. Adspice proinde ipsum per meridiem currentem, & plagam borealem circumeuntem, vt intra præscriptum ab oriente feratur.

100. *Interrogatio.*

Si absque intermissiooe cursus eius est, quomodo æstate quidem maiores nobis dies efficit, hyeme verò minores?

Responsio.

Eo quòd noo ab eodem centro semper procedit, sed prope meridiem constitutus, non altam, sed obliquam incedens viam, breuiores oobis dies efficit. Occidens verò in sommo plagæ vespertinæ ambit per noctem omnem occidentem, & Arctum, & orientem, quo perueniat rursus ad summum meridiei, inde rursus diurnum celerem cursum incipiens. Vnde (ceu coostat) accidit, vt nox longior, dies vero breuior efficiatur. Quando verò æqualiter per medium agit æthera, æquinoctium perficit. Æstate verò rursus ad borealem vergens plagam eleuatur, ac nocti quidem aufert, addit verò diei per breuiorem noctis circulum. Luna autem non prorsus per imminutionem deficere deprehenditur, sed ex parte orbis inumbratur: ipsamque adspicere licet decrescentem atque deficientem sub nube obscuratam, quæ veluti veste bombycina rursus induta luce, attracto complemento, instar reginæ procedit. Estque euidens imago nostræ naturæ nascens, crescens, plena, decrescens, imminuta, occidens, oon tamen prorsus intercidens. Consimiliter & nos oascimur, crescimus, ad plenitudinem euademus io senectute: ita deinde deficimus vigore faciei, decrescimus elegantia coloris, & gratia floris io vultu, subori pallorem introducentes. Imminuimur corporis robore, incipientes incedere curui,

Lunæ hominis imago.

& inniti baculo, ad terram inclinari, & ipsa habitu ipsam obtestantes, Ecce adsum. Morimur, & in ipsam desinimus corpore, non tamen intercidentes spiritu, sed paulo post deposito carnis pallio rursus anima vestitur. Non enim ego sum corpus, sed ego quidem anima, meum autem hoc corpus, & quæcunque ex terra nascuntur: vnde & hinc rursus post interitum nascitur, vt Luna quæ veluti reuiuiscens, sub adspectum omnibus venit. Quandoquidem & nos in sepulchro intereuntes, rursus resurgemus, quasi renati secundùm verbum illud diuinum: Quando venerit filius hominis in regeneratione: quo nostræ resurrectionis tempus significatur.

A καὶ βακτηρίᾳ ὑπερείδεσθαι, πρὸς γῆν νενευκότες, καὶ διὰ τοῦ σχήματος αὐτὴν μαρτυρόμενοι, ἰδοὺ παραγίνομαι. ἀποθνήσκομεν, καὶ εἰς αὐτὴν ἀπολήγομεν σώματι, οὐκ ἀπολλύμενοι πνεύματι. ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον τὸ ἀποτεθὲν ἱμάτιον τῆς σαρκὸς ἡ ψυχὴ πάλιν περιβάλλεται. οὐ γὰρ ἐγὼ τὸ σῶμα, ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἡ ψυχή, ἐμὸν δὲ τὸ σῶμα καὶ ὅσα τῆς χέρσου ἐκφύεται· ὅθεν καὶ τοῦτο πάλιν δὲ μετὰ τὴν λῆξιν γεννᾶται ὡς φαεινάξ, οἱονεὶ ἀναβιοῦσα τῇ ὄψει παρισταμένη. ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ἐν τάφῳ λήξαντες πάλιν ἀναστησόμεθα, οἱονεὶ παλιγγενώμενοι B κατὰ τὴν θεηγορίαν. ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ· τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν τὸν καιρὸν ἐκ τούτου δηλῶν.

CÆSARII

DIALOGVS II.

101. *Interrogatio.*

QVANDOQVIDEM audinimus heri te ad eos, qui quæsiuerant, dicentem, inanimatam esse terram: si inanima est, quomodo generat animata, bouem, ouem, leonem, draconem, & cætera genera pecorum, & reptilium, & bestiarum?

Responsio.

Nihil horum animatam terram esse demonstrat. Siquidem hoc modo concedemus omnino & vitem cum botris delitescentem, confestim proferri: & palmam arborem fructum plenum proferentem sub terra mox exsilire vt appareat: aut vt triticum plenam spicam & ad messem paratam subtus protendat, tursusque diuino præcepto oriatur. Verum non habet rationem similitudo. Nam si terra animata ex eo est, quòd animata profert, seipsam anima destituit. Nam qui animam educit, siue suam siue proximi, mortuus omnino & exanimis est, vitalem causam eiiciens.

102. *Interrogatio.*

Num igitur, quandoquidem homines viuentia & animata generant, edito in lucem infante inanimus relictus est?

Respensio.

Verùm nihil aliud quàm organum homo generat, animam autem immittit Deus. nusquam enim in scriptura dictum est: Producat mulier animam viuentem: neque quòd Eua concipiens, aut Sara, aut Elisabetha produxerit animam, sed quòd genuerit infantem puerum. Cur cæteroqui plurimæ matres generant sola corpora, anima destituta, siquidem poterant animatum producere fœtum? Aut quare fœtum mortuum enixæ; super eo lugent & plorant,

ΚΑΙΣΑΡΙΟΥ

Διάλογος β'.

Πεῦσις ρα.

C ΕΠΕΙΔΗ ἠκούσαμέν σου χθὲς πρὸς τοὺς ἐρωτήσαντας εἰπόντος ἄψυχον εἶναι τὴν γῆν· εἰ ἄψυχός ἐστι, πῶς ἀπογεννᾷ τὰ ἔμψυχα, βοῦν, πρόβατον, λέοντα, δράκοντα, καὶ τὰ ἑξῆς γένη κτηνῶν καὶ ἑρπετῶν καὶ θηρίων καὶ τῶν λοιπῶν;

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τούτων ἔμψυχον γῆν σοι ἀποδείκνυσιν. ἐπεὶ οὕτως δώσομεν πάντως καὶ τὴν ἄμπελον μετὰ τῶν βοτρύων ὑπολανθάνουσαν ἀθρόως ἀναδεδεῖχθαι, καὶ τὸν φοίνικα καρπῷ πλήρη ὑποφυόντα τῇ γῇ ἀθρόως ἀναπηδῆσαι πρὸς τὴν ἐκφάνειαν, ἢ τὸν πυρὸν πλήρη D στάχυν καὶ πρὸς ἄμητον ἕτοιμον ὑποκάτωθεν, καὶ αὖθις τῷ θείῳ προστάγματι ἀνατέλλεσθαι. ἀλλ' οὐκ ἔχει λόγον ἡ παρομοία. εἰ γὰρ ἔμψυχος ἡ χέρσος ἐκ τοῦ ἀποβλύσαι τὰ ἔμψυχα, ἔρημον οὖν ἑαυτὴν κατέλιπε τῆς ψυχῆς. ὁ γὰρ ἐξάγων ψυχὴν εἴτε τὴν σφετέραν εἴτε τοῦ πέλας, νεκρὸς καὶ ἄψυχος πάντως ὑπάρχει, τὸ ζωτικὸν αἴτιον ἐκβαλών.

Πεῦσις ρβ.

Τί οὖν, ἐπειδὴ ἄνθρωποι ζῶντα καὶ ἔμψυχα γεννῶσιν, ἆρα προελθόντος τοῦ βρέφους ἄψυχος καταλείφθη;

E Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ὄργανον γεννᾷ, τὴν δὲ ψυχὴν ὁ θεῖος ἐνίησιν. οὐδέπω γὰρ τῇ γραφῇ εἴρηται, ἐξαγαγέτω ἡ γυνὴ ψυχὴν ζῶσαν, οὐδ' ὅτι συλλαβοῦσα Εὔα ἢ Σάρρα ἢ Ἐλισάβετ ἐξήγαγε ψυχήν, ἀλλ' ὅτι ἐγέννησε παιδίον. διατί δὲ ἄρα πλεῖσται μητέρες ψυχῆς ἔρημα ἀποκυοῦσι μόνα τὰ σώματα, εἴπερ ἦν αὐταῖς δυνατὸν ἔμψυχον ἀποκυεῖν τὸ ἔμβρυον; διατί δὲ νεκροτοκοῦσαι, ἐπικωκύουσι καὶ ὀλοφύρονται,

ἢ μὴ αὖθις τὴν ψυχὴν τῷ νεκρῷ ἐντιθέασιν, εἴπερ τῷ αὐτῆς θανάτῳ τὴν ψυχὴν ἀποθνήσκειν; πῶς δὲ πᾶν τὸ ἔμψυχον σιδήρῳ τεμνόμενον ἢ ἀμυσσόμενον, αὐτίκα αἷμα προχεῖται χρωματικὸν, καὶ περιφοινίττει τὸ ὑποκείμενον· ἡ δὲ χέρσος ἀρουμένη καὶ λίσκῳ διαιρουμένη, καὶ εἰς φρέαρ ὀρυττομένη, οὐ βοᾷ, οὐχ αἱμορραγεῖ, οὐ περιφοινίττεται, οὐ καμμύει τοὺς πλήττοντας, καθάπερ τὰ ἔμψυχα πάντα πέφυκε; πῶς δὲ τὰ σκόροδα, ἢ κρόμμυα, ἢ τὰ λοιπὰ τῶν φυτῶν μαχαίρᾳ ἢ δρεπάνῃ τεμνόμενα, οὐχ αἱμάττεται, εἴπερ ἔμψυχα ὑπάρχει, κατὰ Μανιχαίους τοὺς εἰκαιολόγους, καὶ ματαιόφρονας, τοὺς τὴν ἐκείνων δύσοσμον κακοφημίαν ἐν ταῖς σφῶν ψυχαῖς περιφέροντας; πᾶν δὲ ἔμψυχον χερσαῖόν τε καὶ ἐνάλιον πάντως ἔσται καὶ ἔναιμον. Οὐκ ἔμψυχος τοίνυν ἡ γῆ, οὐδέ τι τῶν φυτῶν, ἢ φωστήρων. οὐδέπω γὰρ περὶ τούτων φησὶν ἡ θεία πυκτὶς, ὅτι ἐνεφύσησεν αὐτοῖς πνοὴν ζωῆς καθάπερ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου φησίν. ἄπαγε οὖν τῆς ἐκείνων παρανοίας, καὶ φρενίτιδος ἀξίας. πᾶν γὰρ ζῶον ἑαυτῷ ὅμοιον γεννᾷ, βοῦς βοῦν, καὶ ἵππος ὁμοίως, καὶ δορκὰς καὶ τίγρις καὶ τὰ ἀχθοφόρα τῶν ὑποζυγίων, καὶ αἱμοβόρα τῶν θηρίων, ἕκαστον τῆς οἰκείας φύσεως καὶ μόνης ὑπάρχει γεννητικόν. πῶς οὖν ἡ χέρσος οἷά τε μιᾶς ὑπάρχουσα φύσεως, τοσαύτας ἀπογεννῆσαι ψυχὰς, ἀλλογενῶν καὶ ἀνομοίων ζώων, εἰ μὴ τοῖς θείοις προστάγμασιν ἐμψυχοῦντο τὰ ἐκβλαστούμενα; πῶς δὲ καὶ τὰ ὕδατα τῷ αὐτῷ ὑπείκοντα διατάγματι, μιᾶς ὑπάρχοντα φύσεως, μαλακῆς τε καὶ ῥυτῆς, μυρία γένη πλωτῶν ἐμψύχων, κητῶν τε καὶ σελαχῶν, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ὁμοίως τῇ γῇ ἐξωμόρξατο; ἢ μαλακή τε καὶ ῥυτὴ σώματα ἐμψυχούμενα, στερρά τε καὶ πετρώδη ἐν τῇ ἀβύσσῳ, ὄρεσι τῷ μεγέθει παρισούμενα, φῶκαι καὶ φάλαιναι, πρίονες καὶ γαῦροι, καὶ τὰ λοιπὰ φρικώδη τῇ κλήσει καὶ ὄψει ἐμβύθια ζῶα, ἅπερ οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ διερμηνεύειν; πῶς οὖν εἴπερ μία φύσις ἔμψυχος τὸ ὕδωρ, ἀναρίθμητα ἐξέρρευσε γένη πλωτῶν τε καὶ πτηνῶν ἑτερογενῆ, καὶ ἑτερόβια καὶ ἀμφίβια, νῦν μὲν ἐπὶ τῆς χέρσου, νῦν δὲ ἐν τοῖς ὕδασι διαιτώμενα, οἱ Νειλῷοι τῆς Αἰγύπτου κροκόδειλοι, οἱ ἑσπέριοι Φυσωνῖται κυνοπόταμοι, οἱ Εὐφρατήσιοι γρῦπες, οἱ τελματιαῖοι βάτραχοι, οἱ παρ' ἡμῖν ἐχῖνοι, καὶ κύκνοι. καὶ μυρία τις εὑρήσει τῶν ἀμφιβίων γένη, νῦν μὲν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν καὶ μεδίμνων σπερμολογοῦντα, ἢ ποηφαγοῦντα, ἅμα τοῖς χερσαίοις ζώοις· νῦν δὲ ἐν τοῖς ὕδασι τὰ λεπτότερα τῶν πλωτῶν διανηχόμενα κατεσθίει, ὅπερ καὶ τὰ αἱμοβόρα τῶν χερσαίων ποιεῖν πέφυκεν. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον τοὺς οἴακας τοῦ λόγου τρέψωμεν, τοῖς προφητικοῖς ἑπόμενοι δόγμασιν. οὐδέπω γὰρ ἔμψυχον τὴν γῆν ἀποφαίνονται, ἀλλὰ θείᾳ ῥώμῃ καὶ πνεύματι ἐμψυχοῦσθαι τὰ ἐκείνης ἀποβλαστήματα. τοῦ μὲν θεσπεσίου Δαβὶδ μελῳδοῦντος, ἀποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου,

& nun mox animam indunt mortuo: siquidē denuo fas erat animam generare? Quomodo verò quodvis animatum ferro dissectum, aut laniatum, mox sanguinem profundit instar torrentis, & circumquaq; rubefacit subiectū? Terra verò arata, pastinoque dissecta, & in puteum effossa non clamat, nō reddit sanguinem, non rubefit, non contradicit percussoribus, vt animata omnia solent. Quomodo verò allium & cepæ, aut aliæ plantæ cultru vel falce amputatæ sanguine non perfunduntur, siquidem animatæ sunt, secundū Manichæos vaniloquos & stultos, qui fœtidam maledicētiā in suis animabus circumferūt? Omne autē animatum terrenum & marinū omnino erit, & sanguinē habens. Non igitur animata terra est, neque quicquā plātarum, aut luminariū. Nusquam enim de his inquit pagina sacra, quòd inspirauerit ipsis flatum vitæ, quemadmodum inquit de homine. Absit igitur à te procul quæso illorum dementia & delirium. Omne enim animal sibi simile generat, bos bouem, similiter & equus equū, & caprea, & tigris, & oneribus portādis destinata iumēta, bestiæq; crudiuoræ, vnūquodlibet suā naturam eāque solam generat. Quomodo igitur terra quū vnius naturæ sit, tot queat animas generare alterius generis & inæqualium animaliū, nisi diuino mādato animarentur quæ inde producuntur? Quomodo verò & aquæ eidem diuino iussui obnoxiæ, quū sint vnius naturæ mollis & fluxę, innumera genera natatilium animatorum, cęterorúmq; & aliorū pisciū cartilagineorū in vno tēporis momento consimiliter cum terra excreuerunt? Quī res mollis & fluida produxit corpora animata, solidaque & lapidea, in abysso fluitantia, adęquata montibus magnitudine, cuiusmodi sunt phocæ, balænæ, priunes, gauri, &c. horribilia dictu & adspectu in profundo degētia animalia, quorum nō est præsentis tēporis expositio? Quomodo igitur, siquidē vna natura animata est aqua, innumera effluxerunt genera natatilium & volatiliū, aliter nascētia, & aliter viuētia, & quidē diuerso victu viuentia: nunc quidem super terrā, nunc vero in aquis victum quærentia? Niliaci sunt in Ægypto crocodili: ad occidentalem Physonem canes fluminei: Euphratæi grypbes, palustres ranæ, & apud nos echini & cygni. Atque innumera quis inuenerit amphibiorum genera, quæ nunc quidem in pratis & medimnis semina colligunt, aut herbas comedunt, vnà cum terrestribus animalibus: nunc vero in aquis natantia leuiores fluuiatilium cibos comedunt: quod & crudiuora ex terrestribus facere solent. Sed ad propositum sermonem gubernacula vertamus, prophetica sequuti dogmata. Nusquam enim terram animatam proununtiant, sed diuina virtute & spiritu animari ex ipsa pullulantia: diuino quidem Dauide canente, Mittes spiritum tuum,

& creabuntur: Esaia verò velut in persona Dei manifestò clamante: Ego Deus qui feci cœlum & terram, & qui dat flatum vitæ omnibus calcantibus eam.

103. *Interrogatio.*

Nihil quod mugit, aut rugit, inanimum esse dicimus, quomodo igitur rugit terra, siquidem inanimata est, & quomodo mugit quando concutitur.

Responsio.

Similiter & mare subterraneis spiritibus intumescens, quasi stridorem aliquem aut mugitum reddit. Etenim illud sæpenumero euaporante profundi æstu commotum & exundans, sonitum efficit, allidens semetipsum procellis vehementioribus. Quiescente verò flatu, velut inanimatum haud clamat, sed sopitum profunditatis tranquillitatem habet. Cæteroqui nũ putatis aquaria vasa, vel dolia animata esse, quæ audimus stridentia & mugientia, quum penetrat aërius spiritus? occisâ verò capra & excoriata, cuius constat ipsam pellem inanimam esse: in vtrem verò cute commutata, & spiritu distenta, deinde rursus cõpressione manuum nostrarum emisso flatu, quomodo stridorem quendam, aut mugitum reddit inanimata? Quomodo item musico seruiens instrumento, ductu hominis variè illo vtentis quoduis carmen efficitur, ac tam lugubriter quàm remissè per fistulas resonat? Nũ igitur animatas dicemus quòd inflatæ musicis insonant instrumẽtis hominum excogitatione? Item cithararum chordas, & tympanorum pelles tinnitus & sonos edunt, perque tactum eius, à quo tenentur, strepũt. Ad hunc modũ cogita & terram, per alterius alicuius operationem, mugire & concuti.

104. *Interrogatio.*

Quomodo igitur tres illi pueri omnem creaturam animatam innuunt, canentes in fornace, Benedicite omnia opera Domini Dominum, celebrate & exaltate ipsum in sæcula. Benedicite Angeli, cœli, terra, sol, luna, astra, rores, pluuiæ niuales, glacies, niues, lux, tenebræ, noctes, dies, montes, colles, mare, flumina: & omnia quæ sequuntur? Nam hoc, esse illa animata significatur.

Responsio.

At non omnia animata ostendit esse illorum sanctorum hymnus, præter homines, etiam bestias, & ceros & cætera terrestria & aquatilia. Angeli enim benedicunt vt rationales spiritus, & ministeriales: cœli autem, non sermone & voce, sed suppeditatione imbrium & firma constitutione. Sol autem & luna, ex ortu, & mutua vicissitudine cursus & radiorum eiaculationibus. Præterea processione ordinata Lucifer quidem diem annuntiat, Hesperus verò diuersum. Pleias conspecta securitatem nauigantibus pollicetur; occidens verò contrarium ∴∴∴∴ aliquando quidem ad matutinas,

καὶ κτισθήσονται. τοῦ δ' Ἡσαΐου ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ διαῤῥήδην βοῶντος, ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ διδοὺς πνοὴν ζωῆς τοῖς πατοῦσιν αὐτήν.

Πεῦσις ργ'.

Οὐδὲν μυκώμενον, ἢ ὠρυόμενον, ἄψυχον λέγομεν· ἀπ' ἀρχῆς πῶς ὠρύεται ἡ γῆ, εἴπερ ἄψυχός ἐστι, καὶ μυκᾶται σειομένη;

Ἀπόκρισις.

Ὁμοίως τῇ θαλάττῃ τοῖς ὑπογαίοις πνεύμασι διογκουμένη, ὥσπερ ῥοιζόν τινα ἢ μυκηθμὸν ἀποδίδωσι. καὶ γὰρ ἐκείνη πολλάκις τῇ ἀναθυμιάσει τοῦ βυθοῦ σαλευομένη, καὶ ἐξοιδαίνουσα, ἦχον ἀποτελεῖ, προσαρασσομένη ἑαυτὴν τρικυμίαις. τοῦ δὲ πνεύματος ἠρεμοῦντος εἰ ἄψυχος. βοῶσα δὲ καὶ κοιμωμένη βαθεῖαν ἔχει γαλήνην. ἢ δοκεῖτε τὰς ὑδρείας, ἢ τοὺς πίθους, ἔμψυχα ὑπάρχειν, ὧν ἀκούομεν ῥοιζούντων καὶ μυκωμένων τῇ τοῦ ἀερίου πνεύματος διαφοιτήσει; σφαττομένης δὲ τῆς αἰγὸς, καὶ ἐκδερομένης πάντη δῆλον ἄψυχον ἀπ' ἀρχῆς τὸ κώδιον. εἰς ἀσκὸν δὲ ἐξεργασθέντος, καὶ πνεύματι διογκωθέντος, εἶτα πάλιν τῷ πιεσμῷ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἐκπνεομένου, πῶς ῥοιζόν τινα, ἢ μυκηθμὸν ἀποδίδωσιν ὁ ἄψυχος; πῶς δὲ πάλιν τῷ μουσικῷ ὑποπνέον ὀργάνῳ, τῇ ποδηγίᾳ τοῦ ἀνθρώπου ἐφεστῶτος πᾶν μέλος διαπεραινόμενον, θρηνῶδες τε καὶ ὕπτιον διὰ τῶν αὐλῶν ἐκφωνεῖ; ἆρ' οὖν παρὰ τοῦτο ἐμψύχους ἐροῦμεν τὰς ὑποπνεομένας τοῖς μουσικοῖς ὀργάνοις τῇ βροτῶν ἐπινοίᾳ; τὰς δὲ κινυρικὰς χορδὰς, καὶ τὰς τυμπανικὰς δοράς ἠχούσας καὶ βομβούσας, καὶ μυκωμένας τῇ ἐπαφῇ καὶ τῷ πλήκτρῳ τοῦ κατέχοντος; οὕτως μοι νόει καὶ τὴν γῆν ἐνεργείᾳ τινὸς ἑτέρου μυκωμένην καὶ σειομένην.

Πεῦσις ρδ'.

Πῶς οὖν οἱ τρεῖς παῖδες, πᾶσαν τὴν κτίσιν ἔμψυχον παρεισῶσιν, ᾄδοντες ἐν τῇ καμίνῳ, εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, εὐλογεῖτε ἄγγελοι, οὐρανοὶ, γῆ, ἥλιος, σελήνη, ἄστρα, δρόσοι, νιφετοὶ, πάγοι, χιόνες, φῶς, σκότος, νύκτες, ἡμέραι, καὶ ὄρη καὶ βουνοὶ, θάλασσαι, καὶ ποταμοὶ, καὶ πάντα τὰ καθεξῆς ἔμψυχα παρεισῶσιν;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐ πάντα ἔμψυχα δείκνυσιν ὁ τῶν θεσπεσίων ὕμνος πλὴν ἀνθρώπων, θηρίων καὶ τῶν κητῶν, καὶ τῶν λοιπῶν χερσαίων τε καὶ ἐνύδρων. ἄγγελοι γὰρ εὐλογοῦσιν, ὡς λογικὰ πνεύματα καὶ λειτουργικά. οὐρανοὶ δὲ οὐ λόγῳ καὶ φωνῇ, ἀλλὰ τῇ χορηγίᾳ τῶν ὄμβρων καὶ τῇ ἑδραίᾳ στάσει, ἥλιος δὲ καὶ σελήνη τῇ ἀνατολῇ καὶ ἀντιπαραδόσει τοῦ δρόμου καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ἀκτίνων. ἀλλὰ δὲ τῇ εὐτάκτῳ πορείᾳ φωσφόρος μὲν ἀνίσχων τὴν ἡμέραν διαγγέλλεται, ἕσπερος δὲ τοὐναντίον. πλειὰς ὁρωμένη τὸ ἀκίνδυνον τοῖς ναυτίλοις ἐπαγγέλλεται· δυόμενος δὲ, τοὐναντίον, ἡ ἀπόνοια,

ποτὲ μὲν ἐπὶ τὰ ἑσπέρια τὸν ἄξονα τρέπουσα, νυκτὸς καὶ ἐπιφαύσεως ὑπάρχει σημαντική. γῆ δὲ τοῖς ἐκφορίοις δεξιουμένη βροτοὺς ὑμνεῖ τὸν Κύριον. θάλασσα κελεύθοις καὶ ξύλοις πεζευομένη, καὶ ἰχθῦς ἡμῖν ἀποκύουσα καὶ φέρουσα, ὑμνεῖ τὸν Κύριον. τὰ δὲ ἄλογα ζῶα καὶ ἄνθρωποι· οἱ μὲν διὰ τοῦ λόγου τοὺς ὕμνους ἀναφέρομεν, τὰ δὲ τοὺς ὑμνοῦντας φέροντα εὐξαμένους ἀπταίστως ἡνιοχούμενα καὶ φόβῳ χαλινούμενα ὑμνεῖ τὸν Κύριον. οὐδὲν γὰρ ἧττον ὡς ὑπὲρ ἑαυτῶν κτημάτων, εὐχόμεθα.

Πεῦσις ρε.

Εἰ ἐν τῷ στερεώματι πεπήγασι τὰ ἄστρα καὶ οἱ φωστῆρες, ἵσταται δὲ ἀκίνητος, ὡς λέγεις, ὁ οὐρανός, πῶς τρέχει δι' ἑαυτοῦ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, μὴ τέμνοντες αὐτοῦ τὴν οὐσίαν; πῶς δὲ καὶ δυνατὸν ἐν [illegible] παγῆναι πῦρ ἐκείνου μὴ λυομένου;

Απόκρισις.

Οὐ πεπήγασιν, ἀλλ' ὑπήρτηνται τοῦ στερεώματος ὀχούμενοι μὲν τῷ αἰθέρι κουφότητι φύσεως· ὑποτρέχοντες δὲ τοῦ στερεώματος τῇ μὲν ἐκείνου καταψύξει ἀναλόγως πρὸς τὸ κάτω συνωθούμενοι, τῇ δὲ ὑποκειμένῃ τοῦ ἀέρος παχύτητι ἀνεχόμενοι. πάντων γὰρ κτισμάτων, κουφοτέρα ἡ τοῦ πυρὸς ὑπάρχει φύσις. διὸ καὶ ἄγγελοι ταύτης ἔλαχον. ὁ ποιῶν γὰρ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα, φησὶν ἐν μελῳδίαις ὁ Δαβίδ. ἐν ἐπιστολαῖς δὲ ὁ Παῦλος, τὸν ἀέρα οὕτω ὑπερέχουσιν οἱ φωστῆρες κουφότητι φύσεως. προσβάλλειν δὲ τῷ στερεώματι, ἢ καταφλογίσαι αὐτό τι, οὐχ οἷοί τε καθεστήκασι τῇ ὑπερπνεούσῃ ψυχρότητι τῶν οὐρανίων ὑδάτων.

Πεῦσις ρϛ.

Καὶ πῶς τῇ τῶν ἀνέμων βίᾳ τοῖς ἄστροις οὐ προσκρούονται, ἢ τὸν δρόμον οὐ κωλύονται;

Απόκρισις.

Ὑποπνέουσι τὰ πνεύματα, καὶ αἱ νεφέλαι ὑποφέρονται τοῦ ἡλίου, ὡς ἔστιν ἀθρῆσαι, ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ νεφῶν κινουμένων ὑποσκιάζεσθαι τὸν ἥλιον ὑπερίπταμένων. ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βία πρόσγειος τυγχάνουσα, εἰκότως ἐκμοχλεύει τὴν ἄβυσσον, καὶ πάσαν τὴν ἀέρα χέει. πῶς δὲ ἡ τῶν πνευμάτων βία ἕνα οἰκίσκον, ἢ λίθον κινῆσαι, οὐχ οἷά τε ὑπάρχουσα, κινήσει ποτὲ, ἢ μεθιδρύσει τὸν πάσης πόλεως μεγέθει ὑπερέχοντα ἥλιον, ἢ τοῖς ἄστροις προσαράξειεν;

Πεῦσις ρζ.

Εἰ μηδὲν πρὸς τὴν ἀνθρώπων συντελοῦσιν οἱ ἀστέρες, οὐδὲ ἔστιν ἐκεῖθεν τὰ ἡμέτερα στοχάζεσθαι, πῶς τῇ γεννήσει τοῦ Χριστοῦ ἀστὴρ ἐπανέτειλεν, ὁδηγὸς τοῖς μάγοις γενόμενος. πῶς δὲ ἐκεῖνοι βασιλικὸν ἐπιγνόντες τὸν ἀστέρα πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ἐκινήθησαν, προσκυνῆσαι δὲ παιδίον ὑπὸ τοῦ ἀστέρος ὁδηγούμενοι.

aliquando verò ad vespertinas partes axem flectens, noctem & lucem significat. Terra verò fructibus benigniter fouens mortales, laudat Dominum. Mare prosperitate profectionum, & lignis permeabile, piscesque nobis proferens & conseruans, Dominum laudat. Animalia autem bruta, & homines: nos quidem cum ratione laudes offerimus, illa autem portantia laudantes, & vota facientes, ordinatè ab illis gubernata & in timore cohibita, Dominum prædicant. Nihil enim minus quàm pro nobis ipsis, etiam pro iumentis orare consueuimus.

105. *Interrogatio.*

Si in firmamento fixa sunt astra & luminaria, consistit autem immobile (vt dicitur) cœlum, quomodo currit per ipsum sol & luna, non secantes ipsius substantiam? Quomodo item in glacie figi potest ignis, ita vt non soluatur?

Responsio.

Non sunt fixa, sed sub firmamento aptata: & feruntur quidem in æthere leuitate naturæ, currunt verò sub firmamento: illius quidem refrigeratione secundùm proportionem ad inferiora compulsa, verùm aëris subiecta crassitudine sublata. Omnibus enim creatis leuior est ignis natura, ideoque Angeli etiam hanc sortiti sunt. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos, ignis flammam, inquit in melodiis Dauides. In Epistolis autem Paulus: Aëra superant luminaria leuitate ignis. Penitus autem ad firmamentum appellere, aut eius aliquam partem inflammare non possunt, propter aspirans desuper frigus cœlestium aquarum.

106. *Interrogatio.*

At quomodo ventorum violentia in astra non impingunt, aut impediuntur cursu?

Responsio.

Spirant infernè flatus, & sub sole feruntur nubes, vt in alto meridie videre licet, quomodo nubibus agitatis superuolans inumbretur Sol. Flatus autem violentia terræ contermina quum sit, meritò commouet abyssum, & in aëra spargit puluerem. Quomodo vero flatuum vis exiguam aliquam domum, aut lapidem mouere quum non possit, mouebit aliquando vel transferet Solem quauis ciuitate maiorem, aut ad astra collidet?

107. *Interrogatio.*

Si nihil ad hominum natiuitatem conferunt stellæ, neque possunt inde indagari quæ nobis accidunt, quomodo in natiuitate Christi exorta est, quæ Magis dux viæ fieret? Aut quomodo illi regalem agnoscentes stellam, ad iter suscipiendum moti sunt, ad adorandum puerum per stellam deducti?

Responsio.

Quia Samaritani & Sadducæi Angelos non recipiebant, meritò stellam Angelum Diuus Euangelista vocat. Sed & cultum astris impensum ad Christum trahens, à multorum Deorum errore mortales reducendo, velut stellam ponit Angelum, viæ adorationis ducem. Non enim alia re Magi ad adorationem excitati sunt, quàm opinione sui cultus. Quum autem remissior & infirmior magia facta fuisset per deificati hominis natiuitatem, qui stellas fundauerat, & ordinem ipsis præscripserat: re intellecta errantes illi Chaldæi, confirmato ad supplicandum animo, expiato errore, sua eunt sponte, tanquam Euangelistæ & primi præcones Gentium de diuini hominis aduentu. Surgentes igitur prophetia eximij Esaiæ audita, clamant: Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius Magni consilij nuntius, Deus fortis, Dominator, princeps pacis, pater futuri sæculi. Hoc autem quum ante quingentos annos ab illo viro sancto prædictum fuisset, licèt illi non audiuissent: tamen re ipsa demonstrarunt, legi & prophetis vacantes, Iudæos intelligentiæ expertes esse: atque ita in fide pergunt. Quòd verò non stella, sed intellectilis quædam & rationalis potestas fuerit ille Magorum dux, ex ipsa discimus tum motione tum institutione. Nam stellarum illæ quidem quæ semper sunt mobiles, nunquam à motu quiescunt, quæ verò fixæ sunt, non mouentur. Hæc autem vtrumque recipere videtur, nimirum quæ & mobilis esset, & fixa, atque etiam ab iis qui ducebantur, sese subduceret: ita vt interrogantibus ipsis, Vbi est natus ille rex Iudæorum? turbatus sit rex Herodes, & tota Hierosolyma, & diuulgatus diuinus partus, latéque sparsus à Magis, propter ademptum viæ ducem. Rursus autem apparens, constitit supra antrum, vbi infans erat, inquit eximius Matthæus. Nam nisi per intermissionem apparuisset, non fuisset commota Hierosolyma interrogatione magorum, neque irritatus fuisset Herodes, de rege audiens. Nisi intellectilis aliqua & rationalis potentia illa stella fuisset, non vtique eius qui natus erat, ministram se declarasset. Nunc autem quod circa reges fieri solet, vocat quidem & præcedens diuinus hic cursor deducit ad regem aliquos: postquam verò ad portam latioris plateæ venerint, vocatos ad limina stare iubet, vsque dum aduentum ipsorum regi significauerit, sicque deinceps ad ipsos reuersus, ad tectum aureum & ad regem intus sedentem deducit. Ita hic stella quidem conspicitur, Angelus autem esse intelligitur, & gentium dux. Quænam cæteroqui vobis videtur esse maxima stella?

Ἀπόκρισις.

Σαμαρειτῶν καὶ Σαδδουκαίων ἀγγέλους μὴ δεχομένων, εἰκότως ἀστέρα τὸν ἄγγελον ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς φησίν. ἄλλως τε δὲ, καὶ τὸ σέβας τῶν ἄστρων, εἰς Χριστὸν ἐπισπώμενος, τῆς πολυθέου πλάνης ἀπάγων βροτούς, ὡς ἀστέρα τὸν ἄγγελον ὁδηγὸν τῆς προσκυνήσεως τέθεικεν. οὐ γὰρ ἑτέρως οἱ Μάγοι εἰς προσκύνησιν συνηγέρθησαν, ἢ ἐν φαντασίᾳ τοῦ σφῶν σεβάσματος. ἀτονωτέρας δὲ καὶ ἀσθενεστέρας τῆς μαγείας γενομένης, τῇ θεανδρικῇ γεννήσει τοῦ θεμελιώσαντος τοὺς ἀστέρας, καὶ τάξιν αὐτοῖς ὁρίσαντος, αἰσθόμενοι οἱ ἐκεῖσε πλανώμενοι Χαλδαῖοι, καὶ ἀνασφαλίσαντες ποτνιᾶσθαι λυτῆρι τῆς πλάνης, αὐτομολοῦσιν, εὐαγγελισταὶ καὶ πρῶτοι κήρυκες ἐθνῶν τῆς θεανδρικῆς ἐπιφοιτήσεως. ἀναστάντες οὖν, τῆς προφητείας τοῦ ὑψηλοῦ Ἡσαΐου ἐπαΐοντες, βοῶντες, παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν υἱὸς, καὶ ἐδόθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. τὰ δὲ πρὸ πεντακοσίων ἐτῶν ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου προφητευθέντα, καὶ μὴ ἀκούσαντες ἔργῳ παρέδωκαν, τοὺς νόμῳ καὶ προφήταις σχολάζοντας ἀνοήτους Ἰουδαίους, τῇ πίστει προβαίνοντες. ὅτι δὲ οὐκ ἀστὴρ, ἀλλὰ νοερά τις καὶ λογικὴ ὑπῆρχε δύναμις ὁ τῶν Μάγων καθηγητὴς, ἐξ αὐτῆς παιδευόμεθα τῆς ἐκείνου κινήσεώς τε καὶ στάσεως. τῶν γὰρ ἀστέρων οἱ μὲν ἀεικίνητοι, οὐκ ἠρεμοῦσι τῆς κινήσεως· οἱ δὲ ἱστάμενοι, οὐ κινοῦνται. οὗτος δὲ ἀμφοτέρας φαίνεται, κινούμενος, καὶ ἱστάμενος, καὶ ἀποκρυπτόμενος τοὺς ὁδηγουμένους· ὅπως πυθομένων αὐτῶν ποῦ ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, ταραχθῇ ὁ Ἡρώδης, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα, καὶ διαφημισθῇ ὁ θεῖος τόκος καὶ θρυλλούμενος ὑπὸ τῶν Μάγων, τοῦ καθηγεμόνος αὐτοῖς ἀποκρυβέντος. πάλιν δὲ ἀναφανεὶς ἐλθὼν ἔστη ἐπὶ τοῦ ἄντρου οὗ ἦν τὸ παιδίον, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ματθαῖος. Εἰ γὰρ μὴ ἐκ διαλειμμάτων ἐφάνη, οὐκ ἂν ἐσείσθη Ἱεροσόλυμα τῇ πεύσει τῶν Μάγων, οὐκ ἂν ἐθυμώθη Ἡρώδης περὶ βασιλέως ἀκούων, εἰ μὴ νοερά τις καὶ λογικὴ δύναμις ὁ ἀστὴρ ἐγνωρίσθη· οὐκ ἂν οἰκέτης τοῦ γεννηθέντος ἐδείχθη. νῦν δὲ ὅπερ ἐπὶ τῶν βασιλέων δρᾶσθαι πέφυκε, φωνεῖ μὲν καὶ προηγεῖται ὁ θεῖος κούρσωρ ἐπὶ τὸν βασιλέα τινάς· ἐπεὶ δ' ἂν ἐπὶ τῆς πύλης τῶν πλατειῶν πλατειῶν γένωνται, ἀφίησι τοὺς κληθέντας ἐπὶ τῶν προαυλίων ἑστάναι, μέχρις ἂν μηνύσῃ τῷ βασιλεῖ τὴν αὐτῶν παρουσίαν· εἶθ' οὕτως πάλιν αὖθις ἀναφανεὶς ἐπὶ τὸν χρυσόροφον καὶ τὸν βασιλέα καθεζόμενον προσηγεῖται, ἀστὴρ μὲν φαινόμενος, ἄγγελος δὲ νοούμενος ἐθνῶν ὁδηγός. ἄλλως δὲ, τίς ὑμῖν δοκεῖ μείζων ὑπάρχειν ὁ ἀστήρ;

ἢ ὁ ἥλιος; ἐρεῖς δὲ πάντως, ὁ ἥλιος. τίς οὖν μεσουρανοῦντος αὐτοῦ, εἰπεῖν οἷός τε ὑπάρχει ποίαν τῶν πόλεων ἢ κωμῶν δι᾽ ἀκριβείας καταμηνύει, ἢ τίνα οἶκον ὥσπερ δακτύλῳ σημαίνει. σύγκρινον τοίνυν ἀστέρα πρὸς ἥλιον, ὡς ἐμπίδα πρὸς ἐλέφαντα, καὶ τὸ θεῖον ἄστρον πρὸς τὴν πασῶν μείζονα πόλιν, ὡς πρὸς κάμηλον κώνωπα. εἰ οὖν οὐ γινώσκομεν ποίαν τῶν μεγίστων πόλεων καταμηνύει ὑπερεστὼς ὁ τῶν φωστήρων ἄναξ, πῶς τὸν ἀμυδρὸν ἀστέρα καταμηνύειν τὸ σπήλαιον φήσομεν, εἰ μὴ ἄγγελος ὑπῆρχεν μετέωρον τὴν ἀκροβατείαν ποιούμενος, καὶ μηνύων τὴν δεσποτείαν; παυσάσθωσαν τῆς παραπληξίας οἱ ἀστέρα ἐπανατέλλειν τῷ ἑκάστου ἡμῶν βίῳ οἰόμενοι, μυθολόγοι τινὲς ὑπάρχοντες, καὶ συνεκλείπειν τῷ θνήσκοντι τὸν ἀστέρα ληρῳδοῦντες. δύο γὰρ ἀνθρώπων ὄντων ἐν κόσμῳ, τοῦ Ἀδὰμ φημὶ καὶ τῆς Εὔας, ὁ οὐρανὸς ἄστρων ἐπεπλήρωτο. ὑδάτι δὲ πάλιν ἀφανισθείσης ἐπὶ τῶν γιγάντων πάσης ἐμψύχου φύσεως, πλὴν ὀγδόου τοῦ θεσπεσίου Νῶε περισωθέντος, οὐ συναπέσβη τὰ ἄστρα τοῖς ἐκτεθεῖσι τῷ ὕδατι, οὐδὲ βραχὺ τῆς οἰκείας μετεκινήθη τάξεως.

Πεῦσις ρη.

Καὶ πῶς ἡ γραφὴ ἀστρολόγον τὸν Ἀβραὰμ λέγει; πῶς δὲ καὶ ἑτέρους πλείστους εὑρίσκομεν, ἀπὸ ἄστρων πολλὰ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς λέγοντας, ὅτι φονικὸν ἀποβήσεσθαι τὸ παιδίον αὐξούμενον, ἢ μοιχόν; τὸ δὲ ἕτερον, ἐγκρατῆ, καὶ σωφρονέστερον καὶ εὐτυχῆ, διὰ τὸ ἄστρον;

Ἀπόκρισις.

Ἡ μὲν ἱστορία τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ἀστρονόμον φάσκουσα, οὐδέπω αὐτὸν θεοποιεῖν ἢ σέβειν τοὺς ἀστέρας παρείσηκεν, ἀλλὰ πρὸς γεωργίας καὶ ἐπομβρείας αὐχμούς τε καὶ χειμῶνας παρατηρεῖν αὐτοῖς ὁ πατριάρχης πιστεύεται· καὶ ταῦτα πατρὸς ὑπάρχων Ἕλληνος τοῦ Θάρρα, καὶ Χαλδαίοις συνδιάγων πολυθείαν πρεσβεύουσιν. οὐ γὰρ κατὰ ἀστρονομίαν, ἀλλὰ θεοσέβειαν πρῶτον ἑαυτῷ, εἶθ᾽ οὕτως Ἰσαὰκ τῷ παιδὶ, τὸ ἀκριβὲς τῆς περιτομῆς τεθηγμένον ἐπήγαγεν. οὐδὲ κατὰ ἀστρονομίαν, ἀλλὰ θείαν ἐπαγγελίαν, ἐκ τῆς ἀγόνου καὶ προήλικος συμβίου τὴν ἐκείνου γέννησιν ἐπιστεύσατο· περὶ ἧς ἐκ νέας, καὶ ἤδη σφριγώσης τῆς ἡλικίας μέχρις αὐτῆς πολιᾶς καὶ βαθυτάτου γήρως, ἀλλήλοις συγκαθελίσσοντες. οὐδέπω ἀστρονομίαις ἐπείθοντο, οὐδ᾽ αὖ πάλιν τοῦ ἀστροτέκτονος τὸν παῖδα πειραστικῶς αὐτὸν θύειν προστάξαντος. οὐδ᾽ ἄστροις ἑπόμενος, ἀλλὰ Θεῷ πειθόμενος τὴν Χαλδαίων τῇ Μεσοποταμίᾳ Συρίας ἀμείβεται. ἀξιῶ δέ σου τὴν ἀγχίνοιαν ἀξιέραστε Κωνστάντιε, τῆς παρούσης θείας ὁμηγύρεως πρὸς τὴν ἀκρόασιν βραχὺ σιωπώσης τὴν κατὰ σέ,

Num sol? Omnino dices maximum esse sidus solem. Quis igitur quum est in medio cœlo constitutus, dicere queat, quamnam vrbium aut vicorum præcise ostendat, aut quamnam domum quasi digito designet? Compara igitur stellam cum sole, velut .... ad elephantem, & astrum diuinum ad omnium maximam ciuitatem, veluti cum camelo culicem. Si igitur non scimus quam maximarum vrbium designet supernè imminens ille luminarium rex, quomodo stellam exiguam ostendere speluncam dicam, si non Angelus fuit, propinquæ terræ in sublimi iter faciens, & dominum indicans? Facessant igitur hinc cum sua dementia, qui stellam vnà cum vniuscuiusque nostrum natiuitate oriri putant, fabulosi nugatores, cum eodem moriente stellam quoque deficere delirantes. Quum enim duo tantum homines essent in mundo, Adamus inquam & Eua, plenum erat astris cœlum. Rursusque sublaris per aquas tempore Gigantum omnibus animatis naturis, præter eos octo qui cum diuino Noa seruati sunt: non simul ablata sunt astra cum illis, qui aqua deleti sunt, neque vel paululum à suo recesserunt ordine.

108. *Interrogatio.*

Quomodo verò Scriptura astrologum dicit Abrahamum? aut quomodo & alios inuenimus plurimos, qui ex astris multa quæ fiunt apud nos prædicunt, veluti quòd hic infans adultus, in homicidam euasurus sit, aut adulterum: ille verò in sobrium, & modestiorem, & fortunatum, beneficio sideris?

Responsio.

Patriarcham quidem Abrahamum historia astronomum vocans, nusquam ponit ipsum pro diis habuisse vel coluisse stellas. Verùm ad agriculturam, & imbres, & siccitates, tempestatesque ipse obseruasse patriarcha creditur, vt qui patre genitus esset gentili Thare, & cum Chaldæis versatus, qui multitudinem Deorum credebant. Non enim iuxta leges siderum, sed iuxta pietatem in Deum primum sibimetipsi, & deinceps Isaaco filio circumcisionis acutum cultrum adhibuit. Neque secundùm astronomiam, sed diuinam promissionem ex sterili & decrepita consorte sobolem se procreaturum credidit, cum qua ab adolescentia & florenti ætate vsque ad ipsam caniciem & extremam senectutem versatus erat. Nunquam certè astronomiæ paruit, ne tunc quidem, quum astrorum opifex per tentationem filium immolare præcepisset. Neque astra sequens, sed Deo obediens, Chaldæam cum Mesopotamia Syriæ permutat. Obsecro autem acumen illud tuum, præclarissime Constanti, vt in præsenti sacro cœtu paullulum auscultandi gratia tacente,

astronomicam genesim nostram, quam tu statuis, explices mihi, quænam siderum sit tam mistio quàm coniunctio: donec diuina virtute ac sapientia subuersis quæ à te agitantur dogmatis, rursus per sobrietatem & doctrinam melioribus in te excitatis, quemadmodum & ab excelso Apostolo dicitur, demolitis legalibus, & vicissim exaltatis Euangelicis, nequitia fracta, & in melius restituta, paceque cum meis dogmatis reconciliata, & illis qui vna ad audiendum hunc sermonem excitati sunt, illæsis abeuntibus, nec improbitatis gentilinæ quidquam secum asportantibus. Dauides quidem auctor ille diuinorum carminum subiiciat, Hæc est mutatio dexteræ Altissimi: eximius autem vates Esaias acclamet in persona Dei: Ego sum Deus ille, qui facit pacem, & mala in melius reuocat.

109. *Interrogatio.*

Facta mihi dicendi potestate à sanctitate vestra, orationem auspicabor, non vt corrumpam præsentes, sed vti rem perniciosam abiecturus. Quando igitur Mars centrum tenens in domo sua, quadrato aspectu cum Mercurio centrum Lunæ, quę plena esse incipit, in generatione diurna intuetur, efficit homicidas & interfectores, iuramentorum vsurpatores & potores sanguinis, ebrios, effeminatos, dæmoniacas notitias absconditorum mysteriorum scrutantes, magos sacrificos, & quæ sunt istis similia: si præsertim nullius alterius beneficæ stellæ aspectus sit. Rursus idem Mars intuens Venerem aspectu quadrato, si nō sit aspectus alicuius stellæ beneficæ in centro, adulteros efficit, rem cum sororibus & matribus habentes. Venus cum Luna in finibus & domibus Saturni, accedente Saturno, approbante Marte, efficit mulieres agrorum cultrices, & architecturæ omniumque virilium operum gnaras, consuetudinem habentes & concumbentes cum quibus voluerint, nihil impedientibus in hoc eas maritis. Viriles autem efficit mulieres in Capricorno, in Aquario, sed in re venerea infœlices. In viris autem efficitur contrarium, si cum Marte sit in Ariete. Quo fit, vt nequeant vel metu, vel alicuius minis, vel arte continere libidines, propter inclinationem astrorum.

Responsio.

Admodum scitè gentilitij erroris enuntiasti fabulas. Vicissim igitur & ego audacter aggrediar ea quæ à te dicta sunt, & fundæ vel arcus vice sermone vtens refellere conabor, ne ad Martem & Venerem, nostras stellas, cædium causas referas. Prius autem obsecro, vt discere velis, posse hominem, siquidem velit, libidines & actiones vel castigare, vel penitus excutere.

A ἀστρονομικὴν ἡμῶν γένεσιν διηγήσασθαί μοι, καὶ ἥτις αὐτῶν ὑπάρχει κρᾶσις καὶ συμπλοκή· ἕως τῇ θείᾳ ῥώμῃ τε καὶ σοφίᾳ καθαιρουμένων τῶν παρὰ σοῦ δοκουμένων δογμάτων, πάλιν διὰ νήψεως καὶ παιδείας κρειττόνων ὑπὸ σοῦ ἀντεγειρομένων, ὡς καὶ τοῦ ὑψηλοῦ ἀποστόλου, καθαιρεθέντων μὲν τῶν νομικῶν, ἀνυψωθέντων δὲ τῶν εὐαγγελικῶν, τῆς δὲ κακίας καταρραγείσης καὶ κτιζομένης ἐπὶ τὸ κρεῖττον, καὶ εἰρηνώσης σοι πρὸς τὰ ἐμὰ γινομένης δόγματα, καὶ τῶν συνελθόντων ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν τοῦ λόγου ἀλωβήτως ἀποφοιτώντων, μηδὲν τῆς Ἑλληνικῆς ἐπαγομένων κακίας. ἐπάγει μὲν Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός, αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου. ἐπιβοάσθω δὲ καὶ ὁ τῶν προφητῶν ὑψηλὸς Ἠσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακὰ ἐπὶ τὸ κρεῖττον.

Πεῦσις ρθ'.

Τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης λέγειν μοι ἐπιτρεπούσης, ἐντεῦθεν τοῦ λόγου ἄρχομαι, οὐ λυμαίνεσθαι τοὺς παρόντας, ἀλλ' ἀποθέσθαι τὴν λύμην βουλόμενος. C αὐτίκα γοῦν Ἄρης κέντρον λαβὼν, οἰκείῳ οἴκῳ ἐκ τετραγώνου ἐπιθεωρῶν κέντρον σὺν Ἑρμῇ ἐπὶ κέντρον Σελήνης ἐπ' αὐτοῖ πλήρους ἀρχομένης, ἐπὶ ἡμερινῆς γεννήσεως, ἐκτελεῖ ἀνδροφόνους καὶ κτεινομένους, ἐπωμότας, καὶ αἱμοπότας, μεθύσους, λάγνους, δαιμονιώδεις, μυστηρίων ἀποκρύφων ἵστορας, μάγους θύτας, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, ἐξαιρέτως μηδενὸς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων ἐπιθεωροῦντος. αὐτὸς δὲ πάλιν Ἄρης πρὸς Ἀφροδίτην σχῆμα τετράγωνον, μοιχικοὺς ἐπὶ κέντρον μὴ ἐπιθεωροῦντός τινος ἀγαθοποιοῦ, μοιχοὺς ἀποτελεῖ, ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μιγνυμένους. Κύπρις σὺν D Μήνῃ ἐν ὁρίοις καὶ οἴκοις Κρόνου, σὺν Κρόνῳ, ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Ἄρεος, ἀποτελεῖ γυναῖκας γεωργοὺς καὶ οἰκοδόμους, καὶ πάντων ἀνδρείων ἔργων ἐπιστήμονας, καὶ κοινοῦσθαι καὶ συγκαθεύδειν οἷς δ' ἂν βούλοιντο, καὶ μὴ κωλύεσθαι ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνδρῶν. ἀνδρείους δὲ ἀποτελεῖ γυναῖκας ἐν αἰγοκέρῳ, ὑδροχόῳ, κακοδαίμονας ἐν ἀφροδίτῃ. ἐπ' ἀνδρῶν δὲ τοὐναντίον σὺν Ἄρει οὖσα, ἐν κριῷ. ὅθεν οὐχ οἷόν τε φόβῳ ἢ τινὸς ἀπειλῇ ἢ μηχανῇ ἐπισχεῖν τὰς ἐπιθυμίας διὰ τὴν τῶν ἄστρων ἀποκλήρωσιν.

E

Ἀπόκρισις.

Ἐπιστημόνως πάνυ τῆς Ἑλλήνων πλάνης τοὺς μύθους ἀπήγγειλας. αὖθις οὖν κἀγὼ θαρραλέως ἀποδύσομαι πρὸς τὰ ὑπὸ σοῦ ῥηθέντα, καὶ σφενδόνῃ ἢ τοξείᾳ τῷ λόγῳ χρώμενος, καθελεῖν πειράσομαι Ἄρεα καὶ Ἀφροδίτην τοὺς ὑμετέρους ἀστέρας, ὅπως μοι ἀστροκτονίας γένεσιν ἐπιφημίσῃς. πρότερον δὲ ἀξιῶ παιδευθῆναί σε, εἴ γε τι ὑπάρχειν, τὸν βουλόμενον, τὰς ἐπιθυμίας καὶ ἐνεργείας, ἢ κολάζειν, ἢ παντελῶς ἀποσείσασθαι.

σιν δὲ ἐκ τοῦ συνειδότος αἰκιζομένου, καὶ μνήμῃ τοῦ ἀκλινοῦς κριτηρίου, τῶν κακῶν εἰργομένου. ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἀρχόντων νόμοι οἷοί τε παρὰ τῆς πείρας τῶν στρεβλωτηρίων, καὶ τιγάρων, καὶ καταπελτῶν, τῇ ἀκοῇ καὶ μόνῃ τῶν φοβερῶν τῆς κακίας ἀνταμείψεως, σωφρονῆσαι τὴν ἀκόλαστον, καὶ ἀμβλῶσαι τὴν σφριγῶσαν ἀκμὴν τῆς νεότητος, ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ ἐγγράφως ἢ ἀγράφως ὑπάρχοντες παρ' ἡμῖν τε καὶ ἔθνεσιν· ἐν τοῖς μὲν γὰρ γράμμα, ἐν τοῖς δὲ ἡ συνήθεια. νόμος γὰρ ἀνόμοις τὰ πάτρια δοκεῖ. ὧν πρῶτοι Σῆρες οἱ ἐπ' ἄκρῳ τῆς χέρσου οἰκοῦντες, νόμον ἔχοντες τὸ πατρῷον ἔθος, μὴ ἑταιρίζεσθαι, μηδὲ συλᾶν, μὴ μοιχᾶσθαι, μὴ ξοάνοις προσκυνεῖν, ἢ ποτνιᾶσθαι δαίμοσι, μηδ' ὅλως ἐν αὐτοῖς ὑπάρχειν εἴδωλον, ἢ ἑταίραν, ἢ μοιχαλίδα, οὐ συλῶντα, οὐ φονέα, οὐ λωποδύτην· καὶ ὅμως οὐδενὸς τὸ αὐτεξούσιον ἠνάγκασεν ὁ τοῦ, καὶ σὺ, πυρίλαμπες Ἄρεως ἀστὴρ· οὐδὲ βιάσατό τινα αὐτῶν φασγάνῳ τὸν πέλας ἀνελεῖν, ἢ λίθῳ πατάξαι· οὐκ Ἀφροδίτης σὺν Ἄρει, ἐπιπεσεῖν αὐτοὺς ἐπιλυττῆσαι τῇ γυναικὶ τοῦ γείτονος· πονημένου μεσουρανοῦντος τοῦ Ἄρεως, καὶ ὅμως ἰσχυρότερος τῆς ἀνάγκης τῶν ἄστρων παρὰ Σήρσιν ὁ πάτριος νόμος. νόμος δὲ καὶ παρὰ Βακτριανοῖς ἤτοι Βραχμάνοις, ἡ ἐκ προγόνων παιδεία, μὴ μεθύειν, μηδὲ ἀψύχων ἀπογεύεσθαι, οὐκ οἴνου ἀκράτου ἢ νόθου μετέχειν, Θεὸν τὸν ἐμὸν δεδιότας. καίτοι τῶν παρακειμένων αὐτοῖς Ἰνδῶν μιαιφονούντων, καὶ οἰνοφλυγούντων, καὶ μυσαρῶν ἀγρίων ἢ συῶν δίκην θηλυμανούντων, καὶ τῷ πάθει κεδαμασμένων. ἐν δὲ τοῖς Ἑσπερίοις κλίμασιν ἐνδοτέρω τῶν ἐκεῖσε Ἰνδῶν, ξενοβόροι τινὲς ὑπάρχοντες τοὺς ἐπήλυδας ἀναιροῦντες ἐσθίουσι, καὶ οὐδεὶς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων τῆς μιαιφονίας αὐτοὺς ἀπεκώλυσεν ἕως καὶ μέχρι τήμερον. ἕτερος νόμος Χαλδαίοις τε καὶ Βαβυλωνίοις μητρογαμεῖν καὶ ἀδελφοφθορεῖν, καὶ τοῖς σφῶν παισὶν ἐπιμίγνυσθαι, καὶ μιαιφθορεῖν, εἰ καὶ πόρρω τῆς ἐνεγκαμένης γένωνται, καὶ τοῖς σφῶν κεχρῆσθαι νόμοις, φανερῶς καὶ λεληθότως διακελευόμενοι. ἐξ ὧν τινὲς αὐτῶν μέχρι καὶ νῦν ὑπάρχουσιν, ἐν Μήδοις καὶ Πάρθοις καὶ Ἐλαμίταις, καὶ Αἰγυπτίοις, ἐν Φρυξὶ καὶ Γαλάταις, ἔν τισι κώμαις μιαιβιοῦντες. καὶ οὐ-[...]τε Κ[...]ς σὺν Μήνῃ ἐν ὁρίοις καὶ οἴκοις Κρό-[...] [...]ρουντος τοῦ Ἄρεως ἐν ταῖς πάντων [...] γενέσεσιν εὑρίσκεσθαι οἷά τε. ἕτερος δὲ παρὰ Γήλοις νόμος· γυναῖκας γεωργεῖν καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ τὰ ἀνδρῶν πράττειν· ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν οἷς δ' ἂν βούλωνται τῶν ἐπηλύδων, οὐκ ἐπιτιμώμεναι ὑπὸ τῶν προεχόντων ἀνδρῶν, οὐδὲ ζηλούμεναι. οὐ μυρίζονται δὲ, οὐδὲ φυκίοις τὴν ὄψιν νοθεύονται,

A Atque equidem excutere soleo per conscientiæ flagella, & per memoriam inevitabilis iudicij, quod vitia prohibet. Sed & Principum leges, ante tentata tormenta, & angustias, atque catapultarum supplicia, solo auditu rerum terribilium, quæ sunt in compensatione delictorum, modestum reddere possunt hominem intemperantem, & obtundere lasciuientem vigorem iuuentutis in qualibet regione, siue scriptæ sint, siue non scriptæ, tam apud nos quàm gentes. Nam apud aliquos lex scripta, apud alios verò consuetudo valet. Legibus enim qui destituti sunt, patrios mores pro legibus ducunt. B Quorum primi Seres sunt, qui terræ extrema habitantes, pro lege habent patriam consuetudinem, ne quis scortetur, néve prædetur, ne quis adulterium committat, ne statuas adoret, ne dæmones veneretur, ne prorsus apud ipsos imago sit, aut scortum, aut adultera, aut prædo, aut homicida, aut fur. Et tamen nullius horum liberam potestatem coëgit illa, de qua tu dicis, lucens igne Martis stella: neque vi compulit quemquam ipsorum interficere gladio proximum, aut C lapide percutere. Non Venus cum Marte persuasit ipsi vt furiosè ruat in vxorem vicini: si vel toto die medium cœli Mars obtineat. Nihilominus præualet apud Seres astrorum necessitati lex patria. Lex autem & Bactrianis est siue Bragmanis, à maioribus accepta disciplina: Ne quid mactent, neque inanima gustent, ne vino simpliciter, aut..... ..... vtantur, Deum meum reuerentes, licet sint vicini ipsis Indi cædibus polluti & vino dediti, qui porcorum syluestrium aut suum instar cum insania fœminas deperire solent, D & affectibus indulgere. In Hesperiis autem regionibus vltra Indos, habitant quidem qui hospites deuorant, & aduenas interficientes comedunt. Neque vlla stellarum beneficarum à cæde ipsos auertere potuit, vsque in hodiernum diem. Alia Chaldæis & Babyloniis consuetudo est, vt matres in vxores ducant, sorores violent, erga suos liberos insaniant, eosque polluant. Et si procul à patria sint, suis vtuntur legibus, apertè & priuatim admoniti. Ex quibus aliqui etiamnum degunt inter Medos & Parthos, & Elamitas, & Ægyptios, inter Phryges & E Galatas, in quibusdam pagis impiè viuentes, etiamsi nunquam Venus cum Luna in finibus & mansionibus Saturni, adiuuante Marte, in omnium ipsorum natiuitatibus inueniri queat. Alia item apud Gelas lex, vt mulieres agros quidem colant & ædificent, & opera virilia faciant, sed consuetudinem habeant cum quibuscumque velint peregrinis, nulla increpatione virorum, qui ipsis præsunt, neque æmulatione impeditæ. Non vnguntur autem odoramentis, neque fuco in facie inficiuntur,

vt genas pingant, quemadmodum apud nos vxores alienæ quæ faciei medicamenta quædam adhibent. Viri verò induuntur ad pedes demissa veste molli, & tincto amictu. Sunt autem inter ipsas etiam bellicosissimæ, & venantur feras, quibus vix aliæ sunt fortiores. Quomodo igitur non omnes Gelarum mulieres sortitæ sunt Capricornum, aut Aquarium, infausto loco posita Venere? Aut vice versa cur non ipsorum viri sortiti sunt in Ariete cum Marte Venerem, vbi viriles & molles aiunt esse, qui cum Chaldæis sentiunt? Babylonicis autem Susis mulieres omnis generis vnguento pretioso, & ornatu vtuntur, ministris instructæ hilariter in publicum procedunt, cum immodestia vultus & hilaritate magna. Cum omnibus exdem aduenis absque timore & pudore concumbunt. Neque tamen in omni natiuitate Susidum mulierum, medium cœli cum Ioue & Marte in finibus Iouis Venus tenet. In orientali autem plaga pædicones sunt, qui apud Christianos, si deprehendantur ab ipsis consanguineis, nullo parcente, supplicio afficiuntur. In Britannia plurimi viri cum vnica concumbunt muliere. Similiter & multæ mulieres vni iunguntur viro. Vtuntur denique patrijs moribus gentes, veluti lege, citra morsum animi & molestiam. Amazones ne viros quidem habent, sed animalium brutorum ritu semel in anno circa vernum Æquinoctium suis finibus egressæ, & cum viris qui sunt in vicinia coëuntes, quasi conuentum aliquem publicum & festum tempus id coitus ducunt. Ex quibus postquam prægnantes factæ sunt, domum simul omnes remeant. Tempore verò partuum edendorum, prolem quidem masculam interimunt, femellam verò conseruant, & lactant accuratè. Absurdum autem est credere, in conceptione quidem masculini seminis Martem cum Saturno ea hora æqualiter sortiri, in fœminini autem nunquam. Quo cæteróqui pacto in eodem noctis dieive momento seminibus in aluos excipientes iactis, rursusque simul quasi ex eodem vtero progredientibus, alij quidem fœtus interimuntur, simul atque vitam degustarunt, ab homicidis matribus letho dati, antequam lac traxerint, aut vocem ediderint: alij verò in vita manent, & mala legibus præscripta amplectuntur? Aut quomodo eodem tempore mulieres apud nos & concipiunt, & pariunt plurimæ, gemelloque partu edito, ambos infantes proculcant, nullo astro cogente vt interimant, aut solo allidant, vt eos è vita tollant, velut Amazones miseros fœtus suos necant: sed suam potiùs ceruicem pro illorum cæde obiiciant, lactentiumque infantum vitam magis quàm seipsas amenet

A τὰς σφῶν παρειὰς ἐπιχρώννυσαι, καθὼς αἱ παρ' ἡμῖν ἀλλότριαι ὑποδύουσαι προσωπεῖον. οἱ δὲ ἄνδρες στολίζονται ἐσθῆτι μαλακῇ καὶ ἀνθοβάφῳ περιβολῇ. ὑπάρχουσι δὲ ἐν αὐταῖς καὶ πολεμικώταται, καὶ θηρεύουσι τὰ μὴ λίαν ἰσχυρὰ τῶν θηρίων. πῶς οὖν πᾶσαι αἱ Γήλων γυναῖκες, οὐκ ἔλαχον αἰγοκέρωτι ἢ ὑδροχόῳ, κακοδαιμονοῦσι τῇ Κύπριδι; ἢ τί αὖ πάλιν οἱ ἄνδρες αὐτῶν ἔλαχον ἐν κριῷ σὺν Ἄρει τὴν Ἀφροδίτην, ἔνθα τοὺς ἀνδρείους καὶ σπατάλους φασὶν οἱ τῇ γνώμῃ Χαλδαῖοι; ἐν δὲ Σούσοις τῆς Βαβυλῶνος αἱ γυναῖκες πάσῃ μύρῳ B διαφέροντι, καὶ κόσμῳ χρῶνται, ὑπηρετούμεναι καὶ φαιδρῶς προϊοῦσαι σὺν βλωσυνείᾳ, καὶ διαχύσει πολλῇ· πᾶσι δὲ Ἕλλησιν ἀδεῶς τε καὶ ἀναιδῶς συγκαθεύδουσιν· ἄρχουσαι μᾶλλον τῶν οἰκείων ἀνδρῶν. καὶ οὐ πάντως ἐν πάσῃ γενέσει τῶν Σουσίδων γυναικῶν μεσουρανεῖ μετὰ Διὸς καὶ Ἄρεως, ἐν Διὸς ὅροις ἡ Ἀφροδίτη. ἐν δὲ τῇ Ἑῴᾳ οἱ ἀρρενοφθοροῦντες, οἱ παρὰ Χριστιανοῖς, ἐὰν γνωσθῶσιν ὑπὸ τῶν ὁμαίμων ἀφειδῶς τιμωροῦνται. ἐν Βρεττανίᾳ πλεῖστοι ἄνδρες μιᾷ συγκαθεύδουσι γυναικί· ὡσαύτως καὶ πολλαὶ γυναῖκες C ἑνὶ ἑταιρίζονται ἀνδρί· καὶ πᾶσι τοῖς πατρίοις τὰ ἔθνη ὥσπερ νόμῳ στοιχοῦσιν ἀδήκτως καὶ ἀπόνως. Ἀμαζόνες δὲ ἄνδρας οὐκ ἔχουσιν· ἀλλ' ὡς τὰ ἄλογα ζῷα, ἅπαξ τοῦ ἔτους περὶ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν ὑπερόριοι γινόμεναι, μισγόμεναι τοῖς γειτνιῶσιν ἀνδράσιν, οἷον πανήγυρίν τινα, καὶ ἑορτὴν τὸν καιρὸν τῆς ἐλευθερίας ἡγούμεναι. ἐξ ὧν κατὰ γαστρὸς φέρουσαι, παλινδρομοῦσιν οἴκαδε ἅμα πᾶσαι. τῷ δὲ καιρῷ τῆς ἀποκυήσεως, τὸ μὲν ἄρρεν φθείρουσι, τὸ δὲ θῆλυ ζωογονοῦσι καὶ τιθηνοῦσιν D ἐπιμελῶς. ἄτοπον δὲ πιστεῦσαι ἐπὶ μὲν τῇ τῶν ἀρρένων σπορᾷ Ἄρεα μετὰ Κρόνου ἐπὶ τῆς ὥρας ἰσομοίρως τυχεῖν· ἐπὶ δὲ τοῦ θήλεως οὐδέποτε. καὶ πῶς ἐν τῷ αὐτῷ νυχθημέρῳ πάντων ἐν ταῖς ὑποδεξαμέναις καταβληθέντων, καὶ ὁμοῦ πάλιν ὡς ἐκ μιᾶς νηδύος προερχομένων, τὰ μὲν διαφθείρεται, τοῦ ἅμα τοῦ βίου γεύσασθαι, καὶ ὑπὸ τῶν μιαιφόνων θανατούμενα πρὸ τοῦ σπάσαι γάλα, ἢ ῥῆξαι φωνήν, τὰ δὲ ζωογονεῖται, καὶ περιέπεται ἐν τοῖς ἀνόμοις κόλποις τὰ κακὰ ἐκσκαίροντα; E πῶς ἐν τούτῳ καιρῷ αἱ παρ' ἡμῖν γυναῖκες καὶ συλλαμβάνουσι καὶ ἀποκύουσι πλεῖσται, καὶ διτοκοῦσαι ἄμφω τὰ βρέφη περιπατοῦσι, μηδὲν ὑπὸ τῶν ἄστρων βιαζόμεναι διαφθείρειν, ἢ τῷ ἐδάφει προσαράττειν, καὶ τῇ γῇ προσομαλοῦν, ὡς Ἀμαζόνες τὰ δείλαια· ἀλλὰ τὸν σφῶν αὐχένα τῆς ἐκείνων σφαγῆς προϋπέχουσαι, ἑαυτὰς μᾶλλον ἢ τὰ ὑποτίτθια τοῦ ζῆν ἱμειρόμεναι, ἀπορρήγνυσθαι;

Quòd

καὶ ὁ Ἑρμῆς, ὥς φατε, μετὰ Ἀφροδίτης ἐν οἴκοις ἰδίοις ἐπιτελεῖ πλάστας, ζωγράφους, κερματιστάς, ἐν οἴκοις δὲ Ἀφροδίτης, μυρεψούς, φωνασκούς, ὑποκριτάς, ποιητάς· παρὰ δὲ Ἠλείοις καὶ Σαρακηνοῖς, καὶ τοῖς ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Λιβύῃ καὶ Μαύροις κατὰ τοὺς ἠιόνας καὶ ὄχθας τοῦ Ὠκεανοῦ ποταμοῦ οἰκοῦσι, καὶ ἐν τῇ ἐξωτέρᾳ Γερμανίᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Σαρματίᾳ, καὶ ἐν Σκυθίᾳ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐξωτικοῖς μέρεσι τοῦ Πόντου ἔθνεσιν, οὐχ ἔστι εὑρεῖν κολλυβιστήν, ἢ πλάστην, ἢ ζωγράφον, οὐκ ἀρχιτέκτονα, οὐ φωνασκόν, οὐχ ὑποκριτὴν ποιημάτων, ὡς παρ' ἡμῖν· διὰ τί Ἑρμῆς καὶ Ἀφροδίτη οὐ παρέσχον, κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιτυχεῖν γινομένη τοῖς ἐκλείπουσι τῶν αὐτοῖς ἐπιτηδεύμασι; Μῆδοι δὲ πάντες μετὰ σπουδῆς ἔτι ἐμπνέοντας τοὺς κάμνοντας κυσὶ βορὰν παρατιθέασιν ἀναλγήτως; εἰ τὸ τῇ Μήνῃ, ὥς φατε, τὸν Ἄρεα ἐπὶ ἡμερινῆς γενέσεως ἐν καρκίνῳ Μῆδοι ἔλαχον; Ἰνδοὶ τοὺς νεκροὺς ἑαυτῶν τεφροποιοῦσι πυρὶ μεθ' ὧν καταφλέγουσι ζώσας τὰς συμβίους. καὶ οὐδέπου πᾶσαι αἱ πυριάλωτοι Ἰνδῶν γυναῖκες, ἢ αἱ ζῶσαι, ἔλαχον ὑπὸ τῆς νυκτερινῆς σεληνιάσεως τῶν γεννησάντων σὺν Ἄρει τὸν Ἥλιον, ἐν νυκτὶ μὴ φαίνοντα ἐν μοίραις Ἄρεως. Γερμανῶν δὲ οἱ πλείους ἀγχόνῃ τὸ ζῆν ἀμείβονται· καὶ οὐ πάντως τὸ πλῆθος Γερμανῶν τὴν Σελήνην καὶ τὴν ὥραν μεσολαμβανομένας ὑπὸ Κρόνου καὶ Ἄρεως ἔχουσιν. ἀλλ' εἰ παντὶ ἔθνει ἡμέραις βροτοὶ γεννῶνται, οὐ κρείττονες ἢ χείρονες κατὰ ἄστρων συμπλοκήν, ὡς ὑμεῖς φατε, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ νόμοι τινὲς καὶ πάτρια ἔθη κρατεῖ, ἐξ ὧν τὸ αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν τὰ πρακτέα ὑπάρχειν παιδευόμεθα πάντες. οὐ γὰρ οἷά τε ἡ καθ' ὑμᾶς γένεσις ἀναγκάσαι Σῆρας ἀναιρεῖν, ἢ Βραχμᾶνας κρεωβορεῖν καὶ σικεροποτεῖν, ἢ Πέρσας μὴ μητρογαμεῖν, καὶ ἀδελφοφθορεῖν, ἢ Ἰνδοὺς μὴ πυρὶ διδόναι τοὺς νεκρούς, ἢ Μήδους μὴ κυσὶ τοὺς θνῃσκομένους παρατιθέναι, ἢ Πάρθους μὴ πολυγαμεῖν, ἢ τοὺς Μεσοποταμίτας μὴ ἀκρωσωφρονεῖν, ἢ Ἕλληνας μὴ σωμασκεῖσθαι, ἢ τὰ βάρβαρα ἔθνη τοῖς ὑφ' Ἑλλήνων προσαγορευομένοις κοινωνεῖν· ἀλλ' ὡς προέφην, ἕκαστος βροτῶν χρῆται τῇ τοῦ νόμου ἐλευθερίᾳ, τὰ ἐκ τῶν ἄστρων μυθουργούμενα καθ' Ἕλληνας, παραπεμπόμενος, τοῦ ἐκ τῶν νόμων δέους, ἢ τοῖς ἔθεσιν ἔθη πατρίοις τῶν φαύλων εἰργόμενος. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἀρετῶν ὑπάρχουσι προαιρετικαί, αἱ δὲ περιστατικαί, ἀνάγκῃ ἐπὶ τὸ κρεῖττον προερχομένου τοῦ ζητουμένου ὑπὸ τῶν νόμων.

Πεῦσις ρι'.

Ἀλλ' ἑπτὰ ὄντων τῇ γενέσει ἑκάστου διακεκριμένων ἀστέρων, εἰς ἑπτὰ λέγεσθαι κλίματα τὴν γῆν διαιρεῖσθαι, καὶ ἄρχεσθαι ἕκαστον κλίμα ὑφ' ἑνὸς τῶν ἀστέρων.

A Quòd si Mercurius, vt dicitis, cum Venere in suis mansionibus existẽs efficit fictores, pictores, numularios: in mansionibus autem Veneris, vnguentarios, cantores, mimos, poëtas: qui fit vt apud Helios & Saracenos, & apud eos qui sunt in Libya superiore, apud Mauros item, qui iuxta litora & ripas Oceani habitant, & in vlteriore Germania, & in Sarmatia superiore, & in Scythia, & apud omnes nationes, quæ à Ponto procul dissitæ sunt, inueniri non possit numularius, aut fictor, aut pictor, non architectus, non cantor, non actor B poëmatũ, vt apud nos? Quare Mercurius & Venus id nõ contulerũt etiã apud ipsos nato, vt assequatur ea studiorum & morũ exercitia, quæ apud eos non sunt? Medi data opera omnes adhuc spirantes ægrotos canibus escam citra commiserationem obiiciunt. Atque hi Medi anne eum Luna Martem (vt vos loqui soletis) in diurna natiuitate in Cancro sortiti sunt? Indi cadauera mortuorũ igni in cineres redigunt, & cum eis quorũdam vxores cõburunt. Atqui nequaquã omnes igni absumptæ vxores Indorum, aut adhuc viuentes, sortitæ sunt tẽpore nocturni parentum suorũ coitus, C cum Marte Solem, in partibus Martis noctu non lucentem. Germanorum cõplures strangulatione se vita spoliãt, non tamen omnino maior pars Germanorũ, Lunã, & horam intereeptã à Saturno & Marte habent. Verùm in omni gente si interdiu homines nati fuetint, non meliores peiorẽ∫ve erunt, secũdùm astrorũ coniunctionem, vti vos dicitis, sed in vnaquaque regione leges quædam & patriæ cõsuetudines præualẽt, ex quibus pruprium ius, & quid nobis omnibus faciẽdum sit, omnes discimus. Non enim potest de vestra sen- D tentia, genesis cogere Seres vt interficiãt, aut Brachmanes ad vorandum carnes, siceråmve potandum, aut Persas ne cum matribus matrimonia iungant, & sorores violent: aut Indos ne igni mortuos tradant: aut Medos, ne canibus obiiciant morituros: aut Parthos, ne multa coniugia contrahant: aut Mesopotamios, vt sint valde temperantes: aut Græcos, ne corporibus exercendis occupati sunt: aut barbaras gẽtes, vt cum illis quæ à Græcis prędicantur, commercium habere velint. Verùm vt dixi iamantè, quiuis hominum suæ legis libertate vtitur, & quæ ex astris secun- E dùm Græcos fabulosè ficta sunt, propter legum metum omittit, aut propter consuetudinem patriam gentis à vitiis abstinet. Nam virtutum aliæ sunt ex liberæ voluntatis electione, aliæ verò ex circunstantiis eius qui necessitate coactus accedit ad melius, vt pote legibus ita poscentibus.

110. *Interrogatio.*

Atqui quum sint septem vniuscuiusque nostrum natiuitati deputatæ stellæ, in septẽ plagas terram diuisam esse dicimus, atq; quamlibet plagam gubernari ab vna stellarũ illarũ,

& secundùm illarum coniunctionem duci & perfici subiectos: quam efficacitatem stellæ aliqui legem vocant.

Responsio.

Si in septem plagas diuiditur orbis, quomodo in vna parte multas atque diuersas leges inuenimus? Neque septem modò, secundùm numerum stellarum, neque duodecim, secuudùm Zodiaci signa, neque item triginta sex secundùm decanos: sed innumeræ commemorantur leges, quæ olim mutatæ sunt, & nunc vigent. Quomodo verò in eadem sectione anthropophagos Indos, & ab animatis omnique mactatione abstinentes Brachmanes habitare cernimus? Quomodo Babylonij misti pollutis nuptiis cunsanguineorum delirant? Aut quomodo in sectione alia eiusdem tractus Sclaueni & Physonitæ, qui & Danubiani appellantur, alij quidem vbera mulierum libenter comedunt, quod plena lacte fuerint, instar murium infantes saxis allidentes: alij verò etiam à legitimo & irreprehensibili carnium esu abstinent? Qui eorum alij præfracti sunt, suo iure viuentes absque cuiusquam imperio, ac nonnunquam comedentem secum vel iter facientem principem suum interficieutes, vulpes & siluestres feles porcósque comedentes, & luporum vlulatu se prouocantes: alij verò à voracitate abstinent, & cuinis principi se subiicientes obediunt. Multa certè commemorantur de Longobardis, & Noris, & Gallis occidentalibus, tanquam ignaris Mercurialis & Saturninæ de astris scientiæ. Qunt reges & principes sustulerunt malè latas leges, ipsi sua placita sancientes? aut è diuerso, meliores repudiarunt ab his diuersi, à nullo astro in decretis sibi placitis impediri? Vnum autem proferam, quod incredulorum omnium ora quasi alapa cædet. Iudæi omnes lege quam Moses tulit recepta, omnem fœtum marem participem rationis ipsis natum, octauo die circumcidentes, sanguine perfundunt. A seculo autem nullus Græcorum aut Christianorum circuncisionem recepit, licèt plurimi Iudæi, & Græci, & Christiani iisdem mensibus, & hebdomadibus, & diebus, & horis nati sint. Nihil ergo Mars facit aut Mercurius, aut Venus, aut reliqua Græcorum fabula, vno circulo complectente omnia: nullúsque ab astris vi cogitur. An non enim Græci, aut Iudæi, aut Christiani eadem die vel hora, in maternum iacti sunt vterum, & simul in lucem editi? Quomodo igitur plurimis ipsorum Christo adiunctis, patrio abnegatu errore, non potuit ei terrenæ parti dominans stella ipsos arcere ab vera in Deum pietate?

Valachorum gens semper in principes suos perfida.

A καὶ πρὸς ἐκείνων συμπλοκὰς ἄγεσθαι, καὶ ἀποτελέσθαι τοὺς ἀρχομένους· ὅπερ νόμον τινὲς τὴν τοῦ ἄστρου ἐνέργειαν λέγουσιν.

Ἀπόκρισις.

Καὶ πῶς εἰ ἑπταχῶς διαιρεῖται ἡ οἰκουμένη, ἐν μιᾷ μερίδι, πολλοὺς καὶ διαφόρους νόμους εὑρίσκομεν; καὶ οὔτε ἑπτὰ μόνον κατὰ τοὺς ἀστέρας, οὔτε δὶς ἓξ κατὰ τοὺς ζωδιακούς, οὐδ᾽ αὖ πάλιν τριάκοντα ἓξ κατὰ τοὺς δεκανούς, ἀλλὰ μυρίοι μνημονεύονται νόμοι, πάλαι ἀμειφθέντες, καὶ νῦν ὑπάρχοντες. πῶς δὲ ἐν ταυτῷ τμή- B ματι τοὺς ἀνθρωποβόρους Ἰνδούς, καὶ τοὺς ἐμψύχων καὶ θοίνης ἁπάσης ἀπεχομένους Βραχμᾶνας οἰκοῦντας ὁρῶμεν; πῶς δὲ οἱ ἐν Βαβυλῶνι ὅποι δ᾽ ἂν γίνονται, τῇ μιαιγαμίᾳ τῶν ὁμαίμων παρεισοδοῦσι; πῶς δ᾽ ἐν ἑτέρῳ τμήματι ὄντες οἱ Σκλαυηνοὶ καὶ Φυσωνῖται, οἱ καὶ Δανούβιοι προσαγορευόμενοι, οἱ μὲν γυναικομαστοβοροῦσιν ἡδέως, διὰ τὸ πεπληρῶσθαι τοῦ γάλακτος, μυῶν δίκην τοὺς ὑποτιτθίους ταῖς πέτραις ἐπαράττοντες· οἱ δὲ καὶ τῆς νομίμης καὶ ἀδιαβλήτου κρεωβορίας ἀπέχονται; καὶ οἱ μὲν ὑπάρχουσιν αὐθάδεις, αὐτόνο- C μοι, ἀνηγεμόνευτοι, συνεχῶς ἀναιροῦντες, συνεσθιόμενοι ἢ συνοδεύοντες, τὸν σφῶν ἡγεμόνα καὶ ἄρχοντα, ἀλώπεκας καὶ τοὺς ἐνδρύμους κάττας καὶ μονιοὺς ἐσθίοντες, καὶ τῇ λύκων ὠρυγῇ σφᾶς προσκαλούμενοι. οἱ δὲ καὶ ἀδηφαγίας ἀπέχονται, καὶ τῷ τυχόντι ὑποτεττόμενοι καὶ ὑπείκοντες. καὶ πολὺς ὁ λόγος περὶ Λογγιβαρδῶν καὶ Νόρων καὶ Γάλλων τῶν Ἑσπερίων τῆς Ἑρμαϊκῆς καὶ Κρονικῆς ἀμοιρησάντων ἐπιστήμης τῶν ἄστρων. πόσοι βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες περιῆγαγον τοὺς κακῶς κειμένους νόμους, αὐτοὶ δὲ δικαίως νομοθετήσαντες; ἢ αὖ πάλιν τοὺς κρείττονας οἱ ἐναντίοι ἀπώ- D σαντο, ὑπ᾽ οὐδενὸς τῶν ἄστρων πρὸς τὰ αἱρεθέντα εἰργόμενοι. ἓν δὲ φάναι βούλομαι ὃ καὶ τῶν ἀπίστων πάντων ἀποῤῥάψει τὰ στόματα· Ἰουδαῖοι πάντες τὸν διὰ Μωσέως δεξάμενοι νόμον, πᾶν ἄρρεν λογικὸν αὐτοῖς γενόμενον τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περιτέμνοντες αἱμάττουσιν. ἀπὸ δὲ τοῦ αἰῶνος, οὐδεὶς Ἑλλήνων ἢ Χριστιανῶν περιτομὴν ἐδέξατο. πλείστων Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων καὶ Χριστιανῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς μῆνας καὶ ἑβδομάδας καὶ ἡμέρας καὶ ὥρας γεννω- E μένων, Ἄρης ἢ Ἑρμῆς ἢ Κύπρις ἢ ὁ λοιπὸς Ἑλλήνων μῦθος, ἑνὸς κύκλου ἐμπεριέχοντος τὰ πάντα, καὶ μηδενὸς ὑπὸ ἀστέρων βιαζομένου. οὐ γὰρ πάντες Ἕλληνες ἢ Ἰουδαῖοι ἢ Χριστιανοὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἢ ὥρᾳ ἐν τῇ μητρῴᾳ κατεβλήθησαν νηδύϊ; οὐδ᾽ αὖ πάλιν πάντες ἅμα ἀπεκυήθησαν; πῶς δὲ οἱ πλεῖστοι αὐτῶν Χριστῷ συνετέθησαν τὴν πατρῴαν ἀρνησάμενοι πλάνην, μὴ ἰσχύσαντος τοῦ ἄρχοντος ἀστέρος τῆς χερσαίου μερίδος ἐμποδίσαι αὐτοὺς πρὸς θεοσέβειαν;

Πεῦσις ρια'. A

Ἀλλ' οὐ περὶ πίστεως ἡμῖν ὁ περὶ ἄστρων λόγος, ἀλλ' ἤθους καὶ πολιτείας καὶ πράξεως ἐκεῖθεν ἁρμοζομένης, ἔτι δὲ καὶ τῆς σωματικῆς κατασκευῆς. οἱ γὰρ κριοὶ τὴν γένεσιν ἔχοντες, οὖλοι τὴν τρίχα ἀποτελοῦνται, χαριτωμένοι καὶ μεγαλόφρονες, ἐπεὶ ἡγεμονικὸς ὁ κριός· ἀλλὰ καὶ προαιρετικοί, ἐπεὶ καὶ ὁ κριὸς ἀποδύεται ἀλύπως τὸ ἔριον, καὶ πάλιν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπενδύεται. ὁ δὲ ταυριανὸς ταλαιπωρὸς καὶ δουλικός· ὑπὸ ζυγὸν γὰρ ὁ ταῦρος. ὁ δὲ σκορπιανός, πλήκτης διὰ τὴν πρὸς τὸ θηρίον ὁμοίωσιν. ὁ γὰρ ζυγιανός, δίκαιος, διὰ τὴν παρ' ἡμῖν ἰσότητα τῶν ζυγῶν. B

Ἀπόκρισις.

Ὦ τῆς Ἑλληνικῆς· τί γὰρ ἂν γένοιτο τούτων γελοιότερον; ὁ γὰρ κριός, ἀφ' οὗ τὴν γένεσιν τοῦ ἀνθρώπου ληροῦσιν, οὐρανοῦ μέρος ὑπάρχει τὸ δωδέκατον, ἐν ᾧ φθάνων ὁ ἥλιος τῶν ἐαρινῶν σημείων ἅπτεσθαι· καὶ ζυγὸς δὲ καὶ ταῦρος καὶ σκορπίος, ὁμοίως τούτων ἕκαστον δωδέκατον μόριον ὑπάρχει μέρος τοῦ οὐρανοῦ ζῳδιακοῦ λεγομένου κύκλου. πῶς οὖν ἐκεῖθεν τὰς προηγουμένας αἰτίας φάσκοντες βροτοῖς ὑπάρχειν, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν βληχωμένων τὰ ἤθη αὐτοῖς χαρακτηρίζετε; C ἀμεταδότικον γὰρ ὁ κριός. οὐκ ἐπειδὴ τοιούτου ἤχους τυπικὸν ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ἐπεὶ τοιαύτης ἔλαχε τὸ πρόβατον φύσεως παρὰ τοῦ κτίσαντος. ἐκ μὲν τῶν ἄστρων σπουδάζεις ἐμφῆναι τὴν γένεσιν πειρασθῆν, ἐκ δὲ τῶν βληχημάτων πειθὼ ἐπιχειρεῖς. εἰ μὲν παρὰ τῶν ζῴων ὁ οὐρανὸς κομισάμενος ἔχει τὰς ἀφορμὰς τοιαύτας τῶν ἠθῶν, ὑπόκειται καὶ αὐτὸς πάντως ἀλλοτρίαις ἐξουσίαις, αὐτὸς μὲν ταῖς τῶν ἄστρων, ἐκεῖνα δὲ τῶν ζῴων, ἐξ αὐτῶν ἐχόντων τὰς αἰτίας ἀπηρτισμένας. εἰ δὲ καταγέλαστον τοῦτο, καταγελαστότερον τὸ ἐκ τῶν μηδὲν κοινωνούντων ἐπάγειν ἐπιχειρεῖν τὸν λόγον τῆς πιθανότητος περὶ γενέσεως. D πῶς γὰρ ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας μυριάκις ἀμείβεται τῶν ἀστέρων τὰ σχήματα; ἀκίνητοι γὰρ ὄντες οἱ πλανῆται προσαγορευόμενοι, καὶ οἱ μὲν θᾶττον ἐπικαταλαμβάνοντες ἀλλήλους, οἱ δὲ βραδυτέρας περιόδους ποιούμενοι ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὥρας, πολλάκις ὁρῶσιν ἀλλήλους καὶ ἀποκρύπτονται. εἰ δὲ καὶ ἐκ φύσεως αὐτοῖς τὸ ἀγαθὸν καὶ χεῖρον, ἐπὶ τὸν δημιουργὸν ἡ αἰτία τοῦ κακοῦ παρ' ἡμῶν ἀναφέρεται πάντως. εἰ δὲ προαιρέσει κεκίνηνται, πρῶτον μὲν ἔσται ζῷα E προαιρετικὰ λελυμένας καὶ αὐτοκρατορικὰς ὁρμὰς κεκτημένα· ὅπερ μανίας ὑπάρχει καὶ ἀνοίας ἐσχάτης, τὸν δημιουργὸν βλασφημεῖν, καὶ τῶν ἀψύχων καταψεύδεσθαι. πῶς δὲ οἱ κριοῦ τὴν γένεσιν ἔχοντες, οὖλοι χαριτοί, καὶ προαιρετικοί, καὶ πλούσιοι; ὁρῶμεν πολλοὺς οὔλους μὲν τὴν τρίχα, τυφλοὺς δέ, καὶ οὐκ εὐπόρους, οὐδὲ προαιρετικούς, ἀλλ' ἰταμοὺς καὶ δυσπόρους καὶ ῥυπῶντας καὶ ῥακοφόρους ἀγύρτας,

A 111. *Interrogatio.*

At nobis dum de aſtris loquimur, non eſt ſermo de fide, ſed de moribus, & ratione viuendi, & inde pendente actione, præterea de conſtitutione corporis. Nam quorum ſub Ariete natiuitas eſt, criſpis ſunt crinibus, gratioſi & magnanimi, quia principis officio fungitur Aries: etiam liberæ voluntatis electionem habent, ſiquidē & Aries depoſito abſque dolore vellere, rurſus à natura veſtitur. Subiectus autem Tauro, ærumnoſus eſt, & ſeruilis: Taurus enim ſub iugo eſt. Qui eſt ſub Scorpione, percuſſor eſt, propter eam quæ ab illis B beſtiis ſumitur, ſimilitudinem. Nam & libræ ſubiectus, eſt iuſtus: propter noſtrarum librarum æqualitatem.

Reſponſio.

O gentilitiam dementiam: quid enim iſtis fuerit magis ridiculū? Nam Aries, vnde deliri natiuitatem hominis repetunt, cæli duodecima pars eſt, in quo Sol means, verna ſigna ingreditur Sed & Libra, & Taurus, & Scorpius, & ſimiliter horum quoduis duodecima portio eſt, & pars cœli in Zodiaco (quem vocant) circulo. Quomodo igitur inde mortalibus præcedentes cauſas exiſtere dicūt, dum ex iis C quæ apud nos balant, mores ipſis deſignātur? Animal enim ad impartiendum facile, Aries eſt. Non quòd Arietis ſonū edat ea pars cæli, ſed quòd ouis à creatore talē naturā accepit. Atque ex aſtris quidem ſatagis oſtendere geneſim noſtrā, id verò per balatus perſuadere conaris. Siquidem à talibus animalibus cælū geſtatum tales habet morū cauſas: omoioo & ipſum ſubiectū eſt alienis poteſtatibus, nimirū poteſtatibus aſtrorū, aſtra verò animaliū, pendētes ab ipſis cauſas habētia. Si verò ridiculum hoc eſt, magis ridiculū illud erit, ex iis quę nihil inter ſe commune habent, inducere velle probabilitatem eorum quæ de natiuita- D te dicuntur. Quomodo enim quotidie innumerabiliter mutantur ſtellarum aſpectus? Nā planetę, vt ſunt, ſemper mobiles appellantur. Atque alij quidem citius aſſequuntur ſe inuicem, alij verò periodos eadē hora faciunt tardiores. Aliquoties etiam ſe inuicem aſpicientes, mox occultantur. Quòd ſi ex natura ipſis bonum & malum adeſt, omnino ad opificem cauſa mali à nobis refertur. Quòd ſi liberæ voluntatis electione mouentur, primum quidem erunt animalia prędita libera voluntate, E ſolutis & liberæ poteſtatis motibus vtentia: id quod extremæ inſaniæ atque dementiæ fuerit, cum blaſphemia coniunctum opificis, & cum mendacio de inanimatis. Quomodo autem, qui ad Arietem ſuam natiuitatem referunt, criſpi & gratioſi, & liberæ voluntatis, & diuites ſunt? Videmus multos quidem crinibus criſpis, qui tamen cæci ſunt & minimè diuites, neque libera præditi voluntatis electione, ſed improbi, ad quæſtum faciendum inepti, & ſordidi, & pannoſi, & circumforanei,

qui ianuam cum ianua mutant quotidiani victus adipiscendi gratia. Quomodo autem qui calui sunt, vel etiam crine simplici, aut hebete visu, diuersum habent, diuitias nimirum & abundantiam, atque quietem, rarò cum amicis consanguineis congredientes? Quoties autem die vel nocte regiarum natiuitatum perficiuntur figurationes, quare non qualibet vice reges nascuntur? Aut quomodo patriæ ipsis intercedunt regni successiones? Nimirum non quiuis rex regiam astrorum figurationem per coitum cum consorte tori, filio applicandam obseruare potuit. Neque enim quisquam eam rem habet in potestate sua. Quomodo igitur Ozias rex genuit Ioathamum regem, Ioathamus verò Achazum, Achazus autem Ezechiam? Hic verò Manassem, & is Amosum, ille verò Iosiam, hic autem Ioachasum, vnusquisque rex regem? & quidem nullus eorum in seruilem natiuitatis horam incidit. Deinde si & vitiosarum & virtuti consentanearum actionum non ex nobis principia pendent, sed ex necessitatibus natiuitatis: superflui sunt legumlatores qui sectanda fugiendaque nobis definiunt, superflui iudices, qui virtutem quidem honorant, improbitatem verò puniunt. Neque enim furis aut homicidæ ea iniuria est, qui ne quidem, si velint, manum cohibere possunt, propter vrgentem ipsos ad ea facta, astrorum legem, & propter impositam sibi ex fato necessitatem. Refutabo autem ipsos etiam ex vniuersalium rerum mutatione. Nam quum ante aduentum diuini illius hominis omnes gentes cultui astrorum deditæ essent, & in omni incederent impietate, post accessum diuini hominis, per euangelicam prædicationem, ad pietatem facta transitio est, amolito quidem errore, virtute autem in pretio habita, eodem astrorum manente cùm aspectu tum constitutione: ex Græcis, & Iudæis, & Gentibus quamplurimis conuersis, & Christo adjunctis. Vbi igitur priores stellæ, quæ cogebant ante idola suppliciter procumbere? Vbi latitare videbantur, quæ nunc ad pietatem ipsos pertrahunt? Si verò neque ademptio, neque additio regioni astrorum contigit, vel inuiti fatebuntur, non ex aliquo fato vel necessitate, virtutem improbitatemve viuentibus inseri, aut decerni: sed ex vniuscuiusque libera potestatis electione vnumquemque se ad ea quæ elegit, conferre. Id quod manifestè eximius ostendens Esaias, luculenter clamat in persona Dei: Si volueritis & auscultaueritis mihi, bona terræ comedetis. Si verò nolueritis, neque auscultaueritis mihi, gladius vos deuorabit. Nam os Domini loquutum est ista: Ipse verò in Euangelio concionans Dominus inquit: Hierosolyma, Hierosolyma, quæ occidis vates, & lapidas eos qui ad te missi sunt,

A θύραν ἐκ θύρας ἀμείβοντες τῆς ἐφημέρου τροφῆς ἕνεκεν. πῶς δὲ οἱ φαλακροὶ ἢ καὶ ἁπλῇ κόμῃ, ἢ ἀμβλυωποὶ τὴν ὀμματίαν ἔχουσι, πλοῦτον δὲ καὶ ἀφθονίαν καὶ ἠρεμίαν, σπανίως τοῖς φίλοις ὁμαίμοις συναγελαζόμενοι; ποσάκις δὲ τῆς ἡμέρας, ἢ τῆς νυκτός, οἱ τῶν βασιλικῶν γενέσεων ἀποτελοῦνται σχηματισμοί, διὰ τί μὴ ἐφ' ἑκάστης γίνονται βασιλεῖς, ἢ πῶς πάλιν πατρῷαι αὐτοῖς ἐπαρκοῦσιν αἱ τῆς βασιλείας διαδοχαί; οὐδέπου γὰρ ἕκαστος τῶν βασιλέων παρατετηρημένος εἰς τὸ βασιλικὸν τῶν ἄστρων σχῆμα διὰ τῆς πρὸς τὴν σύμβιον κοινωνίας τῷ υἱῷ B ἐναρμόσαι οἷός τε. οὔτε γάρ τις κύριος τοῦ τοιούτου. πῶς οὖν Ὀζίας ὁ βασιλεύς, ἐγέννησε τὸν Ἰωαθὰμ βασιλέα, Ἰωαθὰμ δὲ τὸν Ἀχαζ, Ἀχαζ δὲ τὸν Ἐζεκίαν, οὗτος δὲ τὸν Μανασσῆ, οὗτος δὲ τὸν Ἀμμώς, οὗτος δὲ τὸν Ἰωσίαν, οὗτος δὲ τὸν Ἰωαχάζ, ἕκαστος βασιλεὺς βασιλέα; καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς οἰκετικῆς συνέτυχεν ὥρας γεννήσεως. ἔπειτα εἰ καὶ τῶν κατὰ κακίαν καὶ ἀρετὴν ἐνεργημάτων οὐκ ἐκ τῶν ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχουσιν αἱ ἀρχαί, ἀλλ' ἐκ τῆς γενέσεως αἱ ἀνάγκαι, περιττοὶ μὲν οἱ νομοθέται τὰ αἱρετὰ καὶ φευκτὰ ἡμῖν ὁρίζοντες, περιττοὶ δὲ οἱ δικα- C σταὶ ἀρετὴν μὲν τιμῶντες, κακίαν δὲ κολάζοντες. οὐ γὰρ τοῦ κλέπτου ἢ τοῦ φονέως τὸ ἀδίκημα, οἷς γε οὐδὲ βουλομένοις κρατεῖν τῆς χειρὸς οἷόν τε, διὰ τὴν ἐπὶ τὰς πράξεις κατεπείγουσαν αὐτοὺς ἀστρονομίαν, καὶ τὴν ἐκ τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκην ἐπικειμένην. διελέγξω δὲ αὐτοὺς καὶ ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων καθόλου μεταβολῆς. πρὸ γὰρ τῆς θεανδρικῆς ἐπιφοιτήσεως πάντων ἐθνῶν εἰδωλομανούντων, καὶ διὰ πάσης χωρούντων ἀσεβείας, μετὰ τὴν ἄφιξιν τοῦ θεάνδρου, διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἡ πρὸς θεοσέβειαν γέγονε μετά- D θεσις, τῆς πλάνης μὲν ἐκποδὼν γενομένης, ἀρετῆς δὲ τιμωμένης, τῆς αὐτῆς τῶν ἄστρων μενούσης ὄψεώς τε καὶ στάσεως, ἐξ Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν πλείστων ἐπιστραφέντων, καὶ Χριστῷ συντεθειμένων. ποῦ οὖν οἱ πρότερον καταναγκάζοντες αὐτοὺς ἀστέρες, εἰδώλοις προσπίπτεσθαι; ποῦ δὲ λανθάνειν ἐδόκουν οἱ νῦν πρὸς θεοσέβειαν αὐτοὺς ἐπισπώμενοι; εἰ δὲ μήτε ἀφαίρεσις, μήτε προσθήκη τῇ χωρείᾳ τῶν ἄστρων γέγονεν, ἄκοντες ὁμολογήσουσιν, οὐκ ἔκ τινος εἱμαρμένης ἢ ἀνάγκης, ἀρετὴν ἢ κακίαν E ἐμβιοτεύεσθαι ἢ αἱρεῖσθαι· ἀλλ' ἐκ τῆς ἑκάστου αὐτεξουσίου προαιρέσεως ἐπὶ αἱρεθέντα χωροῦντας. ὅπερ σαφῶς ὁ ὑψηλὸς προφητῶν Ἡσαΐας διαῤῥήδην βοᾷ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· εἰ δὲ μὴ θέλητε, καὶ μὴ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. αὐτὸς δὲ ἐν εὐαγγελίοις δημηγορῶν ὁ Κύριος φησίν· Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους,

ποσάκις ἠθέλησα συναγαγεῖν ὑμᾶς ὑπὸ τὰς πτέρυγάς μου, ὃν τρόπον ὄρνις συνάγει τὰ νοσσία ἑαυτῆς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; ἐπὶ δὲ θέλησιν ἑκάστου ἀναφέρων τὰ αἱρετὰ, ἢ φευκτὰ, καὶ οὐκ ἐπ᾽ ἀνάγκην εἱμαρμένης ἢ ἀστρονομίας. οὐ γὰρ ἡγήσατο ἡμᾶς ἁμαρτάνοντας, εἴπερ τῆς ἐκείνων μεθοδείας ὑπεκείμεθα.

Πεῦσις ριβ'.

Καὶ εἰ μηδὲν ἐκ τῶν ἄστρων εὐεργετοῦνται, ἢ ἀδικοῦνται οἱ ἄνθρωποι, πῶς τὸ Εὐαγγέλιον σεληνιαζομένους λέγει τοὺς ἐπιληπτικοὺς, ἀφρίζοντας καὶ ῥησσομένους;

Ἀπόκρισις.

Σεληνιαζομένους φησὶ, κατὰ τὴν συνήθειαν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν, μὴ χωρούντων ἀκοῦσαι τὸ ὑψηλότερον. ἐπειδὴ γὰρ σελήνῃ, καὶ ἡλίῳ, καὶ ἄστροις τὸ σέβας ἀπένεμον οἱ ματαιόφρονες, βουλόμενος αὐτοὺς ἀπαγαγεῖν τῆς οἰκείας δόξης, ὡς ἐπιβλαβοῦς, καὶ αἰτίαν τῶν δαιμονιώντων τὴν Σελήνην ἀποφαίνει· ὅπως ναρκῶντες οἱ ἐκείνῃ ποτνιώμενοι ἀποπηδήσωσι τοῦ εἰκαίου σεβάσματος. οὐ γὰρ ἐπὶ λύμῃ βροτῶν τοὺς φωστῆρας ὁ τοῦ παντὸς ἀρχιτέκτων ἐδείματο Χριστὸς, ἀλλ᾽ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐπιτηρῶν αὐτοῖς τὸ τοιόνδε σχῆμα, ἐπιτωθάζειν τισὶν ὑπαγόμενον, τοὺς εὐρίπους καὶ ἀνεστίους βροτῶν ἐπὶ γόητας καὶ διοτρεφεῖς αὐτομολεῖν, προφάσει ἐπαοιδῆς, καὶ τοῦ ὀχλοῦντος ἀνακωχῆς. πολλάκις δὲ ὁρῶμεν κύνας κρύβδην ἐπαλλομένους ἡμῖν, καὶ οὐ φαμὲν τὴν Σελήνην αἰτίαν τοῦ δήγματος, ἢ τῆς τοῦ ζώου κινήσεως. καὶ οἰκέτης πολλάκις πληροφαοῦς ὑπαρχούσης πρὸς δραπετείαν ἥλατο, τῷ ἐκείνης φωτὶ βοηθῷ πρὸς ὠκυποδίαν χρώμενος. ἆρ᾽ οὖν αἰτιασώμεθα τῆς δυσβουλίας τοῦ ἀποδράντος τὴν φαίνουσαν; καὶ ὁ λάγνος πολλάκις τὸ νυκτερινὸν σκότος δεδιὼς οἴκοι καθεύδειν ἐπείγεται· τῇ δὲ Σελήνῃ καταυγαζομένης τῆς νυκτὸς, θᾶττον ἐπὶ τὸ χαμαιτυπεῖον ἵππου δίκην χαίρων, χρεμετίζων καὶ θέων, ἥκει ἐπισκαίρων τῇ ἑταίρᾳ. ἆρ᾽ οὖν τῆς μιαρᾶς βαδίσεως αἰτία ἡ τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν καταλάμπουσα θείῳ προστάγματι; εἶργε σαυτὸν τῆς σεληνιακῆς παρανοίας. τοῖς γὰρ εὐαλώτοις δαίμονες ὑποσπείρειν εἰώθασιν, οὐ μόνον τοὺς φωστῆρας αἰτιᾶσθαι τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἤδη τὸν δημιουργὸν, ὡς φαῦλον καὶ φθαρτικὸν ποιητὴν διαβάλλειν. οἱ δὲ τούτοις πειθόμενοι, οὐ Θεῷ ἀλλὰ σποδῷ προσκυνοῦσι, δηλαδὴ τὸν πατραλοίαν καὶ τῶν οἰκείων τέκνων τοὺς γάμους φθείραντα, καὶ ἐν τάφῳ [illegible] φθαρέντος, ὅπερ οὐκ ἔστι Θεοῦ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνου παῖδας ἐξεθείασαν οἱ ἄθεοι καὶ ματαιόφρονες. ἐν μὲν τῇ Ἑρμουπόλει τὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀνερμήνευτον Ἑρμῆν εἰς κόνιν διαλυθέντα· ἐν δὲ Κύπρῳ τὴν Κύπριν κόπρῳ ἐν τάφῳ κειμένην· ἐν δὲ Θρᾴκῃ, Ἄρην, τὸν τῆς ἀρᾶς ἐπώνυμον. ἐξ ἧς ἡμῖν ἐκ τοῦ δυσπειθοῦς Ἡσαῦ, Διονύσιος

A quoties volui congregare vos sub alas meas, quemadmodum gallina congregat pullos suos, & noluistis? Ad voluntatem vniuscuiusque referens sequenda aut vitanda, & non ad necessitatem fati aut legis astrorum Non enim peccatores nos esse duceret, si illorum insidiis essemus expositi.

112. *Interrogatio.*

Quòd si nullo vel beneficio vel iniuria ex astris afficiuntur homines, quomodo Euangelium lunaticos vocat epilepticos, spumantes & sese lacerantes? *Responsio.*

Lunaticos vocat secundùm vulgarem multorum sententiã, qui id quod altius est audire B non possunt. Quandoquidem enim Lunæ & Soli & astris venerationis cultum exhibebãt homines vani, volens ipsos à sua tanquam perniciosa opinione reuocare, etiam dæmoniacorum causam ostendit Lunam, vt illi supplicantes languidiores facti, ab eius veneratione resilirent. Nõ enim in perniciem mortalium Luminaria vniuersitatis architectus extruxit Christus, sed immundus spiritus obseruans in ipsis talem speciem, ad seducẽdum aliquos subduxit, vt inconstantes & parum frugi mortales ad præstigiatores & ad eos C abeant sponte, qui à Ioue nutriti videntur, nimirum per incantationum occasionem, & spem leuandi malum. Sæpenumero autem videmus & canes latenter in nos irruere. neque tamen dicimus Lunam causam esse morsus, aut motus animalis. Et serui sæpenumero quum toto Luna lumine splendet, ad capiendum fugam surgunt, & eius auxilio ad celeritatem vtuntur. Num igitur causam temeritatis fugitiui dicemus Lunam? Sæpenumero item & effœminatus homo nocturnas tenebras veritus domi dormire cogitur: Luna D verò per noctem lucente, citiùs ad prostibulum instar equi lasciuè prosiliens, hinniẽs, & currẽs, ad scortum lætus venit. Num igitur itineris scelerati causa est Luna, quæ diuino præcepto terras cœlo subiectas illustrat? Cohibe quęso temetipsum à lunatica dementia. dæmones enim iis qui faciles captu sunt, tacitè in animos inserere consueuerunt, vt non solum luminaria malorum causas esse asserãt, sed ipsum etiam opificem velut malorum & exitiosorum factorem calumnientur Qui verò fidem illis adhibent, non Deum sed cinerem adorant, nimirum parricidam, qui libe-E rorum suorum nuptias violauit, & quidem in sepulchro .... violauit: id quod Dei nequit esse. Nec hoc contenti, etiam ex illo natos liberos inter Deos retulerunt impij & vani: Hermupoli quidem Mercurium, cuius exponi oratione facinora nequeunt, in puluerem nunc redactum: in Cypro verò Venerem, & stercore veluti sepulchro sitam: in Thracia Martem, ab exsecratione cognominatum: ex qua nobis, velut ex immorigero Esauo, Dionysius

Κύπρις Venus, κόπρος stercus. Ἄρης Mars, ἀρὰ exsecratio.

Κρόνος ἢ ὄνος. Ἡρακλῆς, vel ut ἱεράκλης. Σύροι, συρφετοί. Ἄδωνις, & ᾅδης. Νέκτωρ, & ἀλέκτωρ.

A Areopagita ortus est, Diuorum Apostolorum discipulus. Apud Caucasios autem montes Saturnus, immò verò Asinus, ab asinis adoratus, rudens & clamans aduersus ipsos ethnicos. Thebis Bacchus, colentibus se tàm animæ quàm corporis morbus insanabilis & fœtens. In Tyro Hercules, potius abominabilis, qui igni consumptus propter improbitatem, ab impiis inter Deos refertur. In Epidauro Æsculapius mente puer, ab insipientioribus & imperitis Deus appellatur. Et Syri, qui nomine conueniente fæces potius sunt, orci cognominem Adonim malè inter Deos retulerunt. B Ægyptij repentem humi & terræ adfixum Osirin, Elienses miseri Nectorem, ne quidem gallum gallinaceum bonum. Qui in insula Leuca sunt, Icachum Achillem, Pontij parricidam Patroclum inter Deos retulerunt. Rhodij Icemachum Macedonem, & alij alios, puluerem scilicet in sepulchro iacentem, colunt, prorsus impiè agentes. Nullus enim ipsorum in Deo vitam finiit. Quorum vesaniam enumerare, non est præsentis temporis. Si verò quis illorum nugas audire cupit, quærat Orphea & Hesiodum de illorum C fabulis: mihi verò reliqua tacendi facultatem concedat.

113. *Interrogatio.*

Non pro Græcis depugnans aduersus te contendo, mi pater, sed armis aduersus illos per tuam multiplicem doctrinam indui volo. Quomodo igitur inquis, nihil fortuito fieri, neque extra diuinam potestatem? Ecce cælestu arcu apparente, absolutam habet is circumferentiam, & vndique æqualem, cuiusmodi reuera ne quidem mens describere queat: & tamen videmus ipsum à nullo D condi, sed fortuito existere.

Responsio.

Non potest casum fortuitum inducere Iridis constitutio. Nam in figura firmamenti velut coccineus funis in orbem extenditur. Quippe si est fictrix mens, sua quædam effingens: vtique qui fictricem hanc fecit, etiam intellectilem fabricauit, in ea diffusurus aut subacturus, quæ ipsi placent. Neque enim igne liquefactum plumbum, aut cera, aut calx, si alicuius rei formæ infundatur, & E fiat id quod artifici visum fuerit, idcirco fortuito casu existere videbitur, quando manu artificis per formam id quod placuerat, effectum est. Ad hunc sanè modum in [illegible] igitur & Iridis ortus in vehementioribus tempestatibus, quasi signum securitatis [illegible] exhibitæ, quòd non amplius sint [illegible] nda aquisque tollenda quæ sub [illegible]. Ponam enim, inquit Deus, in nu[illegible] cum meum vobis in signum. Sol [illegible] urbitulę sanguisugæ radio[illegible] bus humidum ex nubibus,

A ὁ Ἀρεοπαγίτης ἀνέτειλε, τῶν θείων Ἀποστόλων γενόμενος φοιτητής. παρὰ δὲ τοῖς Κασσίοις ὄρεσι Κρόνος μᾶλλον δὲ ὄνος ὑπὸ τῶν ὄνων προσεκυνήθη, ἀνακράζων καὶ ὀγκώμενος κατ' Ἑλλήνων. ἐν Θήβαις Διόνυσος τοῖς σέβουσι ψυχῆς τε καὶ σώματος ὑπάρχων πάθος ἀνίατον καὶ δυσῶδες. ἐν Τύρῳ Ἡρακλῆς, μᾶλλον δὲ ἱεράκλης, πυριάλωτος γενόμενος διὰ κακίαν, ὑπὸ τῶν ἀθέων ἐκθειάζεται. ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιὸς, ὁ ταῖς φρεσὶ νήπιος, ὑπὸ τῶν νηπιωτέρων καὶ ἀσυνέτων Θεὸς προσαγορεύεται. καὶ Σύροι, μᾶλλον οἱ φερώνυμοι συρφετοὶ, τὸν τοῦ ᾅδου ἐπώνυμον Ἄδωνιν ἐξεθείασαν B κακῶς· Αἰγύπτιοι δὲ τὸν συρόμενον καὶ γεωπετῆ Ὄσιριν· Ἠλεῖοι ἐλεεινοὶ τὸν Νέκτορα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀλέκτορα χρηστόν. οἱ ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ τὸν Ἴκαχον Ἀχιλλέα, Πόντιοι τὸν πατραλοίαν Πάτροκλον ἀπεθέωσαν. Ῥόδιοι τὸν Εἰκήμαχον Μακεδόνα, καὶ ἕτεροι ἑτέρους, ἐν τάφοις κόνιν κειμένην σέβουσι, τέλεον ἀσεβοῦντες. οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἐν Θεῷ τοῦ ζῆν ἀπερράγη· ὧν τὰς παρανοίας ὑπεξηγεῖσθαι, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ ὑπάρχει. Εἰ δέ τις ἀκούειν βούλεται τοὺς ἐκείνων λήρους, C πυθέσθω Ὀρφέως καὶ Ἡσιόδου τῶν συγγραφέων τῆς ἐκείνων μυθοποιίας, ἐμοὶ τοῦ λοιποῦ σιωπᾶν χαριζόμενος.

Πεῦσις ριγ.

Οὐχ Ἑλλήνων ὑπερμαχῶν πρὸς σὲ διατείνομαι πάτερ, ἀλλὰ κατ' ἐκείνων ὅπλα παρὰ τῆς σῆς πολυμαθίας περιθέσθαι βουλόμενος. πῶς τοίνυν λέγεις μηδὲν αὐτομάτως γίνεσθαι, μηδὲ ἔξω τῆς θείας δυνάμεως; ἰδοὺ τῆς ἴρεως ὁρωμένης ἀκριβῆ περιφέρειαν ἐχούσης, καὶ πάντοθεν ἴσην, οἵαν ἀληθῶς οὐδὲ νοῦς περιγράψαι δύναται· καὶ ὅμως ὁρῶμεν ὑπ' οὐδενὸς αὐτὴν D γινομένην, ἀλλ' αὐτομάτως συνισταμένην.

Ἀπόκρισις.

Οὐκ αὐτοματισμὸν οἷά τε παρεισάξαι ἡ τῆς ἴρεως σύστασις. ἐπὶ τύπῳ γὰρ τοῦ στερεώματος οἷα σπαρτίον κόκκινον ἐπὶ δίσκου διατείνεται. Εἰ γὰρ καὶ ὁ τύπος ἐκτυπωτικὸς τὰ ἴδια νοῦς ὑπάρχει, ἀλλ' οὖν γε ὁ τὸν τύπον δράσας, νοητὸν ἐτεκτήνατο, ἐπ' αὐτοῦ διαχεῖν ἢ ἀναμάττειν μέλλων τὰ αἱρούμενα. οὐ γὰρ ἐν πυρὶ τακεὶς μόλιβδος ἢ κηρὸς, ἢ χαλκὸς, τύπῳ τινὸς ἐπιχεόμενος, καὶ τὸ ἐκείνου σχῆμα ἀ- E ναματτόμενος, καὶ τὸ δοκοῦν τῷ τεχνίτῃ γινόμενος, παρὰ τοῦτο αὐτομάτως συστῆναι δόξει· ἀλλὰ τῇ χειρὶ τοῦ τεχνίτου διὰ τοῦ τύπου τὸ αἱρεθὲν ἀποτελούμενος. οὕτω δὴ νοείσθω ἡ τῆς ἴρεως σύστασις ἐν ταῖς σφοδραῖς ὑετίαις, οἷα εἰς σημεῖον ἀφοβίας τῷ κόσμῳ παρεχομένης, μὴ πάλιν ἀποκλύζεσθαι καὶ ὑδροφορεῖσθαι τὰ ὑπουράνια. θήσω γάρ φησιν ὁ Θεὸς ἐν τῇ νεφέλῃ μου τὸ τόξον εἰς σημεῖον ὑμῖν. ἔστιν οὖν ὁ ἥλιος σικύας δίκην ταῖς τῶν ἀκτίνων βολαῖς τὸ ὑγρὸν τῶν νεφῶν,

ὥσπερ ἐκ σώματός τινος ἐπισπώμενος, καὶ ἀνέλκων τὸν ὑετὸν ὥσπερ ῥεῦμα ἐπὶ τὰς βάσεις φερόμενον. τρίμορφος δὲ ἡ ἶρις, τὸ μὲν ἐρυθρόν, τὸ δὲ ἀεροειδές, τὸ δὲ πράσινον ὑπάρχουσα χλοανή, τὴν εἰρήνην καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν, καὶ λόγον, καὶ Θεὸν τῶν ὅλων, ἐν αἵματι, καὶ ὕδατι, καὶ πνεύματι, κόσμῳ ἐπιφοιτᾷν προσημαίνουσα, ὕδατι μὲν τοῦ βαπτίσματος πᾶσαν κτίσιν διὰ τῶν Ἰορδανίου ῥείθρων τοῦ αἴσχους ἀποκλύζοντα, πνεύματι δὲ θείῳ τοὺς νοητοὺς καταποντοῦντα γίγαντας. μετὰ δὲ τὸν πρόσγειον τῶν εἰδώλων καὶ δαιμόνων καταπνιγμὸν καὶ ἀπόκλεισιν, τὸ δι᾽ αἵματος σημεῖον σωτηρίας ἡμῖν δίδοται τῆς ἀληθοῦς ἴρεως καὶ εἰρήνης τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου, ὥσπερ ἐπὶ τύπου διὰ σαρκὸς ἐκταθέντος, ἐναργὲς σημεῖον ἵλεως καὶ ἀφοβίας κατακλυσμοῦ δαιμόνων ἡμῖν γινόμενος, ἐκ τῆς ἐκείνων καταιγίδος ἡμᾶς ἐπισπασάμενος, φάσκων, ὅταν ὑψωθῶ ἀπὸ τῆς γῆς, ἐπὶ σταυρῷ δηλονότι, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. καὶ πάλιν φησίν· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. καὶ τρεῖς ὑπάρχειν τούτου μάρτυρας, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης, τὸ αἷμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ οἱ τρεῖς ἕν εἰσι. περὶ γὰρ τὴν ἐνάτην ὥραν κεκράξας ὁ Ἰησοῦς ἀφῆκε τὸ πνεῦμα τῆς ψυχῆς· τὸ γὰρ θεῖον καὶ ἀψύχῳ τῷ σώματι ἥνωτο ὁμοίως καὶ τῇ ψυχῇ ἐνδημούσῃ ἀνακέκρατο. εἰ γὰρ τὸ ἀέριον πνεῦμα ἀμφοῖν ξυνάπτεται, πολὺ μᾶλλον τὸ θεῖον ἑκατέρῳ τμήματι συνείσεται, ἀδιαίρετον ὑπάρχον καὶ ἄποσον. λόγχῃ δὲ πενύξας τὴν πλευρὰν αὐτοῦ ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινή ἐστιν αὐτοῦ ἡ μαρτυρία, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης. αἷμα καὶ ὕδωρ τῆς θείας καὶ ἀενάου κρήνης ἐκπιδύει διὰ τὸν κρίνοντα Πιλᾶτον, καὶ τοὺς ἐπιβοῶντας, Ἆρον, Ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. τοῦ μὲν ἀπορριψαμένου τῆς κυριοκτονίας τὸ αἷμα· τῶν δὲ ἀντισπασαμένων τὴν ἐκεῖθεν κατάκρισιν, βοώντων· αἷμα αὐτοῦ ἐφ᾽ ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. ὅπερ καὶ ἡμεῖς ἀξιεράστως φαμέν, οὐ τῇ αὐτῇ ἐκείνοις διαθέσει. ἐκεῖνοι γὰρ ὡς βροτὸν ἑωράκασι τὸν παρ᾽ ἡμῶν Θεὸν τῶν ὅλων προσκυνούμενον. ὥσπερ οὖν οἱ σοφοὶ τῶν ἰατρῶν, τὸ ἐκ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ῥεῦμα φερόμενον ἀνακόπτουσι, διὰ τῆς ἴρεως τὴν ὑδάτων ἐπίχυσιν, ὡς ἐπὶ τύπου τινὶ διατεινομένην τῷ ὑποκειμένῳ τοῦ ἡλίου δίκην σικύας, διὰ τῶν ἀκτίνων τὰ νέφη συνάγοντος, καὶ ὥσπερ καυτῆρι τῷ θερμῷ τὰς ὑδροχόους φλέβας ἀναξηραίνοντος.

Πεῦσις ριδ΄.

Τὸ μὲν ἀρχέγονον σκότος εἶπας τῇ διαστάσει τοῦ οὐρανίου γεγενῆσθαι σώματος, καὶ εὖ ἔχει περὶ τούτου. πῶς δὲ τὴν νύκτα ὁρῶμεν αὐτομάτως γινομένην, οὐδενὶ τύπῳ ἐκτυπουμένην;

Ex vltramundanis autem locis præcipitatus, reipsa Dei fuit inimicus, nondum adhuc facto hoc adspectabili mundo, quumq; nondũ esset homo, qui postea ab ipso seductus est. Postquam autem homo conditus est, mox Deum apud Adamum calumniari cœpit, inuidiæ crimen ipsi impingẽs, Adamoq; relicto, primum tanquam infirmiorem, Euam aggreditur, & inquit: Quid est quod Dixit Deus, ne comederitis de omni ligno paradisi? Simulatas affert quæstiones ille pestifer, vt ex ea disceret, qualis ea foret arbor, cuius cibum prohibuisset Dominus. Neque enim sciebat, de quanam arborum, ac cuius gratia præceptum datum esset. Illa verò simplicissima, & antehac natura minimè vel vitiata vel adulterata, quidnam ille spectaret ignorans, letalem sibi plagam infert. Inquit enim: De omnis quidẽ ligni in paradiso fructu comedimus, de ligno autem in medio paradisi non comedimus. Tũ ille Deum incusans, ait: Nouit Deus, quòd quocumque die ex eo comederitis, aperientur oculi vestri, & eritis tanquam dij, scientes bonum & malum, ideoque prohibuit. Hoc modo persuadet miseræ, vt quod vetitum erat comederet, & per illam capit virum: appetentem vtrumque diuinitatem. Postquam igitur spoliauit ipsos etiam iis quæ habebant, nimirum immortalitate, incorruptibilitate & beatitudine: reipsa reuiuiscit hostis ille Dei & homicida, moxque apud Deum, hominem qui transgressus erat, accusat. Exponit autem Moses ille Dei spectator, & legislator diuinus, ipsa calumniæ diaboli verba, fraudulentum illum tragicè describens. His enim diabolus apud ipsum verbis Adamum corã Deo incusans vtitur. Et comedit Iacobus, & saturatus est, & recalcitrauit dilectus. Impinguatus enim est, inquit, & incrassatus est, dilatatus est, & dereliquit Deum conditorem suum, & recessit à Deo seruatore suo. Hoc enim & Iacobi posteris fecit, quum eos ad saturitatem carnis & vinolentiam flexisset, ac deinde ad idololatriam præcipitasset: de quibus Moses, quum armasset Leuitas, viginti tria millia Iacobitarum vno die in deserto graminis instar demessuit. Nihilominus humani generis amator Deus, erga eum qui accusatus erat, haudquaquam mutatus, ad nos venit vt hostem caperet, in eius forma qui deceptus erat, verè natus. Atque ne hosti occasionem daret dicendi, Mortales oppugnans à Deo superatus sum: ipse mortalis fit, manens Deus, & venit vt pro mortalibus hominibus pugnet. Id quod iam ante quingentos annos prædixerat vates ille diuinorumque carminum auctor Dauides: Benedictus enim, inquit, qui venit in nomine Domini. Quisnam est ille, vates diuine? Dominus Deus, & apparuit nobis. At cuius gratia Deus mortalis fit, mi Dauides? Ad destruendum, inquit, inimicum & exactorem diabolum.

Τῶν δὲ ὑπερκοσμίων καταρραγεὶς, ὑπῆρχε τῷ ὄντι Θεοῦ ἐχθρὸς, μήπω γενομένου τοῦ ὁρατοῦ τούτου κόσμου, μηδὲ ὑπάρχοντος τοῦ παρ' αὐτοῦ ὑπαχθέντος ἀνθρώπου. γενομένου δὲ αὖθις διαβάλλει παρὰ Ἀδὰμ τὸν Θεὸν, βασκανίας αὐτῷ καταληψάμενος, καὶ ἀφεὶς τὸν Ἀδὰμ, προσφέρει ἀσθενεστέρᾳ τῇ Εὔᾳ προσέρχεται, καί φησι, τί ὅτι εἶπεν ὁ Θεὸς μὴ φαγεῖν ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ; ἐρωτικὰς δὲ προσάγει τὰς πεύσεις ὁ ἀλιτήριος, ἵνα παρ' ἐκείνης παιδευθῇ, ποῖον τὸ φυτὸν οὗ τὴν βρῶσιν ἐκώλυσεν ὁ Κύριος. οὐ γὰρ ἠπίστατο τίνι τῶν φυτῶν ἢ τίνος χάριν ἡ ἐντολὴ ἐπήρτηται. ἡ δὲ ἁπλουστάτη καὶ τέως ἀνόθευτος φύσις ἀγνοοῦσα τὸ σκοπούμενον, καιρίαν ἑαυτῇ πληγὴν δίδωσι. φησὶ γάρ, ἀπὸ παντὸς μὲν γὰρ ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγεσθε, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου οὐ φάγεσθε. ὁ δέ φησι διαβάλλων τὸν Θεὸν, εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς Θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν· καὶ διὰ τοῦτο ἐκώλυσεν. πείθει οὕτως τὴν τάλαιναν ἐσθίειν τοῦ ἀπηγορευμένου, καὶ δι' ἐκείνης χειροῦται τὸν ἄνδρα, ὀρεγομένους θεότητος. γυμνώσας δὲ τούτους αὐτοὺς καὶ ὧν εἴχοντο ἀθανασίας καὶ ἀφθαρσίας καὶ μακαριότητος, ἀνέζησεν τῷ ὄντι ὁ μισόθεος καὶ ἀνθρωποκτόνος. καὶ αὖθις διαβάλλει Θεῷ τὸν ἄνθρωπον παραβάντα. γράφει δὲ Μωσῆς ὁ θεόπτης καὶ θεῖος νομοθέτης, τῆς διαβολῆς αὐτοῦ τὰ ῥήματα· ἐν ᾧ δὴ ἐκτραγῳδεῖ τὸν δόλιον. φησὶ γοῦν διαβάλλων Θεῷ τὸν Ἀδὰμ ὁ διάβολος, καὶ ἔφαγεν Ἰακὼβ, καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. ἐλιπάνθη γάρ φησιν, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη· καὶ ἐγκατέλιπε Θεὸν τὸν ποιήσαντα αὐτὸν, καὶ ἀπέστη ἀπὸ Θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ. τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς Ἰακὼβ ἐποίησεν, εἰς κρεοβορίαν καὶ παροινίαν αὐτὸν ἐκκυλίσας, εἶθ' οὕτως εἰς εἰδωλολατρείαν αὐτοὺς καταρράξας. καθ' ὧν Μωσῆς τὸν Λευὶν ἐξοπλίσας, εἰκοσιτρεῖς χιλιάδας τοῦ Ἰακὼβ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ, δίκην χόρτου ἐδρέψατο. ἀλλ' ὅμως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἀτρέπτως κατὰ τὸν διαβληθέντα γενόμενος, ἐπεφοίτησεν ἡμῖν τὸν πολέμιον χειρώσασθαι, ἐν ἰδέᾳ τοῦ ἀπατηθέντος ἀληθῶς γενόμενος, ἵνα μηδὲ φάσκῃ τὸν ἐχθρὸν, ὅτι βροτοὺς πολεμήσας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἥττημαι, αὐτὸς βροτὸς γίνεται μένων Θεὸς, καὶ ἥκει πολεμῶν ὑπὲρ βροτῶν. ὅπερ πρὸ πεντακοσίων ἐτῶν ἤδη ὁ τῶν θείων μελῳδὸς Δαβὶδ προεφήτευσεν· εὐλογημένος γάρ φησιν, ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. τίς ἐστιν ὦ θεσπέσιε; Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. καὶ τίνος χάριν ὁ Θεὸς βροτὸς γίνεται, ὦ Δαβίδ; τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν, φησὶ, καὶ ἐκδικητὴν τὸν διάβολον.

διαβάλλει γὰρ Θεῷ τὰ πάντα, καὶ ἄλλοις ἐκεῖνον, καὶ ἑκατέροις τὴν ἐκδίκησιν ὑποτίθεται. ὅπερ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ καὶ τοῦ Θεοῦ ἀμφικακῶς ποιεῖ· Θεῷ μὲν φάσκων, μὴ δωρεὰν σέβεται Ἰὼβ τὸν Θεὸν, ἢ ἐν περιουσίᾳ πολλῇ θάλπεται ἀδεῶς καὶ τρυφᾷ; τῷ δὲ Ἰὼβ φησι, πῦρ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέδετό σου πάντα. καὶ αὖθις φησὶ πρὸς Θεῷ, οὐ μὴν ἀλλὰ ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἅψαι τῶν ὀστῶν αὐτοῦ καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ· καὶ αὖθις τῷ Ἰὼβ, διὰ τῆς συμβίου, ἕως πότε διακαρτερήσεις αἴθριος ἐπὶ τῆς κοπρίας; ἀλλ' εἰπέ τι ῥῆμα πρὸς Κύριον καὶ τελεύτα, καὶ ἀπαλλάττῃ τῶν συνεχόντων δεινῶν. τοῦτον οὖν ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν καταργῶν ὁ Κύριος τῇ ἐνανδρικῇ αὐτοῦ ἐπιφοιτήσει, φησὶν, ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

Criminatur enim apud Deum omnia, & apud alius illum, & vtrisque vltiunem suggerit. Id quod & erga Iobum, & erga Deum vtrinque malitiosè facit. Ad Deum quidem dicens: Num gratis colit Iobus Deum? aut in multa facultatum possessione fouetur atque deliciatur? Ad Iobum autem inquit: Ignis de cœlo decidit, & adsumpsit omnes facultates tuas. Iterumque inquit ad Deum: Non tantum hoc, sed mitte manum tuam, & tange ossa eius, & carnes eius. Et iterum ad Iobum per vitæ consortem: Quamdiu perseuerabis sub dio in stercore? quin dic verbum aliquod ad Dominum, & morere, vt libereris à malis, quę te detinent. Hunc igitur inimicum & exactorem tollens Dominus per diuinitatis in carnem aduentum, inquit: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici.

Πεῦσις ρκδ'.

Καὶ εἰ καθεῖλε τὸν ἐχθρὸν ὁ Κύριος, τίς ἡμῖν πολεμεῖ ἑκάστοις, καὶ πειρασμοῖς ἀδοκήτοις καὶ ἁμαρτήμασι περιβάλλει;

124. *Interrogatio.*

Quòd si sustulit inimicum Dominus, quis nostrum quemlibet oppugnat, & tentationibus improuisis atque peccatis inuoluit?

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ καὶ οἷός τε ὢν παντελῆ αὐτοῦ ἀφανισμὸν καὶ ἀναίρεσιν ποιήσασθαι, οὐκ ἠβουλήθη, διὰ τὸ μὴ ἀγεράστους ἡμᾶς καταλειφθῆναι ἐν τῇ μελλούσῃ αἰδίῳ ζωῇ, μὴ ὄντος ἡμῖν ἐνταῦθα τινὸς ἀντιπάλου, πρὸς ὃν ἀγωνιζομένους οἱονεὶ ἐν σταδίῳ τῇ παρούσῃ ζωῇ, ἐν τῇ ἀμοιβῇ ταύτης στεφάνων ἐπιτυχεῖν. πλήξας δὲ τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος, ὅλον τὸν ξυνεπόμενον ὁλκὸν συνενέκρωσε, ἀμυδράν τινα κίνησιν ἐν αὐτῷ καταλείψας, πρὸς γυμνασίαν ἡμῶν καὶ ἀρετῆς ἐπίδειξιν. πολλάκις γὰρ καὶ ἡμεῖς τὴν κεφαλὴν τοῦ ὄφεως πλήξαντες, τὸν ἐφέρποντα ὁλκὸν τοῖς παισὶ παίειν ἐπιτρέπομεν, ἅμα θαρρεῖν καὶ θηρολετεῖν αὐτοὺς παιδεύοντες. οὔτε γὰρ συῶν ἐξουσιάζειν οἱ δαίμονες, καθὼς ἡ θεία τῶν εὐαγγελίων παιδεύει πυκτίς. πρὸ γὰρ τῆς θείας Χριστοῦ συγχωρήσεως, οὐκ ἐτόλμησαν ἅψασθαι τῆς τῶν Γεργεσηνῶν ἀγέλης συῶν. ἐπιτρέπει δὲ αὐτοῖς ὁ Κύριος, οὐχ ἅμα τῶν συοφορβῶν ποντῶσαι τὴν ἀγέλην, ἀλλ' ἐκείνους ἐᾶσαι δρασμῷ χρήσασθαι, κατὰ δὲ τῶν ἀλόγων χωρῆσαι· ἐναργῶς παιδεύων ἡμᾶς, ὡς εἰ μὴ τῇ θείᾳ αὐτοῦ καὶ περιεκτικῇ πάντων δυνάμει ἐφρουρούμεθα, παραπλησίως ἢ καὶ χεῖρον τῶν συῶν οἱ δαίμονες διετέθειντο ἡμᾶς ναυτιλλομένους ἢ θαλαττεύοντας.

Responsio.

Atqui licet Deus omnimodam eius extinctionem atque sublationem facere posset, noluit hoc tamen, ne nos inhonorati relinqueremur in futura sempiterna vita, si non esset aliquis nobis hîc aduersarius, aduersus quem decertantes velut in stadio præsentis vitæ, remunerationis tempore coronas adsequeremur. Percusso autem capite draconis, totum qui post ipsum trahitur comitatum leto dedit, saltem exiguo quodam in ipso motu relicto, ad exercitium nostrum, & virtutis declarationem. Aliquoties enim & nos percusso serpentis capite, arrepentem tractum corporis pueris feriendum relinquimus, simul ipsos vt audaces & aduersus feras alacres sint, condocefacimus. Neque enim vel aduersus porcos potestatem dæmones habent, quemadmodum sacra Euangelij scriptura docet. Nam ante diuinam Christi permissionem, non sunt ausi tangere gregem porcorum Gergesinorum. Permittit autem ipsis Dominus non vt vnà cum subulcis submergerent gregem, sed vt iis omissis, quò capessere fugam possent, in bruta egrederentur: euidenter nos docens, quòd nisi per ipsius diuinam & omnia complectentem potestatem custodiremur, vel consimiliter, vel etiam peius, quàm erga porcos, erga nos affecti dæmones forent, qui in huius vitæ mari periculosè nauigamus.

Πεῦσις ρκε'.

Γινώσκων ὁ Θεὸς ὅτι μέλλει παραβαίνειν τὴν ἐντολὴν ὁ Ἀδάμ, διατί αὐτῷ ἔδωκεν αὐτήν, ἢ πάλιν παραβάντα, διατί θανάτῳ κατέκρινεν;

125. *Interrogatio.*

Quum nosset Deus, quòd Adamus præceptũ transgressurus esset, cur illud ei dedit? vel denique quare trãsgressurem damnauit morte?

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' εἰ μὴ ἔστησεν ὥσπερ βραβεῖον καὶ πάλαισμα τὴν ἐντο-

Responsio.

Atqui nisi præceptum, velut præmium certaminis & luctæ statuisset,

ac permisisset in arbitrij sui potestate aduersarium, non coronaretur, neque deprædicaretur victor. Quòd si non mandasset præcepti obseruationem, & mortem transgressionis pœnam non minatus fuisset, meritò in eum, qui legem posuit, culpam retulisses. Si verò post mandatum lapsus est, & cecidit factus inobediens: superatū accusa, non eum qui certamē proposuit. Item secundùm aliam rationem: Quemadmodum Adamum præcognoscebat transgressurum, similiter præsciebat posteros eius præstatione præceptorum ab ipso velut victores deprædicatum & coronatum iri: alios quidem tempore pacis per declarationē probatæ cum virtute vitæ, alios autem tempore persecutionum per perseuerantiam pro ipso vsque ad mortem. Præcognoscebat enim Abelum iustum fore, similiter & Sethum: Enochū transferendum, ne videret mortem: Noā iustum futurum: Abrahamum radicem fidei fore, ac patrem multarum gentium. Præterea quòd Isaacus seruus suus strenuus declarādus esset, præsciebat: quòd Iacobus ipsum velut hominem in lucta superaturus esset, & quòd torpore soluturus esset latum neruum tacto eius femore. Quòd propter temperantiam in custodia carcereque Iosephus habitaturus esset: quòd factis suis regnum obtenturus. Quòd ad ducendum exercitum & ferendam legem Moses idoneus futurus esset. Quòd Iesus Naue F. hostium trophæa capturus, & in seruitutem redacturus esset Gabaonitas. Quòd Dauides propugnatorem alienigenarum armatum tibialibus: & galea gigantea circundatū, scutum & hastam habentem, totum vndique ferreum, iactu lapidis vnico ex funda, in terram prostraturus, & paulo post regnaturus, & multa de se vaticinaturus esset. Præcognoscebat, Apostolorum, vatum, martyrum, doctorum, cæterorumque ad Ecclesiam pertinentium ex illo germinaturum sacrum cœtum. Et vt breuiter omnia dicam, non oportebat propter vnius ignauiam & defectionem omnibus claudi stadium, & aboleri certamina, fortitudinemque occultari, & victoriæ cessare præmia.

116. *Interrogatio.*

Qui fit vt quum dicat Seruator, quod quemadmodum pater excitat mortuos, & viuificat, sic & filius quos vult viuificat, ad Lazarum veniens, non excitet ipsum potestate propria, sed inuocet patrem, dicens: Pater glorifica filium tuum, sicque reuocet ex mortuis Lazarum?

Responsio

Nihil horum ipsi quidquam potestatis vel auctoritatis adimit. Inquit enim; Propter adstantem turbam dixi, vt credant. Quid vero rursus subiungit? Vt & filius te glorificet. Nunquid igitur indiget gloria, quam consequatur à filio, pater? Nequaquam. Sed glorificauit pater filium, & filius patrem:

λιν, καὶ εἴασεν αὐτεξουσίῳ τὸν ἀνταγωνιστήν, οὐκ ἐστεφανοῦτο, οὐδὲ ἀνεκηρύττετο. Εἰ δὲ καὶ μὴ τὴν ἐντολὴν ὥρισε φυλάξασθαι, καὶ θάνατον τῇ παραβάσει ἠπείλησεν, εἰκότως ᾐτιῶ τὸν δίκαιον. Εἰ δὲ μετὰ τὴν παραγγελίαν ὤλισθεν καὶ πέπτωκε παρακούσας, τοῦ ἡττωμένου κατηγόρει, καὶ μὴ τοῦ θεμένου τὸν ἀγῶνα. ἑτέρως τε δὲ, ὥσπερ τὸν Ἀδὰμ προεγίνωσκε παραβησόμενον, ὁμοίως προηπίστατο τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ τῇ κατορθώσει τῶν ἐντολῶν ἀνακηρύττεσθαι, καὶ στεφανοῦσθαι παρ' αὐτοῦ· τοὺς μὲν ἐν καιροῖς εἰρήνης διὰ ἐπιδείξεως ἐναρέτου βίου, τοὺς δὲ ἐν καιρῷ διωγμῶν, διὰ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ μέχρι θανάτου ἐνστάσεως. προεγίνωσκε γὰρ τὸν Ἄβελ δικαιοῦσθαι, τὸν Σὴθ ὁμοίως, τὸν Ἐνὼχ μετατίθεσθαι, μὴ ἰδεῖν θάνατον, τὸν Νῶε δικαιωθήσεσθαι, τὸν Ἀβραὰμ ῥίζαν τῆς πίστεως γενέσθαι, καὶ πατέρα πολλῶν ἐθνῶν. ὅτι Ἰσαὰκ δοῦλος αὐτοῦ ἐνάρετος ἀναδειχθήσεται, προεγίνωσκεν· ὅτι Ἰακὼβ αὐτοῦ ἐν τῇ πάλῃ κρατήσει ὡς βροτοῦ, καὶ ναρκήσει ἁψαμένου τοῦ μηροῦ τὸ πλατύνευρον, ὅτι Ἰωσὴφ διὰ σωφροσύνην φρουρὰν οἰκήσει, ὅτι διὰ τῶν ἔργων βασιλείας κρατήσει, ὅτι Μωσῆς πρὸς στρατηγίαν καὶ νομοθεσίαν ἐπιτήδειος φανήσεται, ὅτι ὁ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ πολεμίων χρώσεται τρόπαια, καὶ δουλώσει Γαβαωνίτας, ὅτι Δαβὶδ πρόμαχον ἀλλοφύλων, κατάφρακτον κνημῖδας καὶ κόρυθα γιγαντικὴν περικείμενον, ἀσπίδα καὶ δόρυ ἔχοντα, καὶ ὅλον σιδηραμφίεστον ὑπάρχοντα, μιᾷ σφενδονήσει λίθου εἰς γῆν καταρράξει, καὶ μετὰ βραχὺ βασιλεύσει, καὶ πολλὰ περὶ αὐτοῦ προφητεύσει. προεγίνωσκεν, ἀποστόλων, προφητῶν, μαρτύρων, διδασκάλων, καὶ τῶν λοιπῶν τῆς ἐκκλησίας, ἐξ ἐκείνου βλαστήσειν θείαν σπορὰν καὶ συντελοῦντα φανῆναι, οὐκ ἔδει τῇ τοῦ ἑνὸς εὐηθείᾳ καὶ ἐκπτώσει πᾶσιν ἀποκλεισθῆναι τὸ στάδιον, καὶ τοὺς ἀγῶνας σβεσθῆναι καὶ τὴν ἀνδρείαν κρυβῆναι, καὶ ἀργεῖν τὰ ἔπαθλα.

Πεῦσις ρκϛʹ.

Πῶς λέγων ὁ Σωτὴρ ὅτι ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ, ἐλθὼν ἐπὶ Λαζάρου οὐκ αὐθεντίᾳ ἐγείρει αὐτόν, ἀλλὰ παρακαλεῖ τὸν πατέρα, λέγων, πάτερ δόξασόν σου τὸν υἱόν· καὶ οὕτως φωνεῖ ἐκ νεκρῶν τὸν Λάζαρον;

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τούτων τῆς ἐξουσίας ἢ αὐθεντίας αὐτὸν ἀφαιρεῖται. φησὶ γάρ, διὰ τὸν περιεστῶτα ὄχλον, ἵνα εἴπον πιστεύσωσι. τί δὲ ἐπάγει αὖθις, ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε; ἆρ' οὖν δόξης παρὰ τοῦ υἱοῦ προσδεῖται ὁ πατήρ; οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐδόξασεν ὁ πατὴρ τὸν υἱόν, καὶ ὁ υἱὸς τὸν πατέρα·

φανερῶντες ἡμῖν τὸ ἑαυτῶν ὁμόγνωμον καὶ ὁμόδοξον. πῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μειζόνων αὐθεντῶν πάντα ὁ υἱός, ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων τῆς πατρικῆς δεῖται, ὡς φής, ἐπιῤῥοπῆς ἢ βοηθείας; κολάζων γὰρ καὶ εὐεργετῶν, οὐδαμοῦ τὸν πατέρα ἐπικαλεῖται. δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. πρὸς δὲ τὸ ἕτερον μέρος, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. τῷ παραλύτῳ φησίν, ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὸν κράββατον, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. ἑτέρωθι πάλιν, Σοὶ λέγω νεανίσκε, ἐγέρθητι ἐκ νεκρῶν. ὡσαύτως τῇ θυγατρὶ τοῦ ἀρχισυναγώγου θανούσῃ, φησί, τὸ κοράσιον ἀνάστηθι. τῷ δὲ λεπρῷ ἀπὸ κορυφῆς μέχρι ποδῶν καθηλκωμένῳ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, φησί, θέλω, καθαρίσθητι· καὶ αὐτίκα τὸ πάθος δραπετεύει φυγαδευθὲν τῷ θείῳ θελήματι. ἐπιτιμῶν δὲ φησί, Σοὶ λέγω τῷ πονηρῷ δαιμονίῳ, ἔξελθε ἀπ' αὐτοῦ. καταστέλλει πάλιν ἐπιτιμῶν κορυφουμένην τὴν ἄβυσσον· αὐτάνδρους δὲ πόλεις κατακρίνων, μετ' ἐξουσίας φησίν, οὐαί σοι Χωραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά, καὶ σὺ Καπερναοὺμ ἡ ἕως οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα ἕως ἅδου καταβήσῃ. καὶ τὴν παλαιὰν καθαιρῶν Ἱερουσαλήμ, φησίν, οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον ἐπ' αὐτῇ, ὅπερ γινόμενον ὁρῶμεν. πῶς οὖν ἐπὶ τούτων τῶν μειζόνων μηδαμοῦ τὸν πατέρα ἐπικαλεσάμενος, ἢ τῆς παρ' ἐκείνου ἰσχύος δεόμενος, ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων παρ' αὐτοῦ τὰς εὐεργεσίας δανειζόμενος τοὺς κάμνοντας ἀκεῖται; ἄπαγε οὖν ἀξιάγαστε τῆς τοιαύτης περὶ Χριστοῦ ἐννοίας. οὐ γὰρ καθ' ὑστέρησιν αὐθεντίας ἢ ῥώμης ἔν τισι τόποις τῷ πατρὶ προσδιαλέγεται· ἀλλὰ σκοπὸς αὐτῷ πάντη τὰ ταπεινοφροσύνης παιδεῦσαι ἡμᾶς, καὶ τὴν κορύφωσιν τῆς ὑπερηφανίας ἀποτεμεῖν ἡμῶν, καὶ μηδαμῶς ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν τὰ πρακτέα παρὰ τῆς αὐτοῦ καθηγήσεως. ἀλλὰ πάντα, λόγου καὶ δράματος αὐτὸν ποιεῖσθαι προοίμιον.

manifestantes nobis suum consensum & æqualitatem gloriæ. Quomodo verò in maioribus prorsus auctoritate sua faciens omnia filius, in minoribus paterna indiget, vt ais, permissione vel auxilio? Puniens enim & benefaciens nusquam patrem inuocat. Nam, Venite (inquit) benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum inde vsque à iactis fundamentis mundi. Adalteram autem partem, Discedite à me maledicti in ignem æternum. Ad paralyticum inquit, Surge, tolle tuum grabbatum, & abi in domum tuam. Alibi rursus; Tibi dico adolescens, surge ex mortuis. Similiter & filiæ principis synagogæ defunctæ inquit, Puella surge. Leproso autem à vertice ad pedes vsque vlceribus pleno, extenta manu, Volo, inquit, mundus esto: vbi recedit morbus, diuina voluntate fugatus. Cum increpatione item inquit: Tibi dico, malo dæmoni, exi ab eo. Cohibet etiam increpatione tumidam abyssum. Et cum viris vrbes condemnans, cum potestate inquit, Væ tibi Chorazim, Væ tibi Bethsaida: & tu Capernaum quæ es in cœlum vsque exaltata, vsque ad inferos descendes. Et veterem tollens Hierosolymam, inquit: Non manebit in ea lapis super lapidem. Id quod factum cernimus. Quomodo igitur in maioribus istis nusquam inuocato patre, aut indigens ab ipso collatis viribus, in minoribus à patre beneficia quasi mutuò sumens, medetur laborantibus? Absit igitur procul à te, ô præclarissime, talis de Christo cogitatio. Non enim secundùm defectum auctoritatis, aut roboris in quibusdam locis patrem alloquitur, sed vbique is ei propositus scopus est, vt ad humilitatem nos instruat, & superbiæ fastum nobis adimat: vtque nobis nullo modo permittamus, vt quæ agenda sunt, ante ipsius ductum inchoëmus: sed omnis tam sermonis quàm actionis ab ipso primordia capiamus.

Πεῦσις ρκζ.

Καὶ πῶς ὁ ἀπόστολος ὑποταγήσεσθαι αὐτὸν τῷ πατρὶ λέγει, δηλονότι ὡς μείζονι; ὅταν γάρ, φησιν, ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα. πῶς οὖν δύναται ὅμοιος ὑπάρχειν τῷ πατρί; δῆλον γάρ, ὅτι ἐλάσσων τῷ μείζονι ὑποτάσσεται.

127. *Interrogatio.*

Quomodo verò dicit Apostolus, ipsum patri subiiciendum, vt maiori videlicet? Nam qui omnia, inquit, subiecit ei, tunc & ipse subiicietur illi, qui ipsi omnia subiecit. Quomodo igitur potest æqualis esse patri, quum constet minorem subiici maiori?

Ἀπόκρισις.

Αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ δεῖ τὸν ὑψηλὸν ἱεροκήρυκα ἐνταῦθα μὲν σαρκωδέστερον διαλεγόμενον πρὸς τοὺς νηπιωτέρους, καὶ μή πω γεγυμνασμένους τὰ ψυχικὰ αἰσθητήρια πρὸς διάκρισιν ὑψηλοτέρων δογμάτων. ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, φησί, Χριστὸν ἐνεδύσασθε· οἵτινες ὁ ἐκκλησιαστικὸς ὑπάρχει ὅμιλος Χριστὸν φορῶν. νῦν δὲ ὑποτασσομένων αὐτῷ ἐν τῇ πίστει ἐθνῶν,

Responsio.

Ille ipse nobis eximius & diuinus præco inspiciendus est, qui hoc loco magis carnaliter disserit ad rudiores, nec adhuc animæ sensibus exercitatos ad diiudicationem sublimiorum doctrinarum. Quicumque in Christum baptizati estis, inquit, Christum induistis. Quibus in verbis Ecclesiasticum intelligit cœtum, qui Christum gestat. Quum autem modò subiiciantur ei per fidem gentes,

nondum integram esse subiectionem Ecclesiæ gentium admittit. Necdum enim plenitudo gentium ingressa est, vt ipse ait Apostolus: sed cottidie sanctus ille cœtus accessione credentium subiectionem recipit, non aliter ac si Christus ipse recipiat. Quando autem plenitudo gentium ingressa fuerit, & absolutam integramque subiectionem habuerit Ecclesia, quæ est Christus secundùm carnem, tunc & ipse totus exercitus subiicietur ei, qui subiecit ipsi, (nimirum Christo secundùm carnem) omnia. Itaque per dictum hoc, quod scripsit ad rudiores, non omnem reuelat ipsius Christi propriæ potestatis auctoritatem & diuinitatem, quæ nihil agit contra patrem. Quando verò apud eos disserit, qui perfectiores sunt intelligentia, quasi solidiorem quendam præter lacteum & puerilem cibum, quo lactentes infantes cibantur, apponit: & à rebus diuinioribus institutionem contexens, paulatim adimit auctoritatis potestatisque Christi velamenta, & æqualem gloria, æqualem potentia, liberumque prorsus ex se Deum esse ipsum demonstrat, luculenter clamans: Exspectamus filium eius è cœlis, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, vt fiat conforme corpori gloriæ suæ, per efficaciam potestatis eius, vt possit & ipse subiicere sibi omnia. Et alibi inquit: Quoniam Deus erat in Christo, mundum sibi ipsi reconcilians. Ecce ambobus istis in locis, quòd sibi ipsi subiiciat, indicatur. Segregato igitur temetipsum à tali dementia, quum semet declaret Apostolus, nec omnia tradat eodem scripto, sed pro ratione vniuscuiusque scribat, & quasi manu ad perfectionem ducat.

128. *Interrogatio.*

Quum igitur Deus sit Christus & æqualis patri, cur hic ipse Apostolus patrem quidem scribit esse Deum, filium autem Dominum? Nec parum huc mihi facere videtur, quod inquit: Quoniam Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Non faciebat hoc Christus, sed inhabitans in ipso Deus.

Responsio.

Equidem aio Christum esse Deum supra omnes potestates & dominatus, æqualem gloria Deo & patri. Neque enim propterea quòd Dominus à sublimi dictus sit Apostolo, diuinitas ipsi adimitur. Neque item alterum illud, à Deo fuisse ipsum inhabitatum indicat: quemadmodum per hunc ipsum Apostolum, prout ex hoc ipso, & per ætate priorem ipso sublimem Esaiam docemur. Nam hic olim de Christo vaticinans, inquit, Et viri Seboim eximij ad te transibunt, & erunt serui tui, & post te sequentur vincti manicis, quoniam in te Deus est. Tollensque eam de qua tu dicis inhabitationem, rursus subjungit:

ἔτι οὐ παντελῆ τὴν ὑποταγὴν τῶν ἐθνῶν δέξασθαι τῆς ἐκκλησίας. οὔπω γὰρ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσῆλθε, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος αὐτός. ἀλλ' ἑκάστης ἡμέρας ὁ θίασος τῇ προσθήκῃ τῶν πιστευόντων τὴν ὑποταγὴν δέχεται, ὡσανεὶ Χριστὸς ὁ δεχόμενος. ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, καὶ παντελῆ καὶ ἀνυπόλειπτον σχοίη τὴν ὑποταγὴν ἡ ἐκκλησία, ἥτις ἐστὶ Χριστὸς κατὰ σάρκα, τότε καὶ αὐτὴ ἡ παμστρατιὰ ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ (ὡσανεὶ αὐτῷ Χριστῷ κατὰ σάρκα) τὰ πάντα. τῷ οὖν πρὸς τοὺς νηπιωτέρους γράμματι, οὐ πᾶσαν ἐκκαλύπτει αὐτοῦ Χριστοῦ τὴν αὐθεντίαν καὶ θεότητα, τὴν μηδὲν ἀντίξοον αὐτὸν οἰκονομεῖν ἢ ἀντιπράττειν τῷ πατρί. ὁπηνίκα πρὸς τελειοτέρους τὴν αἴσθησιν διαλέγεται, οἷα στερροτέραν παρὰ τὴν γαλακτώδη καὶ νηπίαν τροφὴν παρατίθησι τοῖς ὑποτίτθοις ἀπὸ τῶν θειοτέρων τὴν κατήχησιν ἐξυφαίνων, ἠρέμα συνέλκων τῆς αὐθεντίας Χριστοῦ τὰ παραπετάσματα, καὶ ἰσοκλεῆ τε καὶ ἰσοσθενῆ, αὐτεξούσιον αὐτὸν Θεὸν ἀποδείκνυσι, διαῤῥήδην βοῶν, ἀναμένομεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους αὐτοῦ, τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα. καὶ ἑτέρωθι φησὶν ὡς ὅτι ὁ Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων. ἰδοὺ ἄμφω τοῖς χωρίοις τὸ ἑαυτῷ ὑποτάττειν προσάγεται. εἶργε οὖν σεαυτὸν τῆς ἠλιθιότητος, ἑαυτὸν ἑρμηνεύοντος τοῦ ἀποστόλου, οὐ τῷ ἴσῳ δὲ γράμματι πάντα ἐκπαιδεύοντος, ἀλλὰ προσφόρως ἑκάστῳ ἐπιστέλλοντος, καὶ οἱονεὶ χειραγωγοῦντος πρὸς τελείωσιν.

Πεῦσις ρκη'.

Εἰ οὖν Θεὸς ὁ Χριστὸς, καὶ ἴσος τῷ πατρὶ, διὰ τί αὐτὸς οὗτος ὁ ἀπόστολος, τὸν μὲν πατέρα γράφει Θεὸν, τὸν δὲ υἱὸν Κύριον; οὐ μικρῶς δέ μοι συντρέχειν φαίνεται λέγων, ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων· οὐχ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὁ ἐνοικῶν αὐτῷ Θεός.

Ἀπόκρισις.

Πάσης ὑπέρτερον δυνάμεως καὶ κυριότητος, ἰσοκλεῆ ὄντα τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἐγώ γέ φημι τὸν Θεὸν Χριστόν. οὐδὲ γὰρ τὸ Κύριον εἰρῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ἀποστόλου, ἀφαιρεῖται αὐτὸν τῆς θεότητος. οὐδ' αὖ πάλιν τὸ Θεὸς, ἐν Χριστῷ ἐνοικούμενον αὐτὸν δείκνυσιν· ὥς γε ἐξ αὐτοῦ τούτου καὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ὑψηλοῦ Ἡσαΐου παιδευόμεθα. ὁ μὲν γὰρ πάλαι προφητεύων περὶ Χριστοῦ φησι, καὶ οἱ Σεβωεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοῦ ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι, δεδεμένοι χειροπέδαις, ὅτι ἐν σοὶ Θεός ἐστι· καὶ ἀναιρῶν τὴν κατὰ σὲ ἐνοίκησιν, αὖθις ἐπάγει,

καὶ Θεὸς οὐκ ἔστι πλὴν σου. σὺ γὰρ εἶ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ εἴδαμεν, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης πρὸ ἐτῶν φησι, παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστής. ὁ δὲ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν Παῦλός φησι, Χριστὸς ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. τὸ δὲ, Κύριος, ἱεροψάλτης δείκνυσι Δαβὶδ, μὴ ἔξω ὑπάρχειν τῆς θεότητος. τὴν γὰρ θεανδρικὴν τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου ἔνσαρκον ἐπιφοίτησιν προμελῳδῶν φησιν, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. πάντη δὲ τῇ παλαιᾷ πυκτῇ τὸν πατέρα Κύριον οἱ θεσπέσιοι προφῆται φασίν. Ἡσαΐας μὲν ὑψηλὸς τάδε λέγει, Κύριος Σαβαώθ. Ἱερεμίας δὲ ὁ πολυκίνδυνος τάδε λέγει, Κύριος παντοκράτωρ. Ἰεζεκιὴλ δὲ ὁ τῶν Χερουβὶμ ἐξηγητὴς, τάδε λέγει; Κύριος Ἀδωναΐ. Κύριος, ὁμοίως καὶ Δανιὴλ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν προφητῶν. οὐδὲ γὰρ Παῦλος φάσκων, Εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἔξω αὐτὸν τῆς κυριότητος τίθησιν, ἢ πάλιν λέγων, εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ἔξω αὐτὸν τῆς θεότητος δείκνυσιν. οὐδ᾽ αὖ πάλιν δημηγορῶν ὁ υἱὸς, ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ταύτῃ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, ἄμοιρον τῆς ἐκκλησίας τὸν πατέρα δείκνυσι. πάντα γὰρ τὰ ἐμὰ, φησὶ, σά ἐστι, πάτερ, καὶ τὰ σὰ ἐμά. πάντη δὲ τῇ θείᾳ πυκτῇ τὸ Θεὸς καὶ τὸ Κύριος ἥνωται. ταυτώνυμον δὲ καὶ ταυτόδοξον ὑπάρχειν καὶ τὸ θεῖον καὶ πανάγιον πνεῦμα, καὶ τοῦ ἱεροῦ ἀποστόλου παιδευόμεθα ἐπιστέλλοντος· ὁ γὰρ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι. τοῖς οὖν ὀξυωποῦσι περὶ τὴν θείαν γραφὴν, οὐ δόξει ποτὲ διαφωνεῖν ἢ διαμάχεσθαι αὐτῇ, νῦν μὲν τὰ ὑψηλότερα, νῦν δὲ τὴν συγκατάβασιν κηρύττουσα πρὸς τὴν διάνοιαν τοῦ ὑπηκόου ἁρμοττομένη· οἱονεὶ φιλότεκνος μήτηρ καταλλήλως τοὺς παῖδας ἐκτρέφουσα, τοὺς μὲν ἔτι ἁπαλοὺς τῶν ὑποτίτθων, οἱονεὶ γάλακτι ποτίζουσα, τοὺς δὲ ἐκφοιτήσαντας τῆς νηπίας καταστάσεως, λαχάνοις ὑποτρέφουσα, τοῖς δὲ τελειοτέροις ἄρτον κομίζουσα. πρὸς γὰρ ἀμφοτέρους φησὶν ὁ ὑψηλὸς ἀπόστολος, γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα, οὔπω γὰρ ἠδύνασθε· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε. πρὸς δὲ ἑτέρους ἀποτεινόμενος, ὁ δὲ ἀσθενῶν, λάχανα ἐσθίει, φησὶ τὰ μέσως νοήματα ἔχοντας, μὴ οἷός τε ὢν ἄρτῳ τρέφεσθαι κατὰ τοὺς ἤδη τῇ παιδείᾳ τελείους, διὰ τὸ ἁπλοῦν ἔτι τῆς διανοίας καὶ ἀσθενικόν.

Πεῦσις ρκθ'.

Καὶ πῶς ὅροις ὑποβάλλων ὁ ἀπόστολος τὴν Χριστοῦ βασιλείαν, γράφει, δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ;

A Et non est Deus præter te: tu enim es Deus noster, & alium ignotamus, extra Deum Israëlis, Seruatorem. Et rursus idem vates ante..... annos inquit: Puer natus est nobis & filius, & vocabitur nomen eius Deus fortis, dominator. Sublimi autem mente prȩditus Paulus inquit, Christus qui est super omnia Deus, benedictus in sæcula, Amen. Illud autem quòd Dominus dicitur, Psaltes diuinus Dauides ostendit, non extra diuinitatem esse. Nam coniuncti cum Deo hominis, Dei & Verbi in carne aduentum in suis prædicens carminibus, inquit: Benedictus qui venit in B nomine Domini, & Deus Dominus, & apparuit nobis. Vtique autem in Scriptura veteri patrem Dominum Prophetæ diuini vocant. Esaias quidem ille eximius quum ait, Hæc dicit Dominus Sabaoth. Hieremias verò multa perpessus, Hæc dicit Dominus omnipotens. Ezechielus autem enarrator ille Cherubotum, Hæc dicit Dominus Adonai. Similiter & Danielus, & cæteri vates. Neque enim Paulus quum inquit, Vnus est Deus pater, ipsum extra dominationem ponit, vel vice versa, quum inquit, Vnus Do- C minus Iesus Christus, ipsum extra diuinitatem esse significat. Neque item quum ipse filius concionatur; Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, expertem Ecclesiæ patrem ostendit. Omnia enim mea, inquit, tua sunt pater, & tua mea sunt. Nimirum vbique sacris in literis hæc duo vocabula, nempe Deus & Dominus iuncta sunt. Eiusdem verò nominis eiusdemque gloriæ & diuinũ atque sacrosanctum Spiritum esse ex diuo discimus Apostolo, scribente in hæc verba: Dominus spiritus est. Illis igitur qui diuinis in literis perspicaces sunt, nunquam eæ videbuntur à D se dissentire, vel sibi repugnare, quum nunc quidem diuiniora, nũc autem humiliora prædicantes, auditoris intellectui sese accommodant: veluti liberorum facit amans mater, cõuenіente quadam ratione liberos educans, quæ alios quidem adhuc teneros, velut infantes lacte potat, eos verò qui infantiæ statum egressi sunt, oleribus nutrit, perfectioribusque panem porrigit. Nam ad vtrosque inquit eximius ille Apostolus: Lacte potaui vos, non cibo. Nondum enim hoc vesci poteratis, imò ne nunc quidem potestis. Ad E alios autem sermonem dirigens: Qui infirmus est, oleribus vescitur, inquit, quæ veluti media quadam, quod attinet cogitationes, ratione affecta sunt, quum talis pane vesci nequeat, quemadmodum ij qui iam perfecti sunt institutione, propter tenerum & infirmum adhuc intellectum.

129. *Interrogatio.*

Quomodo verò terminis subiiciens Apostolus regnum Christi, scribit, Oportet ipsum regnare vsque dum posuerit inimicos eius sub pedes eius?

Quod quidem aliqui interpretati, tradidetunt, quòd post huius mundi finem, prætereunte regno Christi, ipsoque in patrem redeunte, futurus sit omnia in omnibus Deus, sicut inquit Apostolus.

Responsio.

Illos mihi videtur deplorare Hieremias dicens: Quis dabit aquam capiti meo, & oculis meis fontem lacrymarum? & lugebo nocte & die vulneratos populi mei, qui clauserunt aures, nullam diuini sermonis rationem habentes, qui apertè clamat, Filius manet in æternum? Aduersabitur eis acerbius dementiæ refutator Danielis, vir exoptatissimus, dicens: Contemplabar in visione nocturna, & ecce in nubibus cœli velut filius hominis veniebat. Et paulò pòst inquit: Potestas eius potestas æterna est, quæ non præteribit, & regnum eius non interibit. Similiter & Dauides diuinorum auctor ille carminum: Thronus tuus ô Deus in sæculum sæculi. Virga rectitudinis virga regni tui. Et post alia: Ab initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi interibunt, tu autem permanes, & es idem, & anni tui non deficient. Quæ de Domino exponens sublimis ille intelligentia Paulus, ipsum vbique scribit opificem, & regem, & Deum ante sæcula & in sæcula. Præterea Moses Dei spectator & legislator diuinus in fine Cantici Mariæ scribit: Dominus regnans in sæculum & sæculum. Christum denique iam Dominum esse profitemur. Ne igitur ex eo quod hîc dicitur; Vsque dum & vsque quò, aliquando finem habiturum regnum Christi nugentur, malè intelligentes quæ bene sunt dicta. Nam ex ipsa Apostoli voce redarguitur ipsorum vanitas. Regnauit enim mors ab Adamo ad Mosem vsque, inquit. Num igitur ad illum vsque tantùm regnauit, aut etiam vltrà? Nimirum in multas illa generationes imperium suum extendit. quam denique omnem rationalem ætatem peruadentem, Christus euertit, aduersus illam robore mortales circundans, ipse morti mors factus. Et quia de Mose magnificè sentiebant Iudæi, præ illo cæteros contemnentes, ipsumque Deum esse putantes, quòd ne quidem sepulchrum eius inueniatur vsque in hodiernum diem, quodque vnà cum Helia Propheta in cacumine montis adstitent Christo transformato, ita ve ipsi putent eum adhuc viuere, & in carne, quemadmodum & Eliam, translatum: horum institutionem contrahens tumoremque vanæ de hoc viro opinionis, mortalem ostendit ipsum & eiusdem nobiscum naturæ, quasi digito demonstrans eum, & dicens: Mortuus est Moses, qui mortalis erat, quid gloriamini ô Iudæi?

A ὅπερ οἱ ἑρμηνεύσαντες ἐξέδωκαν, ὅτι μετὰ τὸ τέλος τοῦ κόσμου τούτου παραιρουμένης τῆς βασιλείας Χριστοῦ, αὐτοῦ δὲ εἰς τὸν πατέρα ἀναλύοντος, ἔσται τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ὁ Θεός, καθὼς λέγει ὁ ἀπόστολος.

Ἀπόκρισις.

Ἐκείνους δοκεῖ μοι Ἱερεμίας ἀποδυρόμενος φάσκειν, τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι ἡμέρας καὶ νυκτὸς τοὺς τετραυματισμένους τοῦ λαοῦ μου, τοὺς μύσαντας τὰ ὦτα, καὶ μηδένα λόγον τῆς θεηγορίας ποιουμένους, διαρρήδην βοώσης, ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα;

B ἀντικαταπλήξει αὐτοὺς πικρῶς τῆς παρανοίας ἔλεγχος Δανιὴλ ὁ ἀνὴρ τῶν ἐπιθυμιῶν, φάσκων, ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτός, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος. καὶ μετὰ βραχέα φησίν, ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. ὁμοίως Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός, ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. καὶ μεθ' ἕτερα· κατ' ἀρχὰς

C σὺ Κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί, αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις, καὶ ὁ αὐτὸς, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. ἅπερ εἰς τὸν Κύριον ἑρμηνεύων Παῦλος ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν, πάντῃ ἐπιστέλλων δημιουργὸν, καὶ βασιλέα καὶ Θεὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἐπ' αἰῶνα. καὶ ἔτι τούτοις ὁ Μωσῆς ὁ θεόπτης καὶ θεῖος νομοθέτης ἐν τῷ τέλει τῆς ᾠδῆς Μαρίας γράφει, Κύριος βασιλεύων τῶν αἰώνων καὶ ἐπ' αἰῶνα. καὶ ἔτι, Κύριος δὲ ὁ Χριστός, καὶ παρ' ἡμῶν ἤδη ὁμολογεῖται. μὴ οὖν ἐκ τοῦ ἄχρις οὗ, τέλος ἕξειν ποτὲ τὴν Χριστοῦ βασιλείαν, ληρείτω-

D σαν κακῶς νοοῦντες τὰ καλῶς πεφασμένα. ἐκ γὰρ τῆς αὐτῆς τοῦ ἀποστόλου φωνῆς διελέγχεται αὐτῶν ἡ ἐθελοβουλία. ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, φησίν. ἆρ' οὖν μέχρις ἐκείνου ἐβασίλευσεν, ἢ καὶ ἐπέκεινα; εἰς πολλὰς γενεὰς ἐκτείνας τὸ κράτος· ὃν διὰ πάσης λογικῆς ἡλικίας φθάνοντα Χριστὸς ἀνατρέπει, τὸ κατ' ἐκείνου κράτος βροτοὺς ἐνδύσας, αὐτὸς τῷ θανάτῳ γενόμενος θάνατος· τοὺς μέγα τι ἐπὶ Μωσῇ φρονοῦντας

E Ἰουδαίους καὶ ἐξουδενοῦντας, καὶ Θεὸν αὐτὸν ὑπαρχειν οἰομένους, διὰ τὸ μηδὲ τάφον αὐτοῦ εὑρίσκεσθαι μέχρι τήμερον, καὶ ὅτι ἅμα Ἡλίου τοῦ προφήτου ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας παρέστη Χριστῷ μεταμορφωθέντι· ὥστε μὲν δοκεῖν αὐτοῖς ἔτι ζῆν αὐτὸν ἴσα Ἡλίου μετατεθέντα ἐν σαρκί· καταστέλλων αὐτῶν τὸ φύσημα, καὶ τὴν φλεγμονὴν τῆς εἰκαίας περὶ τὸν ἄνδρα δόξης, θνητὸν ἀποδείκνυσιν αὐτὸν, καὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως, οἱονεὶ δακτυλοδεικτῶν αὐτὸν καὶ φάσκων, θνητὸς ὑπάρχων ἔθανε Μωσῆς, τί καυχᾶσθε ὦ Ἰουδαῖοι;

Rursúsque

καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς φησὶ διελέγχων αὐτούς, μέχρι γὰρ σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. ἆρ' οὖν μέχρι Παύλου μόνου ἢ καὶ μέχρι συντελείας αὐτῆς Ἰουδαῖοι τυφλώττουσι; πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς ἐπιστέλλων Κορινθίοις φησί· ἄχρι καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. ἆρ' οὖν μέχρι Κορίνθου μόνης, ἢ καὶ ἀπὸ τῆς ἑῴας μέχρι τῶν ἑσπερίων ἔφθασεν ὠκυποδῶν κύκλῳ τοῦ Ἰλλυρικοῦ, καὶ μέχρι αὐτῆς Ῥώμης κατὰ τοῦτο ἐκήρυξε; καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς φησί· παρακαλοῦντες ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ προέφη ὁ θεσπέσιος, σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, τοῦ Θεοῦ δηλονότι, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ. μέχρι τοῖς οὖν Δαβὶδ μόνοις ἀναγκαία ἄρα ἡ τῆς θείας φωνῆς ὑπακοή; ὢ τῆς παροινίας τῶν εἰκῆ σοφῶν. αὐτοὶ μὲν Χριστοῦ ὑπάρχοντες δημιουργήματα, μετὰ τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα ἄφθαρτοι καὶ ἀθάνατοι ἀνιστάμενοι διὰ παντὸς μένομεν, αὐτὸς δὲ ἄρα ὁ τοῦ παντὸς ἀρχιτέκτων καὶ πρύτανις, εἰς πατέρα παλινοστήσας οὐκ ἔσται; πῶς δὲ καὶ βασιλείαν αἰδίως καὶ ἀθανάτως σὺν αὐτῷ βροτοῖς ἐπαγγέλλεται, αὐτὸς ἐκείνου ἀφαιρούμενος, καὶ πρὸς ὅσον τὴν βασιλείαν ἀποθέμενος, κατὰ τοὺς ματαιόφρονας; ἀλλ' ἄπαγε τῆς ἀτοπίας, ἀξιῶ. ἐλέγχει γὰρ αὐτοὺς ἐν μὲν τῇ παλαιᾷ Δαβὶδ περὶ τῆς Χριστοῦ μελῳδῶν βασιλείας, ἐξομολογησάσθωσάν σοι Κύριε πάντα τὰ ἔργα σου· ἔργον δὲ Χριστοῦ τὰ σύμπαντα. καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν Χριστός· καὶ ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. καὶ πάλιν Δαβίδ, ἡ βασιλεία σου, φησί, βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων, καὶ ἡ δεσποτεία σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. συμφώνως δὲ Γαβριὴλ τούτῳ ὁ τῆς ἀπεράντου βασιλείας Χριστοῦ διάκονος διαρρήδην βοᾷ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. οὐ χρόνων τοίνυν περιοριστικῶν ὑπάρχει τὸ εἰωθότως πολλαχοῦ τῆς θείας παραφέρεσθαι γραφῆς, τὸ γὰρ ἄχρις οὗ, ἢ σήμερον. παρὰ γὰρ Θεῷ ἀνέσπερος καὶ μία ἡμέρα πᾶς ὁ αἰών. ὁμοίως καὶ πάσαις ταῖς νοεραῖς καὶ λογικαῖς δυνάμεσιν, ἐπεὶ ἀδιαδόχῳ νυκτὶ τὸ ὑπερκόσμιον φῶς.

Πεῦσις ρλ'.

Καὶ εἰ τῷ πατρὶ ἴσος, πῶς αὐτὸς λέγει, οὐδὲν δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα.

Ἀπόκρισις.

Πάσης ἀνοίας τὸ οὕτως περὶ τὸν τοῦ Θεοῦ παῖδα μονογενῆ θεὸν

A Rursusque idem inquit redarguens ipsos: In hodiernum vsque diem, quando legitur Moses, velum ipsorum cordi impositū est. Num igitur vsque ad tempora Pauli tantùm, an ad ipsam consummationem vsque Iudæi cæcutiunt? Rursus idem ad Corinthios scribens, inquit: Etiam vsque ad vos peruenimus cum Euangelio Christi. Num igitur tantum Corinthum vsque, an ab Orientalibus ad Occidentales vsque peruenit, velocique cursu circumcēs Illyricū, Romam vsque delatus prædicauit? Et iterum idem inquit: Exhortantes vos inuicem cottidie quoad hodiernus dies vocatur. Id quod antea quoque vates diuinus B Dauides protulerat: Hodie si vocem eius audiueritis, nempe Dei, ne induretis corda vestra sicut in exacerbatione, in die tentationis in deserto. Num igitur illis tantum, qui fuerunt ad tempora Dauidis, necessaria fuit diuinæ vocis obedientia? O dementia vanorum sapientum. Nos quidem qui ipsius Christi sumus opificia, post præsens sæculum incorruptibiles & immortales resurgentes, semper manemus: ipse autem totius vniuersitatis architectus & gubernator, in patrem reuersus, non amplius erit? Quomodo verò regnū ipsi æternū & immortale inter homines promit-C titur, siquidem hoc spoliatur, ac post certos quosdam tēporis terminos id deponet, quēadmodum homines illi vana mente prædicti volunt? Sed à te procul obsecro absit talis absurditas. Redarguet enim ipsos in veteri quidem Testamento Dauides de Christi regno canens: Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. Opus autem Christi sunt in vniuersum omnia, quemadmodum inquit sublimis ille Ioannes: In principio erat ille Sermo, & Sermo ille erat apud Deum, & Sermo ille erat Deus: qui quidem caro factus est, & habitauit in nobis. Idem, Omnia per ipsum facta sunt. D Et rursus Dauides inquit, Regnum tuum regnum omnium sæculorum, & dominium tuum durat in omnem generationem & generationem. Cum hoc autem consentiens Gabriel, illius nunquā finiendi regni Christi minister disertè clamat: Et regnabit super Iacobitas in sæcula, & regni eius non erit finis. Non igitur temporum determinatorum est, quod consueto more multis in locis sacræ scripturæ dictum est, vsque, donec, & hodie. Apud Deum enim vespere carens, & vnicus E dies est tota æternitas. Similiter & omnibus intellectilibus ac rationalibus illis potestatibus, quoniam à nulla sequente nocte vltra mundana lux excipitur.

130. *Interrogatio.*

Atqui si patri æqualis est, quomodo inquit ipse, Nihil potest filius facere à semetipso, nisi videret facientem patrem?

Responsio. Eiusdem dementiæ est, ad hunc modum erga Dei filium vnigenitum

affectum esse. Sequetur enim omnino, duplicem statuendam esse creationem: aliam quidem patris iam perfectam, aliam verò filij, quæ adhuc perficiatur, & paulatim progrediatur, ac ad imitationem creationis paternæ condat. Ostendant igitur nobis Arianæ insaniæ sectatores, duos soles & duas faces lunares, & discernant nobis quinam sol patris sit aut qui sit filij: quæ sit luna patris, quæ filij. Similiter autem & de terra & mari meritò quæsiero. Quomodo itē vera diceret filius ille tonitrui Ioannes, qui doctrinam de Sermone incarnato ex ipsius sinu per deriuationem hausit, & quasi diuinus calix impletus ex perenni fonte, verbum illud, Omnia per ipsum facta sunt, in omnē Soli subiectam terrā pluit, quasi dicere vellet ad nullum exemplar aut simulacrum respicientem filium omnia facere. At quem obsecro filium? Qui nostræ naturæ vnitus est in vtero perpetuæ virginis Mariæ, adeóque vnigenitus ille Dei filius missus à patre, qui nasceretur è muliere, quemadmodum diuinus ille docet Apostolus. Vbi igitur, aut quando conspexerat patrem incarnatum, & natum, & crucifixum, & sepultum, & ex morte resuscitatum, vt hæc ipsius exemplo ageret? Vbi verò patrem audiens, consimiliter inquit, Potestatem habeo ponendi animam meam, & rursus sumendi eam? Item, Quia nullus adimit eam mihi, sed ego pono eam ex meipso? Vbi verò patrem conspexit iumento vectum, & ad illius imitationem Hierosolymam asino insidens venit? Vt summatim dicam, ad nihil respiciens filius, ea quæ dicta sunt facere solitus fuit. Neque enim Adamum formans, & ex illo Euam faciens, alium quempiam rationis participem, masculum aut fœminam, à patre condi viderat, ad quem suum fabricaret: sed quum esset opifex per se, adeóque liberrimus vniuersitatis huius Deus, ante incarnationem & post illam idem, qui & velle facere omnia poterat, ne ipsum Dei aduersarium, patrisve oppressorem arbitrarentur, qui erga ipsum cæcutiunt, inquit: Nihil potest facere filius à seipso, nisi quod videt patrem facientem. Simul & de amore parentibus debito nos commonefacit.

131. *Interrogatio.*

Quomodo autem Iacobo & Ioanni, Zebedæi FF. consessum cum ipso petentibus, inquit: Sedere à dextra & à sinistra nō est meū dare, sed quibus paratum est à patre meo? Quare non tanquam propria præditus auctoritate, dixit, Quibus paraui, aut, quibus voluero: sed ad patrem ipsos relegat? Id autem non est alicuius liberè agentis.

Responsio.

Non quasi præstando non esset, denegauit, sed prudenti quodam prætextu ad modestiam reuocat ipsorum fastum, & aduersus condiscipulos elationem,

διαιρεῖσθαι. ἔψεται γὰρ ὄντως διττὴν εἶναι τὴν κτίσιν, τὴν μὲν τοῦ πατρὸς ἤδη ἀπηρτισμένην, τὴν δὲ τοῦ υἱοῦ ἔτι δρωμένην, καὶ κατὰ μέρος εἰσαγομένην, κατὰ μίμησιν τῆς πατρῴας τικτομένην. δειξάτωσαν τοίνυν ἡμῖν οἱ τῆς Ἀρείου μανίας δύο ἡλίους καὶ δύο φωστῆρας, καὶ διακρινάτωσαν ἡμῖν ποῖος ὁ τοῦ πατρὸς, τίς δὲ ὁ τοῦ υἱοῦ· καὶ ποία ἡ τοῦ πατρὸς σελήνη, τίς δὲ ἡ τοῦ παιδός. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς χέρσου καὶ τῆς θαλάσσης εἰκότως ζητήσω. πῶς δὲ καὶ ἀληθεύσει ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς Ἰωάννης, ὁ τὸν λόγον περὶ τοῦ λόγου σαρκωθέντος τοῦ ἐκεῖ ἐκ τῶν κόλπων αὐτοῦ μεταχλήσει ἀρυσάμενος, καὶ οἱονεὶ θεῖος κρατὴρ ἀπὸ κρήνης ἀενάου πληρωθεὶς, καὶ τὸ, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἐξομβρήσας τῇ ὑφ' ἡλίῳ· ὡς πρὸς μηδένα ἀρχέτυπον ἴνδαλμα ἢ παράδειγμα ὁρῶντα τὸν υἱὸν πάντα δρᾷν. τίς δὲ ἄρα ὁ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει ἑνωθεὶς ἐν τῇ νηδύϊ τῆς ἀειπαρθένου, ἢ πάντως, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ παῖς ἀποσταλεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς γεννηθῆναι ὑπὸ γυναικὸς, καθὼς ὁ θεῖος παιδεύει ἀπόστολος. ποῦ οὖν ἢ πότε ἀθρήσας τὸν πατέρα σαρκωθέντα καὶ τεχθέντα, καὶ σταυρωθέντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα κατ' ἐκεῖνα διεπράξατο; ποῦ δὲ τοῦ γεννήτορος ἐπαΐων παραπλησίως φησὶν, ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτήν; καὶ ὅτι οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀφ' ἐαυτοῦ; ποῦ δὲ τὸν πατέρα ἀθρήσας ὑποζυγίῳ ἐποχούμενον, κατ' ἐκεῖνον, εἰς Ἱερουσαλὴμ ὄνῳ καθεζόμενος ἧκε; καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πρὸς οὐδὲν ἀφορῶν ὁ υἱὸς τὰ ῥηθέντα δρᾷν εἴωθεν. οὔτε γὰρ τὸν Ἀδὰμ πλάττων, καὶ ἐξ ἐκείνου τὴν Εὔαν δημιουργῶν, ἕτερον λογικὸν ἄρσεν ἢ θῆλυ ὑπὸ τοῦ πατρὸς γεγονὸς ἑώρα, πρὸς ἐκεῖνο τὸ οἰκεῖον ἀποτυπούμενος, ἀλλ' αὐθέντης ὑπάρχων δημιουργὸς, καὶ αὐτεξούσιος τῶν ὅλων Θεὸς, πρὸ σαρκώσεως, καὶ μετ' ἐκείνην ὁ αὐτὸς βουληθῆναι πάντα δρᾷν οἷός τε ὤν. ἵνα οὖν μὴ ἀντίθεον αὐτὸν ἢ πατρολῴαν οἰηθῶσιν οἱ πρὸς αὐτὸν ἀμβλυώττοντες, φησὶν οὐδὲν δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἅμα δὲ καὶ φιλοπατορεῖν ἡμᾶς παιδεύων.

Πεῦσις ρλα'.

Καὶ πῶς Ἰακώβῳ καὶ Ἰωάννῃ τοῖς υἱοῖς Ζεβεδαίου συνεδρίαν αἰτοῦσι φησι, τὸ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου. διατί μὴ ὡς αὐθέντης εἶπεν, οἷς ἡτοίμασα ἢ οἷς θελήσω; ἀλλ' ἐπὶ τὸν πατέρα αὐτοὺς ἀπεπέμψατο; τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν αὐτεξουσίου.

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ὡς μὴ οἷός τε παρασχεῖν, ἀπείπατο, ἀλλ' εὐλόγῳ τινὶ προφάσει καταστέλλει αὐτῶν τὴν οἴησιν, καὶ τὴν κατὰ τῶν συμφοιτητῶν κορύφωσιν.

δι' ἐκείνων καὶ τοὺς λοιποὺς σωφρονίζων, καὶ τὸν ἐσμυχόντα αὐτοῖς ἄτοπον ἔρωτα τῆς πρωτείων μαραίνων τῷ πληκτικῷ τῆς ἀποφάσεως. οὐ γάρ φησιν, ὅτι παρέχει ὑμῖν πάντως ὁ πατήρ, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται πονοῦσι, ἐπαπορύττων. αὐτοὺς πρὸς ἀρετὴν καὶ ἀνδρίαν προτρέπων τὴν εὔνοιαν ἐπιδείξασθαι, καὶ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἀποδύσασθαι, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἕως θανάτου ἔνστασιν καὶ ἀνάρρεσιν. οὔπω γάρ, φησι, τὰ ἐμὰ ἐκηρύξατε, καὶ πῶς τὰς φωνὰς κηρύττειν ἱμείρεσθε, οὐδέπω ῥαπισθέντες ὑπὲρ ἐμοῦ; ἀποδύσασθε τοίνυν πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐν τῷ σταδίῳ, κατέλθετε ἐπὶ τὸ σκάμμα, αὐτομολήσατε, ἀχείρωτοι μείνατε, καὶ ἅμα τῷ λυθῆναι τοῦ παρόντος αἰῶνος τὸ θέατρον, ἐγὼ ὑμῖν ἐπαθλα τοὺς θρόνους αὐτὸς παρέχομαι, νῦν δὴ ὑμᾶς εἰκότως ἀποσείομαι τοῦ πατρὸς φάσκοντος ἐκείνοις δωρεῖσθαι. οὐ γὰρ ἑτέρως οἷόν τε ὑμῶν τὴν μητέρα καὶ ὑμᾶς ἐνοχλοῦντας ἀποκρούεσθαι. ἢ κατὰ τοὺς παρέχειν τι πρὸ καιροῦ τοῖς αἰτοῦσι μὴ βουλομένους, ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ τὴν αὐθεντίαν ὑπάρχειν προσποιουμένους, μήπως κομισάμενοι, ῥαθυμότεροι πρὸς τὴν εὔνοιαν καὶ ἀνδρίαν γένωνται, ἀρκούμενοι τῷ δοθέντι, μηκέτι πονεῖν βουλόμενοι. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἐπὶ γῆς βασιλεύοντες ποιεῖν εἰώθασι, προεδρίας ἢ στρατηγίας παρά τινων ἐκλιπαρούμενοι· κύριοι μὲν τοῦ δοῦναι ὑπάρχοντες, πρὸ καιροῦ δὲ μὴ βουλόμενοι, ἕτερος ἑτέρῳ τὴν ἐξουσίαν ἀποτιθέμενοι, τῇ καραδοκίᾳ τῆς ὑπεροχῆς. τοὺς ἱκέτας ὑπὲρ τῆς βασιλείας διεγείροντες, καὶ ἁμιλλᾶσθαι αὐτοὺς ἀλλήλοις, καὶ σφενδονᾶν καὶ παρασκευάζεσθαι κατὰ τῶν πολεμίων παρασκευάζοντες. ἑτέρως τε δέ, ἐπεὶ ἐδόκουν αὐτὸν τὴν ἐπὶ γῆς προσκαίρου βασιλείαν βασιλεύειν, φησὶν αὐτοῖς, οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε· ἐγρήγορε, ἐκνήψατε ὦ φοιτηταί μου, ἀνάβητε τῇ διανοίᾳ ἐν τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ, μὴ περὶ τὰ παραπτώματα δίκην νυκτερινοῦ φάσματος, μὴ περὶ τὰ χαμαίζηλα ἐπτοημένοι· μή ποτε καὶ παρὰ τοῦ πατρός μου ἀκούσητε, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι ἁπλῶς, ἀλλ' ὑμῖν ἀπαιτῆσαι τὴν τῶν ἀγώνων καὶ ἱδρώτων ἀντάμειψιν. ἄμεινον γὰρ ὀφείλειν ὑμῖν εὐνοίας ἢ ἐγκαλεῖν ῥαθυμίας, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ πατρός μου ἁπλῶς τοῖς αἰτοῦσιν, ἐπεὶ αἱ φονεῖς καὶ μοιχοὶ καὶ πᾶς μοχθηρὸς καὶ ἀκόλαστος αἰτοῦντές μοι συγκαθίσονται· οὐκ ἔστιν ἡμέτερον, τὸ δοῦναι εἰκῇ, καὶ παραχαράξαι τὸ δίκαιον. δικαιοκρίτου γὰρ τὸ πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ ἀπονέμειν καὶ μὴ τοὺς ἱδροῦντας παριδεῖν, καὶ ῥαθύμοις παρασχεῖν. εἰ τοίνυν τῶν θρόνων ἐρᾶτε τοὺς ἀγῶνας, οὐκ ἀγνοεῖτε, πρὸς οὓς ὀφείλετε ἀποδύεσθαι· μὴ τῷ τρίβωνι καὶ τῷ πώγωνι καὶ τῇ βακτηρίᾳ μόνοις ἐναβρυνόμενοι, ἀλλὰ τοῖς πόνοις τοὺς θρόνους ἐξωνούμενοι, καὶ τὸ κριτήριον ἱλεούμενοι.

A per illos etiam reliquos castigans, & accensum in ipsis absurdum amorem primatus extinguens terrore denegationis. Non enim dicit: Omnino largitur id vobis pater: sed quibus paratum est laborantibus, exstimulans ipsos ad virtutem & fortitudinem, vt primùm beneuolentiam demonstrarent, ad certamina semet accingerent, pro ipso ad mortem vsque constanter perseuerarent. Nondum enim, inquit; aliis mea prædicastis, & quo tandem pacto voces annuntiare desideratis, nondum pro me colaphis cæsi? B Proinde expedimini ad certamina in stadio, descendite in theatri caueam, alacres incedite, inuicti manete, & quamprimùm præsentis sæculi theatrum solutum fuerit, ego mox vobis illa solia tanquam præmia certaminis largiar. Nunc autem vos meritò reiicio. Dabuntur iis quibus pater iusserit. Neque enim alio modo vestra mater & vos cum hac vestra molestia repelli potestis. Aut agit eo modo, quo solent qui aliquid ante tempus præstare nolunt, sed alij alicui potestatis auctoritatem esse simulant, ne quando receperint, segniores ad alacritatem & fortitudinem C fiant, contenti eo quod datum est, non ampliùs laborare volentes. Sic enim & qui in terris regnant, facere consueuere, quando ab ipsis aliqui dignitates præsidum & officia, vel imperia rei militaris efflagitant, licèt penes ipsos sit, ante tempus tamen dare nolentes, alius ad alium id potestatis referunt, expectatione dignitatis ministros pro regno excitantes, vtque inter se certent, & enitantur acriores aduersus hos fieri, eos præparantes. Vel etiam alia ratione, quia putabant ipsum temporale regnum in terra administraturum, ait D illis: Nescitis quid petitis. quasi dicat; Euigilate quæso discipuli mei, ascendite mente in meum regnum: non ex iis quæ instar nocturni spectri circumuolitant, neque de sordibus humi iacentibus voluptatem capite, ne quando à patre quoque meo audiatis: Non est meum simpliciter dare, sed à vobis vicissim exigere certaminum & sudorum compensationem. Malo enim vobis debere propter beneuolam alacritatem, quàm accusare socordiam. Non est meum dare, at neque patris mei simpliciter petentibus: siquidem obscuri, & adulteri, & quiuis flagitiosus & in-E temperans, si petant, mecum sessuri essent. Non est nostrum, dare temerè, & deprauare quod iustum est. Iusti enim iudicis est, vnicuique pro dignitate meriti tribuere, non negligere laborantes, ac ignauis aliquid largiri. Proinde si thronos amatis, nolite ignorare certamina, ad quæ capessenda debetis expediri. Neque pallio tantum, & barba, baculóque conuenit vos delicatè gloriari: sed laboribus thronos redimite, iudiciúmque placate.

132. *Interrogatio.*

Quod si perinde ac pater, potens & sui iuris est filius: quomodo terretur cruce, patremque rogat, dicens: Pater, si fieri potest, transeat à me poculum hoc? Nimirum non eius est, qui suo agat iure, neque spontaneæ voluntatis, ad alium confugere in necessitatibus, ac velut indigum, illius auxilium implorare.

Responsio.

Sicut ille vos è beata vita, ita & vos ipsum è vestro consortio eiicite: & simplices & innocentes erga proximos sicut columba, nulli mortalium retribuentes mala. Tradunt enim præ cunctis auibus cæterisque degentibus in aëre innocentem columbam esse, neque felliculum habere, qui est bilis organum. Præterea virtutis & malitiæ in duobus animalibus istis principia inuenimus, quum conueniens singula instrumentum habeant. Malitiam quidem velut grauem & humi reptantem serpentémque in simili esse: virtutem autem velut diuinam atque cœlestem in aue cælum permeante apparentem, Dei in humanum genus benignitatem prædicantem. Constat enim, quod per diuinum spiritum virtutes in mortalibus efficaces sunt. Id quidem olim in ea quæ ex arca diuina à Noa emissa columba factum, quæ ad diuinum illum virum reuersa est, ramum oliuæ cum foliis ferens. Per ramum quidem lignosam legem, per pingue folium autem semper virentem Euangelij doctrinam ferens. Nam omnes gentes complexæ Ecclesiæ nostræ imago fuit omnigena Noæ Arca, innatantus pelago fluentis & instabilis huius vitæ, vndique procella tentationum circumfusa nostra ecclesia. Per serpentem paradiso excidimus, per columbam spiritus, in cælos subducti sumus. In huius quippe forma Spiritus sanctus omnium virtutum apex in Iordane super Iesum deuolauit. Illum quidem filium naturalem & non adoptiuum demonstrans, nobis autem simplicitatem & innocentiam afferens. Ne ergo simpliciter vt serpens ad seducendum homines prudentes simus, sed ad benefaciendum rectè sapiamus. (Inquit enim beneuolus ille præstantique mente præditus Apostolus: Non ad sapiendum modò, sed ad rectè sapiendum. Et rursus idem, Volo autem vos sapientes quidem esse ad bonum, simplices autem ad malum.) Neque laudibus elati sitis & inflati, neque vituperiis deiecti & animo concidentes. Non enim potest verbis læsus & obtestans, & in iram intolerabilem erumpens, operarius fieri Dominicæ vineæ. Eum namque qui in vnam percussus maxillam, etiam alteram præbet, definit qui pondus diei præsentis sæculi & æstum in eo tentationum fortiter ferat, Dominus, tanquam omne opus laboriosum sui mandati promptè impleuerit. Nec enim ipse tempore spontaneæ passionis à famulo percussus vindicauit, cui ab innumeris angelis ministrabatur. Ad quem contendens à Iudæis quinquies quadragenis vna minùs plagis affectus, mansuetè suscepit, longanimitatem docens similem Deo,

ὡς ἐκεῖνος ὑμᾶς τῆς μακαρίας ζωῆς, καὶ ὑμεῖς αὐτὸν τῆς ἑαυτῶν διαγωγῆς ἐξορίσατε· καὶ ἀκέραιοι καὶ ἄκακοι πρὸς τοὺς πέλας ὡς ἡ περιστερά· μηδενὶ βροτῶν κακῶς ἀνταμειβόμενοι. φασὶ γὰρ ὑπὲρ πᾶσαν ὄρνιθα, καὶ τὰ λοιπὰ ἀερόβια, ἄκακον τὴν περιστερὰν ὑπάρχειν, καὶ μηδὲ αὐτὴν ἔχειν τὸ χολοδόχον ὄργανον. ἑτέρως τε, ἀρετῆς καὶ κακίας ἐν τοῖς δύο τούτοις ζώοις τὰς ἀρχὰς εὑρίσκομεν, κατάλληλον ἑκάστης ἀγαμένης ὄργανον· τὴν μὲν κακίαν ὡς βαρεῖαν, καὶ χαμαίζηλον, καὶ ἑρπυστικὴν ἐν τῷ ὁμοίῳ γνωριζομένην· τὴν δὲ ἀρετὴν ὡς θείαν καὶ ἐπουράνιον ἐν τῷ οὐρανοπόρῳ πτηνῷ ἀναφαινομένην, τὸ φιλάνθρωπον τοῦ Θεοῦ διακηρύττουσαν. δῆλον γὰρ ὅτι διὰ τοῦ θείου πνεύματος αἱ ἀρεταὶ βροτοῖς ἐνεργοῦνται. τοῦτο δὲ πάλαι μὲν ἐν τῇ ἐκ τῆς θείας ὑπὸ τοῦ Νῶε ἐξαποσταλείσης περιστερᾶς γενόμενον, πρὸς τὸν θεσπέσιον ἐπάνεισι, κάρφος ἐλαίας φύλλων φέρουσα· διὰ μὲν τοῦ κάρφους τὸν ξυλώδη νόμον, διὰ δὲ τοῦ πίονος φύλλου τὴν ἀειθαλῆ τῶν εὐαγγελίων διδασκαλίαν φέρουσα. τῆς γὰρ πανεθνοῦς ἡμῶν ἐκκλησίας εἰκὼν ὑπῆρχεν ἡ πανσπερμὶς τοῦ Νῶε κιβωτός, ἐπινηχομένη τῷ πελάγει τῆς ῥεούσης καὶ ἀστάτου ταύτης ζωῆς, πάντοθεν τῷ κλύδωνι τῶν πειρασμῶν περιαντλουμένης ἡμῶν τῆς ἐκκλησίας. διὰ τοῦ ὄφεως τοῦ παραδείσου ἐκπεπτώκαμεν· διὰ τῆς περιστερᾶς τοῦ πνεύματος εἰς οὐρανοὺς ἀνήχθημεν· ἐν γὰρ τῷ εἴδει ταύτης τὸ θεῖον πνεῦμα ἡ κορωνὶς τῶν ἀρετῶν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν κατέστη. ἐκεῖνον μὲν παῖδα Θεοῦ φυσικόν, καὶ οὐ θετὸν ἀποδεικνύουσα· ἡμῖν δὲ τὸ ἄκακον καὶ ἀκέραιον κομίζουσα. μὴ τοίνυν μόνον κατὰ τὸν ὄφιν εἰς τὸ πλημμελῆσαι βροτοὺς φρονήσωμεν, ἀλλ' εἰς τὸ εὐεργετῆσαι εὖ φρονήσωμεν. (φησὶ γὰρ ὁ εὔφρων τε καὶ πολιώσεις ἀπόστολος, οὐκ εἰς τὸ φρονεῖν μόνον, ἀλλ' εἰς τὸ σωφρονεῖν· καὶ πάλιν ὁ αὐτός, θέλω μὲν ὑμᾶς σοφοὺς εἶναι εἰς τὸ ἀγαθόν, ἀκεραίους εἰς τὸ κακόν) μηδὲ ἐγκωμίοις ἐπαιρόμενοι καὶ ἐξογκούμενοι· μηδὲ ψόγοις βαλλόμενοι καὶ ἀλύοντες. οὐ γὰρ οἷόν τε λόγοις τρωθέντα καὶ ποτνιώμενον, καὶ πρὸς ὀργὴν ἄσχετον ἐκφερόμενον, ἐργάτην γενέσθαι τοῦ δεσποτικοῦ ἀμπελῶνος. τὸν γὰρ τὴν μίαν σιαγόνα παιόμενον, καὶ τὴν ἑτέραν προϊέμενον, ἐκεῖνον ὁρίζεται τὸ βάρος τῆς ἡμέρας τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος, καὶ τὸν καύσωνα τῶν ἐν αὐτῷ πειρασμῶν γενναίως φέρειν ὁ Κύριος, ὡς πᾶσαν ἐργασίαν ἐπίπονον τῆς ἐντολῆς προθύμως ἐκπληρώσαντα. εἰ γὰρ αὐτὸς παρ' αὐτὸν καιρὸν τοῦ αὐθαιρέτου πάθους ὑπὸ οἰκέτου παιόμενος οὐκ ἠμύνατο, μυριάσιν ἀγγέλων δουλευόμενος. πρὸς ὃν ἁμιλλώμενος ὁ παρὰ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἐμφορηθείς, ἠπίως ἔδειξεν, μακροθυμίαν παιδεύων ἴσα Θεῷ,

ἀρετὴν φερώνυμον, ἧς ὁ μετέχων μακρὰν ἀπὸ θυμοῦ ἐστί. ἐπεὶ οὖν ἡ παντελὴς ἀρετὴ Θεὸς ὑπάρχει, εἰκότως μακρόθυμος προσαγορεύεται, ὡς μακρὰν ὑπάρχων θυμοῦ. ἣν καὶ οἱ τῆς ἔξω παιδείας ἐτιμήθησαν· Σωκράτης μὲν τῶν Ἀττικῶν δογμάτων νομοθέτης παταχθεὶς, οὐκ ἠμύνατο· Ἀντισθένης ὑπό τινος τῶν ὑβριστῶν συντριβεὶς τὸ πρόσωπον, μηδὲν φήσας ᾤχετο, τὴν προσηγορίαν μόνον τοῦ πατάξαντος ἐπιγράψας τῷ μετώπῳ, διὰ τὸ μὴ δαιμονῶντα ἢ πάροινον τοῖς θεωμένοις ὑποπτεύεσθαι. Ἐπικτήτου δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ δεσπότου πηρωθὲν, πολλοῖς τῶν φιλοσόφων σιωπῆς ἐν τοῖς κινδύνοις γέγονε παιδευτήριον. δεσπότης γὰρ τοῦ δεσπόζοντος ἀπεδείχθη φιλοσοφήσας. μὴ οὖν ἀλλοιώμεθα ὑβριζόμενοι, ἀλλὰ τοῦ σοφοῦ καὶ πάντων δημιουργοῦ κατ' ἴχνος βαίνοντες, κἂν οἰκέτης ἀλλότριος ᾖ ὁ ῥαπίσας τὸ θεῖον ῥῆμα· καὶ ἡμεῖς φήσωμεν αὐτῷ, εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; οὕτως γὰρ οἱονεὶ βέλει τῇ μεγαλοψυχίᾳ ὁ δι' ὕβρεως τρωθήσεται, καὶ τῆς προπετοῦς γλώττης καὶ γνώμης μετακληθεὶς, χάριν σοι εἴσεται ὡς αἰτίῳ τῆς ἀλλοιώσεως, παιδευθεὶς μὴ ποτνιᾶσθαι, καὶ ἀλλοί πρὸς τοὺς ἥττονας πόνους τῶν μεγάλων μισθῶν ὀρεγόμενος, ἀλλὰ στέργειν καὶ τοὺς μείζονας, ὡς οὐχ ἑτέρως δηνάριον κομιούμενος, εἰ μὴ κόπων τελειότητι μαρτυρούμενος. οὐκ ἄξια δὲ τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλύπτεσθαι δόξαν, φησὶν ὁ πλεῖστα διὰ Χριστὸν πεπονθὼς, καὶ πάντα δι' αὐτὸν σκύβαλα ἡγησάμενος τὰ παρόντα ὑψηλὸς ἀπόστολος.

A virtutem verè nominatam, cuius qui particeps est, ab iracundia procul abest. Quandoquidem igitur omnimoda virtus Deus est, meritò longanimis appellatur, tanquam ab animositate longè distans. Quam etiam externæ disciplinæ sectatores honorarunt. Socrates quidem Atticorum dogmatum legislator, percussus non vindicauit: Antisthenes autem à quodam conuitiatore in faciem percussus, quum nihil dixisset, abiit, solo percussoris nomine fronti inscripto, ne insanum vel ebrium suspicarentur ipsum ij qui viderant. Epicteti verò crure à moroso domino conuulso, multis philosophis silentij B & in periculis occasio doctrinæ fuit. Is enim, qui philosophiæ operam dederat, dominus heri sui demonstratus est. Ne igitur deficiamus contumeliis affecti, sed nostri omniúmque opificis vestigiis ingredientes, etiamsi seruus alienus fuerit, qui alapam impegerit in diuinum verbum, etiam nos dicamus ei: Siquidem malè loquutus sum, testare de malo, sin bene, cur me cædis? Sic enim magnanimitate veluti sagitta aduersarius vulnerabitur, & mutata præpropera linguæ sententiæque temeritate, gratiam tibi habebit tanquam auctori traditæ in melius mutationis. Non queruli simus aut deficia- C mus ad minores labores, siquidem magna præmia appetimus, sed & maiores amemus, tanquam aliàs denarium non reportaturi, nisi perfectionis laborum testimonium habentes. Non sunt autem pares passiones præsentis temporis ad gloriam quæ reuelabitur, inquit qui plurima propter Christum passus est, omniáque propter ipsum præsentia pro quisquiliis habuit eximius ille Apostolus.

Πεῦσις ρϟβ'.

Τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Κύριος, ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· καὶ ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, ἃ δὲ εἰς τὰ πετρώδη, ἄλλα δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας· καὶ τὰ μὲν παρὰ τὴν ὁδὸν, ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ κατέφαγεν αὐτά· τὰ δὲ τὰ πετρώδη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς, μηδὲ ῥίζαν, ἀνατείλαντα ἐξηράνθη· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν συνεπνίγησαν· καὶ ὅσα περὶ τούτων διεξέρχεται ὁ λόγος;

192. *Interrogatio.*

D Quid est quod dicit Dominus, Exiuit qui seminabat ad seminandum, & alia quidem ceciderunt iuxta viam, alia verò in loca petrosa, alia autem in spinas? Et quæ iuxta viam quidem, venerunt volucres cæli, & deuorarunt: Quæ autem in petrosa, propterea quod terræ profunditatem non habebant, neque radicem, postquam exorta sunt, exaruerunt: Quæ verò in spinas, vnà suffocata sunt: & quæcunque de his sermo prosequitur.

Ἀπόκρισις.

Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ Χριστὸς, ὁ πρὸ αἰώνων Θεός· οὗτος γὰρ ὑπάρχει ὁ σπορεὺς τῶν σωτηρίων ἡμῶν. σπέρμα δὲ αὐτοῦ, θεῖος καὶ ζωοποιὸς λόγος· ἄρουρα δὲ, ἡ ἀνθρωπότης πᾶσα· βόες, οἱ ἀπόστολοι· ἄροτρον, ὁ σταυρός· ζυγὸς, ἡ ὁμόνοια· ζεύγη, ἡ γλυκεῖα ἀγάπη συνδεσμοῦσα καὶ ὑποκλίνουσα τοὺς αὐχένας τῶν ἁγίων.

E *Responsio.*

Exiuit qui seminabat ad seminandum. Exiuit à patre Christus, ante sæcula Deus. Hic enim est sator salutis nostræ. Semen autem ipsius, diuinus & viuificus sermo: aruum, vniuersa humanitas: boues, Apostoli: aratrum, crux: iugum, concordia: iugatio, dulcis dilectio, colligans & subdens sanctorum ceruices,

A Exiuit qui seminabat ad seminandum, non triticum, aut hordeum, non aliud aliquid terrenorum, vel si qua insuper alia: sed fidem in patrem, & filium & sanctum spiritum, spem resurrectionis, & dilectionem in Deum & proximum non simulatam. Exiuit sator Christus, habens iuga Apostolos, vt inquit Esaias. Non enim per decem iuga boum fecerunt amphoram vnam? Decem autem iuga boum rationalia, sacrum cœtum Apostolorum significant, duodecim quidem ante passionem: septem item cum Stephano post diuinam resurrectionem ad duodecim B electorum: Vigesimum autem eum qui ex cælis audiuit, Saule Saule, quid me persequeris? qui rursus pro eo quem persequutus fuerat aduersus contribulem Israëlem, in aliam aciem transcribitur, & ad bellum vicissim armatur. Illi itaque rationales satoris illius viginti boues, mortalium effoderunt animale aruum, per Christum disseminauerunt vnicuique sub Sole eam quæ est in ipsum fidem, facta tota terrena massa nostra amphora vna, capace diuinarum misturarum & sanguinis & a- C quæ, effusorum in cruce per apertionem lanceæ ex vase fictili diuini corporis. Ipse enim sator, ipse figulus nostræ massæ Christus: qui ante incarnationem quidem nos ex nihilo creauit, contaminatos autem & inde deterioris capaces factos, per mortem contritos refingit, & per perseuerantiam in posterum efficit nullius malitiæ capaces. Ipse siquidem absque mistione & absque confusione contemperatur cum figmento, & immortales facit nos apparitione nostrorum, & aspectu secundum naturam nostram. Atque ipse fictile D vas est quod ex nostra testa secundùm carnem factum est, habens viuentem & salientem aquam suæ diuinitatis, quod veluti ferens Ioannes per prædicationem baptismatis, clamabat, conspecto Iesu: Ecce agnus ille Dei qui tollit peccatum mundi, cruce & profusione sanguinis & aquæ. De quo item ipse Iesus interrogatus à discipulis, vbi ipsi pascha legale pararent, inquit: Abite in ciuitatem, & occurret vobis homo fictile vas aquæ gestans, ei dicite, Magister dixit, Apud te facio pascha cum discipulis meis. Et ostendet vobis cœnaculum E stratum magnum, & illic parate. Atque facta quidem sunt hæc sensiliter. Intelligantur autem figuratè, homo quidem gestans fictile vas aquæ, Ioannes Baptista, prædicans pœnitentiæ baptismum & baptizans. Ciuitas autem superna Hierusalem, cuius ciues Ioannes & cætera iustorum & sanctorum turba. Cœnaculum verò stratum splendido lapide cœlum, animalibus quibusdam & formis varietate astrorum figuratum,

A ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι, οὐ πυρόν, ἢ κριθήν, οὐχ ἕτερόν τι τῶν γηΐνων, καὶ περὶ γαστέρα· ἀλλὰ πίστιν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα· ἐλπίδα ἀναστάσεως, καὶ ἀγάπην εἰς Θεὸν καὶ τὸν πέλας ἀνυπόκριτον. ἐξῆλθεν ὁ σπορεὺς Χριστός, ἔχων δέκα ζεύγη βοῶν, καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἡσαΐας. οὐ γὰρ δέκα ζεύγη βοῶν ποιήσαι κεράμιον ἕν; δέκα δὲ ζεύγη βοῶν λογικά, τὸν θίασον τῶν ἀποστόλων δηλοῖ· δώδεκα μὲν τοὺς πρὸ τοῦ πάθους· ἑπτὰ δὲ τοὺς περὶ Στέφανον μετὰ τὴν θείαν ἀνάστασιν, ὑπὸ τῶν B δώδεκα αἱρεθέντων· εἰκοστὸν δὲ τὸν ἐξ οὐρανῶν ἀκηκοότα, Σαοὺλ, Σαούλ, τί με διώκεις; τὸν αὖθις ὑπὲρ τοῦ διωκομένου κατὰ τοῦ ὁμοφύλου Ἰσραὴλ μεταταξάμενον, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἀνθοπλισάμενον. οὗτοι δὴ οὖν οἱ λογικοὶ τοῦ σπορέως εἴκοσι βόες, τὴν βροτῶν διασκάψαντες ψυχικὴν ἄρουραν διὰ Χριστοῦ κατέσπειραν τῇ ὑφ' ἡλίῳ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν· ποιήσαντες ὅλον τὸ γεῶδες ἡμῶν φύραμα κεράμιον ἕν, δεκτικὸν τῶν θείων κραμάτων, καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τοῦ ὕδατος τῶν προχυθέντων ἐπὶ σταυροῦ, τῇ ἀμύξει τοῦ δόρατος ἐκ τοῦ κεραμίου τοῦ θείου σώματος. C αὐτὸς γὰρ σπορεύς, αὐτὸς κεραμεὺς τοῦ ἡμετέρου φυράματος ὁ Χριστός· πρὸ σαρκώσεως μὲν ἡμᾶς ἐκ μὴ ὄντων δημιουργήσας· ῥυπωθέντας δέ, καὶ τοῦ χείρονος γενομένους δεκτικούς, διὰ θανάτου συντρίψας πάλιν ἀναπλάττει, καὶ διὰ τὸ μέλλον τοῦ λοιποῦ κακίας ἀπαραδέκτους· αὐτὸς γὰρ ἀμίκτως καὶ ἀσυγχύτως κατακιρνᾶται τῷ πλάσματι, ἀθανάτους ἀεὶ ἐσομένους δράσας ἡμᾶς ἑνώσει τῇ ἡμετέρᾳ, καὶ ὄψει τῇ καθ' ἡμᾶς. καὶ αὐτὸς ὑπάρχει τὸ κεράμιον τὸ ἐκ τοῦ ἡμετέρου ὀστράκου κατὰ σάρκα γενόμενον, καὶ ἔχον D τὸ ζῶν καὶ ἀλλόμενον ὕδωρ τῆς αὐτοῦ θεότητος. ὅπερ οἱονεὶ φέρων ὁ Ἰωάννης τῷ κηρύγματι τοῦ βαπτίσματος ἐβόα, θεασάμενος τὸν Ἰησοῦν· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, σταυρῷ καὶ προχύσει αἵματος καὶ ὕδατος. περὶ οὗ πάλιν ὁ Ἰησοῦς πυθόμενος τοῖς φοιτηταῖς, ποῦ αὐτῷ τὸ πάσχα τὸ νομικὸν ἑτοιμάσωσιν, φησὶν αὐτοῖς· ἀπέλθατε εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος βαστάζων κεράμιον ὕδατος· καὶ εἴπατε αὐτῷ, ὁ διδάσκαλος εἶπε, πρὸς σὲ ποιῶ τὸ πάσχα μετὰ τῶν μα- E θητῶν μου· καὶ ὑποδείξει ὑμῖν ἀνώγαιον μέγα ἐστρωμένον· κἀκεῖ ἑτοιμάσατε. καὶ γέγονε μὲν ταῦτα αἰσθητῶς· νοείσθω δὲ τροπικῶς· ἀνὴρ μὲν βαστάζων τὸ κεράμιον τοῦ ὕδατος, Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής, κηρύττων μετανοίας βάπτισμα καὶ βαπτίζων. πόλις δὲ ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἧς πολίται Ἰωάννης, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν δικαίων ὅμιλος καὶ ἁγίων. ἀνώγαιον δὲ ἐστρωμένον λαμπρᾷ ψηφίδι, ὁ οὐρανός, ζῴοις τέ τισι καὶ σχήμασι τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἄστρων ὑπομορφούμενος,

ὡς τὸ παρ' ἡμῖν βασιλικὸν ἔδαφος, τῇ ποικιλίᾳ τῆς ψηφῖδος κατεστρωμένον. ὅτι δὲ βοσὶ τοὺς ἀποστόλους ὁ προφήτης παρείκασε, σαφῶς παρίστησι Παῦλος ὁ τῆς θείας εἰκοσαέμβους ἐξαίρετος, φάσκων, γέγραπται, οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα· καὶ αὖθις ἐπάγων, μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; ἀλλὰ πάντως περὶ ἡμῶν λέγει, δι' ἡμᾶς γὰρ γέγραπται. ἀλλ' ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν Ἡσαΐαν πάλιν φοιτήσωμεν, τῇ παρ' αὐτοῦ προφητείᾳ ἑπόμενοι· οὐ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν ποιήσουσι κεράμιον ἕν· καὶ αὖθις ἐπάγει, καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἕξ, ποιήσει μέτρα τρία. ἆρ' οὖν τοσαύτην ἀστοχίαν ὑποπτεύσωμεν γενέσθαι ποτέ, ὥστε σπείροντας ἀρτάβας ἕξ, μόνον τρία ἀπολαβεῖν μέτρα; οὐ γάρ φησι, τρεῖς ἀρτάβας ποιήσει, ἀλλὰ τρία μέτρα, βραχύ τι ἔχοντα. ἀλλ' εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ γράμματος καταπέτασμα εἰσδυόμενοι, εὑρήσομεν πάντως τὸ διὰ τούτων ἐσόμενον. ἓξ τοίνυν ἀρτάβας, ἃς τῆς ἐκκλησίας κατασπείρεται ἄρουρα λογικὴ βροτῶν, τέσσαρας μὲν τὰς τῆς θεηγορίας πτύκτας, πέμπτην δὲ τὴν τῶν ἁγίων πρᾶξιν· ἕκτην δὲ τὴν τοῦ ὑψηλοῦ Παύλου μονοτεύχῳ δεκατεσσάρων ἐπιστολῶν· ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν καρποφορεῖ ὁ θίασος τῇ κατηχήσει τῶν ἡγουμένων, τὰ θεῖα καταλεγόμενος τρία μέτρα, τὴν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα πίστιν. ἐξῆλθε γὰρ ὁ σπείρων, τοῦ σπεῖραι, οὐ πυρὸν ἀρτοποιόν, ἀλλὰ πίστιν ζωοποιόν· ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσι. * *

A ad cuius similitudinem regale apud nos pauimentum lapidum varietate stratum. Quòd autem bobus Apostolos comparauit Propheta, manifestè demonstrat Paulus diuini vicenarij præcipuus, dicens: Scriptum est, Non obligabis os boui trituranti. Rursusque infert, Num boum cura est Deo? omnino de nobis dicit. propter nos enim scriptum est. Sed ad sublimem Esaiam redeamus, prophetiam apud ipsum exstantem sequuti: Non operantia decem iuga boum factura esse amphoram vnam: rursusque subiungit: B Et qui seminat arrabas sex, metet tres modios. Num igitur tantam frustrationem aliquandn fore censebimus, vt qui seminauerit artabas sex, tantummodo tres recipiat modios? Non enim inquit, tres artabas faciet, sed tres modios, exiguum quid habentes. Verùm in interius litteræ velamentum ingredientes, inueniemus omnino id secundùm ista futurum. Sex igitur artabas quibus ecclesiæ conseritur aruum rationale mortalium, esse quatuor quidem diuini sermonis libros, C quintam autem sanctorum Acta, sextam verò vnico volumine contentas eximij Apostoli Pauli quatuordecim Epistolas: ex quibus & per quas fructum fert sacer cœtus institutione antistitum in diuinis confitus, tres modios, fidem in Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Exiuit enim qui seminabat ad seminandum, non triticum ex quo panis fit, sed fidem viuificam, at non in omnibus.

(Quædam enim iuxta viam cadunt, quæ via est Christus.) Nam inquit ipse: Ego sum via vitæ. Non ergo procnl à via sunt Ariani: quemadmodum & Græci & Iudæi, neque item in via sunt, sed iuxta viam, id est prope Christum. Quippe quòd Cbristum confitentur, facit vt prope viam sint: quòd verò minorem & inæqualem blasphemant, id ex viuente via ipsos eijcit. Quapropter & volatilia cœli, diabolici exercitus aduolantes, colligunt semina diuina ex corde reproborum. Ipse etenim Dominus quod præcepit, id omnino & facere solet, dicens: Nolite proijcere sanctum meum canibus, oeqne proijcere margaritas meas coram porcis. Et rursus, Tollite, inquit, ab ipso talentum, & date ei qui habet talenta decem. Omni enim habenti fidem rectam, dabitur & adijcietur: ab eo autem qui non habet fidem, spem, & charitatem in Deum, etiam id quod videtur habere, aufeteturm inquit Dominus. Hoc est quòd ipso frui non possint, nisi omni virtute sint perfecti, qui recta fide Deum non colunt. Sicut inqnit ipse: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Vocat autem nomine, vt puto, incredulorum etiam malè credentes, & impios sectatores hæresum. Porrò qui in spinosis sunt, Eunomiani mihi videntur, quos propter blasphemiam Anomœos plurimi appellant. Nam quòd debacchantes creaturam & cogitationem audent nngari Cbristum esse, id velut spinæ suffocat eos, & non permittit germinari & perfici fide. Competit etiam idem sermo quibusdam ecclesiæ nostræ, qui curis vitæ, & spinis negotiorum se suffocant, neque concedunt in se vigere, aut perfectam producere rerum diuinarum naturam. Alia autem ceciderunt non super petram, sed super petroso. Petra enim Christus est, quemadmodum inquit Dinus Paulus. Petrosi verò mihi esse videntur obtusum habentes & obedire nescium cor, quod tenerius quidem est quàm lapis, durius antem quàm propria natura. Talis enim naturæ semẽ est, tenerius quidem lapide, durius autem terra. Cui comparat Dominus Deo inimicos Macedonios, & Marathonæos, qui spiritum blasphemant, & ipsum creatum esse falsò asserunt, implacabilem sibi contrahentes Domini denuntiationem. Inquit enim, Qui dixerit verbum aduersus filium hominis, remittetur illi: qui verò dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hîc neque in sæculò futuro. Neqne igitur terra sunt bona & frugifera, tenens semen sicut Christiani, neque item solida petra sunt, qui exculpentur à doctoribus in structuram sacri cœtus. Quod enim confitentur Dei filium Iesum Christum similem secundùm substantiam patri, ostendit ipsos molliores esse: quòd autem negant Deum esse Spiritum sanctnm, ipsos ambigere, & ex patre validos

circa totum excutire, creatorem cum creatura connumerantes, & de Domino pariter & seruo perperam sentientes. Quos à Christianismo secludens Apostolus inquit: Si quis spiritum Christi non habet, is non est eius. Et alia, inquit Dominus, ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, alia quidem trigecuplum, alia verò sexagecuplum, alia verò centuplum. Terræ bonæ rectissimum & bene sentiens cor, & voluntatis propositum comparans, repurgatum ab hæreticis spinis, & germinans: Primum quidem herbam fidei, deinde spicam spei crescentem, tum maturum fructum dilectionis perfectæ exhibens. Hæc enim & Diuus Apostolus præcipua esse ostendit, Fidem, spem, charitatem. Qui igitur credit, facit triginta: qui verò sperat, facit sexaginta: qui verò in dilectione perfecta est, centupla per perfectionem facit opera, quæ sunt acceptissima Deo. Qui ex vno semine tertium reddidit fructum, Deum honorans, ecclesiam exaltans, semetipsum deificans, cum spiritu se componens, animæ prouidens, corpori imperans, in terra glorificatus, ex mortuis resurgens, in cælis requiescit. Qui perfectus in Trinitate, fidelis est, mansuetus, facilis erga omnes & modestus, misericors, benignus, iustus, corpus contemnens, diuina exercens, cælestia esuriens, in imagine cum mortalibus degens, & figura super terram apparens, Ideo trigecupla fructificat, tanquam inter homines agens: sexagecupla autem, veluti cum angelis ministrans: centupla verò, tanquam cum Deo conuersans per vnctionem olei sancti dans fructum in trigecuplis: per baptismum autem in sexagecuplis: per vnguenti sacrum ministerium in centuplis. Qui credit in patrem, profert triginta, qui in filium, sexaginta, qui in spiritum, centum.... ....Quo enim putant imminuere spiritum diuinum, hoc magis ipsum extollunt & ornant, numero præponentes ipsum Patri & Filio, malè & imprudenter. Qui enim credit, non in spiritum, sed in patrem credit primùm, deinde in filium, atque tum in consummatorē Trinitatis Spiritum sanctum. Quemadmodum & diuinorum ille carminum auctor, opificium Trinitatis significans esse vniuersa, inquit: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ipsius, omnis virtus eorum Dominum patrem, Verbum filium, Spiritum autem sanctum ilium & consummatorem sacræ Trinitatis appellans. Cuius propriam potestatis auctoritatem significans Dominus, postquam à mortuis resurrexisset, inquit discipulis suis: Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, auctoritate videlicet spiritus quem accipitis, diuinitus vobis dantis potestatem remittendi peccata. Ne igitur cum hæreticis corruamus, qui à Regina Austri condemnabuntur, per ignauiam in exercenda virtute. Hæc enim fama sapientię à finibus terræ ad Solomonem peruenire properauit: istis autem Christus hodierno tempore clamans, euigilare & aspicere id quod è re ipsorum est, persuasit. Et illam quidem verba & rumores ad salutem velocem reddiderunt, hos autem aspectus & operatio Dei, & verbi incarnati, nequaquam meliores redddetunt.

* τῆς τριάδος θεῖον καὶ ἅγιον πνεῦμα. καθὼς καὶ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, δημιούργημα τῆς τριάδος σημαίνων τὰ σύμπαντα, φησί, τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· Κύριον τὸν πατέρα, λόγον δὲ τὸν παῖδα, πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, καὶ συμπληρωτικὸν τῆς θείας τριάδος· οὗ τὴν αὐθεντίαν δηλοῖ ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, φησὶ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, λάβετε πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται τῇ αὐθεντίᾳ δηλονότι οὗ λαμβάνετε πνεύματος, θεϊκῶς ὑμῖν παρέχοντος συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. μὴ τοίνυν αἱρετικοῖς συνολισθήσωμεν, ὑπὸ τῆς βασιλίδος τοῦ Νότου κατακρίνεσθαι μέλλουσι, ῥαθυμίᾳ τοῦ κρείττονος· τὴν μὲν γὰρ ἀκοὴ σοφίας ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς Σολομῶντα ἐκπλεῦσαι παρώτρυνε· τούτοις δὲ Χριστὸς σήμερον ἐμβοῶν, νῆψαι καὶ βλέψαι πρὸς τὸ συμφέρον οὐκ ἔπεισε· καὶ τὴν μὲν λόγοι καὶ φῆμαι πρὸς σωτηρίαν ἐπτέρωσαν· τοὺς δὲ, ὄψις καὶ πρᾶξις τοῦ Θεοῦ, καὶ λόγου σαρκωθέντος, οὐδαμῶς ἐβελτίωσαν.

193. *Interrogatio.*

Secundùm litteram intelligitur tantum, aut num aliam aliquam considerationem habet interrogatio Petri & responsum Domini? illo quidem interrogante, Quoties si peccauerit in me frater meus, remittam ei, num septies? Hoc autem abundanter respondente, Amen dico tibi, non tantum septies, sed septuagies septies.

Πεῦσις ργ'.

Τῷ γράμματι νοεῖται μόνον, ἢ καὶ ἑτέραν ἔχει τινὰ θεωρίαν, ἡ τοῦ Πέτρου ἐρώτησις, καὶ ἡ τοῦ Κυρίου ἀπόκρισις; τοῦ μὲν ἐρωτῶντος, ποσάκις ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις; τοῦ δὲ πλουσίως ἀποκρινομένου, ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μόνον ἕως ἑπτάκις, ἀλλ᾽ ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτάκις.

Responsio.

Pulchra quidem & facilis responsio, conferens vtrique remissionem, cùm ei qui peccauit, tum ei contra quem commissum est aliquid. Illi quidem in quibus deliquit, veniam petenti, huic autem in gratiam recipienti, tanquam iisdem obnoxio.

Ἀπόκρισις.

Καλὴ μὲν καὶ πρόχειρος ἡ ἀπόκρισις, συμφέρουσα ἑκατέροις, τῷ τε ἁμαρτάνοντι, καὶ τῷ πλημμελουμένῳ· τῷ μὲν ἐφ᾽ οἷς ἔπταισε, συγγνώμης αἰτουμένῳ· τῷ δὲ προσδεχομένῳ, ὡς τοῖς αὐτοῖς ὑποκειμένῳ.

οὐδὲν γὰρ ὃ ἀνάλωτον καὶ ἀχείρωτον, πλὴν μόνης τῆς περὶ τῆς καὶ ἀσυνθέτου θείας Τριάδος ἐν μονάδι φύσεως. φησὶ γὰρ ὁ θεοφόρος λόγιον· τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν; ἢ τίς παρρησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀμαρτίας; περὶ τούτων δὲ Ἰὼβ ὁ θεσπέσιος ὁ πύργος ὁ ἄσειστος, ὁ τῷ παίοντι διαβόλῳ καὶ τοῖς πάθεσιν ἀνύπεικτος, ὁ ἀδαμάντινος ὄροφος διαῤῥήδην βοᾷ· οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ἁμαρτίας, εἰ καὶ μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. βίος δὲ βροτοῦ οὐχ ἡ ἐκ νηδύος εἰς τὸν βίον πρόοδος· ἀλλὰ μετὰ τὴν σωματικὴν αὔξησιν, καὶ τῆς ἐννοίας τελείωσιν, ἀρχὴ τῆς περὶ τὸν βίον διασκέψεως. ἐπεὶ οὖν ὁ Πέτρος ἔμελλε πιστεύεσθαι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἅπασιν· (κλεῖν δέ μοι νόει τὴν ἐξουσίαν τοῦ συγχωρεῖν ἁμαρτίας· ἀντὶ γὰρ κλειδὸς τὴν γλῶτταν ἐκέκτητο, ἀνοίγουσαν τὸν οὐρανὸν, καὶ κλείουσαν· τοῦτο δὲ καὶ ἡμῖν ὑπάρχει γλῶττα, ἀνοίγειν ἑαυτοῖς, ἢ κλείειν τὸν οὐρανὸν, ὃ μὲν, ἄξια, ὃ δὲ, ἀνάξια τοῦ Θεοῦ φθεγγομένοις συμβαίνοντα·) τὴν ἐξουσίαν τοίνυν τοῦ συγχωρεῖν ἁμαρτίας κομίζεσθαι καραδοκῶν, τοῦ Κυρίου πυνθάνεται, ποσάκις ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις; τίνος δὲ χάριν οὐ τετράκις, ἢ δεκάκις, καὶ ἄνω πυνθάνεται, ἀλλ' ἕως ἑπτάκις; δοκεῖ μοι περὶ τοῦ φονέως λεληθότως μαθεῖν ἱμειρόμενος, εἰ τῆς συγγνώμης διὰ τοῦ βαπτίσματος καὶ τῆς μετανοίας ἀξιοῦται, ὁ τοῖς ἑπτὰ περιπεσὼν ἁμαρτήμασι, πρῶτος ἐν κόσμῳ φονεύσας Κάϊν· καὶ τοσαύταις καὶ ταῖς κελευσθείσαις τιμωρίαις, κατ' ἀλλήλων τοῖς ἐκ μιαιφονίας συνυφεστῶσιν ἁμαρτήμασι· πρῶτος γὰρ ἐν ἀνθρώποις ὁ Κάϊν ἐδολιεύσατο, πρῶτος ἐφόνευσε, πρῶτος Θεῷ ἐψεύσατο πυνθανομένῳ περὶ τοῦ ἀναιρεθέντος, πρῶτος γονεῦσι πένθος καὶ κωκυτὸν ἐπήγαγε, κτείνας τὸν ἀδελφὸν, πρῶτος βασκανίας καὶ φθόνου ὠδίνε, πρῶτος τῶν γεννημάτων τὰς ἀπαρχὰς πονηρῶς προσενήνοχε, πρῶτος τὴν γῆν αἵματι μιάνας, κατήγορος αὐτῇ πρόξενος γέγονε. τοῖς δ' ἑπτὰ τούτοις ἐν τῷ μιαιφόνῳ δράμασιν, ἰσάριθμος καὶ τιμωρία ὑπὸ τῆς θείας φωνῆς ἐπάγεται. στείρωσις καὶ ἀκαρπία τῆς γῆς, μηκέτι δεξιουμένη τὸν μιαιφόνον· στεναγμὸς καὶ κλόνος ὅλου τοῦ σώματος. ἀλλ' ἀριθμῷ καὶ τιμωρίαν πειρᾶσθαι δεῖν ᾠήθην. ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἀπὸ σοῦ, μία κόλασις· ἐργάζου τὴν γῆν, δευτέρα αὕτη. ἀνάγκη γάρ τινι ἀῤῥήτῳ αὐτὸν συνέπλεξε, καταπειγούσῃ πρὸς ταλαίπωρον, τῇ γῇ μοχθεῖν. καὶ οὐ προσθήσει δοῦναί σοι τὴν ἰσχὺν αὐτῆς· τρίτη κόλασις, πονεῖν, καὶ μηδὲν ἐκ τῶν πόνων καρπίζεσθαι. στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς· ταῖς τρισὶ δύο προστίθησι τιμωρίας ἡ θεία ψῆφος, στεναγμὸν διηνεκῆ, καὶ τρόμον ἄπαυστον,

A Nihil enim est quod cadere & capi nequeat, præter solam primæ & incompositæ sacræ Trinitatis in vnitate naturam. Inquit enim diuinum oraculum: Quis gloriabitur castam se habere animam? aut quis liberè dicet, se putum esse à peccato? Ante hos autem Iobus ille diuinus, turris inconcussa, qui percutienti diabolo & affectibus non cessit, adamantinum laquear, disertè clamat: Nullus à peccato purus est, si vel vno tantummodo die super terram durauerit vita eius. Vita autem hominis non fuerit ex B vtero in vitam progressus, sed post corporis incrementum intellectus perfectio principium est consultationis circa vitam. Quandoquidem igitur futurum erat vt Petro crederentur claues regni cælorum, & Ecclesiasticus cœtus: (claudere autem intellige potestatem remittendi peccata: nam pro claue linguam habuit aperientem cælum claudentemque, id quod & nobis est lingua, aperire nobis ipsis aut claudere cælum, illo quidem, iis qui digna, hoc verò, illis qui indigna Deo loquuti sunt, contingente:) potestatem igitur remittendi peccata quum C se accepturum speraret, Dominum interrogat, Quoties si peccauerit in me frater meus, remittam illi? Num septies? Cuius autem gratia non quater, aut decies, aut vlteriùs quærit, sed vsque septies? Videtur mihi ipsum de homicida latenter instrui velle: num venia per baptismum & pœnitentiam dignus habeatur, qui septem peccata incurrit, qui primus in mundo homicidium patrauit Cainus, & totidem damnatus supplicijs se inuicem suscipientibus ex cæde peccatis. Primus enim inter homines D Cainus dolosè egit: primus homicidium fecit: primus mentitus est Deo, quærenti de interfecto: primus parentibus luctum & lamentationem induxit, occiso fratre: primus inuidiam & liuorem peperit: primus fructuum primitias malitiosè obtulit: primus terra sanguine polluta, exectationis ei conciliator fuit. Porrò septem istis in homicidio facinoribus, par numero etiam supplicium per diuinam vocem imponitur. Sterilitas & infœcunditas terræ, quæ non amplius homicidam receptura sit: gemitus & quassatio totius corporis. E Sed enim in enumeratione etiam ipsum supplicium examinandum esse arbitratus sum. Maledicta terra à te, vna pœna est. Operare terram, altera: nam arcana quadam necessitate ipsum constrinxit, cogente ad ærumnosam & molestam in terra vitam. Et non adiiciet vt det tibi robur suum: tertium supplicium, laborare & nullum ex laboribus fructum percipere. Gemens & tremens eris super terram: tribus duo insuper addit supplicia diuinum decretum, gemitum assiduum & tremorem indesinentem,

Sic enim & periti medici facere solent, quando extremo corpore tenetur aliquis incurabili morbo, mox resecant à manu vel pede digitum, antequam ad reliqua membra diffundatur labes. Similiter autem & Moses vir diuinus ad præcepta legis primitus facta consideratione excitans, ob leue delictum lapidibus obrui eum qui ligna legerat in sabbato, præcepit, idque Deum denunciasse scripsit. Nam in magno & mediocri transgressio iudicatur, quemadmodum inquit Dominus, Quòd si totam legem impleuerit aliquis, offenderit autem in vno, factus est omnium reus. Non quòd omnis eius virtus euanuerit: (iniustum enim id vel his, qui leniter de diuino iustoque iudicio sentiunt, meritò videatur) sed reus mihi videtur fieri omnium, qui recesserit ab vno, se pœnæ vnius sceleris & compensationi omnium obnoxium faciens: aut quòd ex illorum ipsorū corpore excidit, aut ab ipsorum numero recessit. Qui ergo non prorsus de semetipso desperauerit, & planè deteriori addictus fuerit, sed vel raro obtulerit Deo virtutem, & proximi misertus fuerit; debet quidem illi, in quibus offendit, debetur autem vicissim ipsi, in quibus benefecit. Subtracta igitur compensatione, ad eius quod redundat, locum decernitur Id quod etiam apud nos sæpenumero accidere cognouimus, si debeamus nos centum denaria, nobisque debeantur triginta. Quemadmodum igitur pecuniæ debitor de omnibus obligatus est creditori, vsque ad debiti persolutionem: ita cui debetur apud Deum pro mille rectè factis, ipse verò vnius delicti debitor est, reus est omnium, donec ratio subducitur vniuscuiusque dispensationis. Transgressio enim in paruo & maiori iudicatur, in comparatione differentiam habens. Enitamur igitur, qui plus habeamus in bono, iniustitiam iustitia deprimentes.

194. *Interrogatio.*

Si ineuitabilis est consummatio mundi, & aduentus Christi: quomodo inquit ipse; Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in tecto est, non descendat ad tollendum aliquid ex domo sua, & qui in agro est, ne reuertatur ad tollendum vestimentum suum? Et iterum inquit, Sed orate ne fiat fuga vestra in sabbato, vel in hyeme. Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus. Num quasi si contingat æstate, vel Dominica, vel alia die consummatio, possimus latere vel fugere? Cur autem cùm tanta tunc sit futura turba, tantúsque populus, solas prægnantes & lactantes ex omnibus miseras pronuntiauit, atque deplorauit, quasi propter partum? Num quòd ad partum peruenturæ non sint, vel quasi grauiori supplicio afficiendæ?

A οὕτω γὰρ καὶ οἱ τῆς ἰατρείας ἐπιστήμονες δρᾶν εἰώθασιν, ἐπειδὰν μή τινα ἄκρων τοῦ σώματος πάθη ἀνίατα κρατηθῇ, αὐθις ἐκτέμνονται τῆς χειρὸς, ἢ τοῦ ποδὸς τὸν δάκτυλον, πρὶν τοῦ ἐπὶ τὰ λοιπὰ μέλη διαχυθεῖσαν τὴν λώβην. ὁμοίως δὲ καὶ Μωσῆς ὁ θεσπέσιος τὰ τοῦ νόμου ἐκ προοιμίων θεώμενος, πρῶτον ξυλιζόμενόν τε, ἐπὶ βραχεῖ ἁμαρτήματι καταλευσθῆναι ἐν σαββάτῳ ξυλολογήσαντα προσέταξε, τοῦτο Θεὸν γεγραφὼς ἀποφήνασθαι· ἐπὶ μεγάλῳ γὰρ καὶ μετρίῳ ἡ παράβασις κρίνεται, καθώς φησιν ὁ Κύριος, ὅτι ἐὰν ὅλον τὸν νόμον B πληρώσῃ τις, πταίσῃ δὲ ἐν ἑνὶ, γέγονε πάντων ἔνοχος· οὐκ ἀφανισθείσης αὐτοῦ πάσης ἀρετῆς. ἄδικον γὰρ τοῦτο καὶ τοῖς βραχεῖα περὶ τῆς θείας δικαιοκρισίας νοοῦσιν εἰκότως δόξειεν· ἀλλ' ἔνοχος μοι δοκεῖ γίνεσθαι πάντων ὑποπεσὼν μὲν ὅς, κτησιν ἑαυτοῦ ἀργὸς, καὶ ἀντιμετρήσει πᾶσιν ἐνεχόμενος, ἢ ὅτι ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τῆς οὐσίας ἀποτεμνόμενος, ἢ τοῦ ἀριθμοῦ αὐτῶν ἀποπεσόμενος. ὁ τοίνυν μὴ παντελῶς ἑαυτοῦ ἀπογνοὺς, καὶ ὀλεθρίως τῷ χείρονι προσδεδεμένος, ἀλλὰ κἂν σπανιάκις προσάγων Θεῷ ἀρετὴν, καὶ οἰκτείρων τὸν πέλας, ὤφειλε μὲν ἐκείνοις ὑφ' ὧν ἔπταισεν C ὀφείλεται δὲ παρ' αὐτοῦ, ὑφ' ὧν εὐηργετήθη. ὑποπεσόμενος τοίνυν τῆς ἀντιμετρήσεως, πρὸς τὴν τοῦ περιττεύοντος χώραν ἀποκρίνεται. τοῦτο δὲ καὶ παρ' ἡμῖν συμβαῖνον πολλάκις ἔγνωμεν, ὀφείλειν ἡμᾶς ἑκατὸν δηνάρια, ὀφειλομένων ἡμῖν τριάκοντα. ὥσπερ οὖν ὁ τοῦ νομίσματος ὀφειλέτης πάντων ἔνοχος ὑπάρχει τῷ δανείσαντι, μέχρι τῆς ἐκτίσεως τοῦ ὀφλήματος· οὕτως ὁ χρεωστούμενος παρὰ Θεοῦ ὑπὲρ χιλίων κατορθωμάτων, ὀφείλων δὲ περὶ ἑνὸς παραπτώματος, πάντων ἔνοχος ὑπάρχει, μέχρι τοῦ γενέσθαι λογοθέσιον τῆς ἑκάστου οἰκονομίας. παράβασις γὰρ ἐπὶ μικρῷ D καὶ μείζονι κρίνεται, ἐν συγκρίσει τὸ διάφορον ἔχουσα. σπεύσωμεν τοίνυν ἐν τῷ καλῷ τὸ πλεῖον ἔχειν, δικαιοσύνῃ τὴν ἀδικίαν βαρύνοντες.

Πεῦσις ρϟδ'.

Εἰ ἄφυκτος ἡ συντέλεια τοῦ κόσμου, καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία, πῶς αὐτὸς λέγει, τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος μὴ καταβαινέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ; καὶ πάλιν λέγει, ἀλλ' εὔχεσθε ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν ἐν σαββάτῳ E ἢ ἐν χειμῶνι· οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· ἆρ' ὅτι συμβῇ θέρους γενέσθαι, ἐν κυριακῇ ἢ ἑτέρᾳ τὴν συντέλειαν, δυνάμεθα λαθεῖν, ἢ φυγεῖν; διὰ τί δὲ ἄρα τοσούτου ὄντος ὄχλου καὶ δήμου τότε, μόνας τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας καὶ θηλαζούσας ἐκ πάντων ἐταλάνισε, καὶ ἀπωδύρατο, ὡς διά τὸν τόκον; ἆρα τῷ μὴ φθάσαι αὐτὰς ἀποτεκεῖν; ἢ ὡς βαρυτέρως μελλούσας τιμωρεῖσθαι;

Ἀπόκρισις.

Τὴν ἐσομένην Ἰουδαίοις φυγὴν προφαίνων αὐτοῖς ὁ Κύριος, ἐπὶ τὰ ὄρη δραπετεύειν παρήγγειλε. μετὰ γὰρ Οὐεσπασιανὸν ἐπιστὰς Τίτος παντελῶς κατέσκαψε καὶ ἠρήμωσε τὰ Ἱεροσόλυμα, κακῶς ὀλέσας Ἰουδαίους, τοὺς μὲν ἄνδρας ῥομφαίᾳ δρεψάμενος, τὰ δὲ ἀρτιγενῆ βρέφη τῷ ἐδάφει προσαράξας, τὰς δὲ κυοφορούσας ἀνατέμνων, πανωλέθρῳ καὶ ἀφανισμῷ τὸ θεομάχον γένος ἐξέτριψε. σαββάτῳ καταληφθείσης τῆς πόλεως, καὶ πάντων οἴκοι σχολαζόντων διὰ τὴν κατὰ τὸ σάββατον ἀργίαν, ὄντος δὲ καὶ χειμῶνος, οὐδεὶς αὐτῶν διαδρᾶναι τὴν ἅλωσιν καὶ τὴν καταστροφὴν ἠδυνήθη. ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος λανθάνειν ἐπειρᾶτο, μηδὲν τῶν κάτω ἆραι βουλόμενος, τιμιώτερον τὸ ζῆν ἢ τὸ ἔχειν ἡγούμενος. ὁ δὲ ἐν τῷ ἀγρῷ, οὐ μόνον ἀνεπίστροφος ἐπὶ τὸν οἶκον ἔμενεν, ἀλλὰ καὶ πορρωτέρω φοιτᾶν ἠπείγετο, τὸν ἐμπρησμὸν καὶ τὴν ἅλωσιν ὁρῶν τῆς πόλεως. Εἰ δὲ καὶ κατ' ἀναγωγὴν πρὸς τὰ ἡμέτερα μεθαρμόσασθαι τὸν λόγον εἰκότως βούλεσθε, οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, οἱ ἐν εὐσεβείᾳ ἑδραῖοι, (τοῦτο γὰρ Ἰουδαία ἑρμηνεύεται) ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν καταφυγὴν Χριστὸν ἀφορώτωσαν, ὑπὸ τῆς σφῶν ὁμολογίας φρουρούμενοι. ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. ὁ τῆς παρούσης ὑπερφρονήσας σκιώδους ζωῆς, καὶ πᾶσαν τὴν ἐνταῦθα καταπατήσας σκηνήν, καὶ ὑψηλὸς τῷ βίῳ γενόμενος, καὶ τὰ ἔνοικα πάθη ἀποπεμψάμενος, μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἐπισπάσθω, μὴ δέος, μὴ ἀθυμίαν, μὴ δόξαν κενήν, μὴ ὄρεξιν πλούτου, ἅπερ ἀφ' ὕψους ὑπάρχει κατάβασις. ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ μὴ ἐπιστρεψάτω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. ὁ τὸν παλαιὸν ἀπεκδυσάμενος ἄνθρωπον, καὶ τοῖς σαρκικοῖς ἀποταξάμενος, τὸν νέον φορείτω, ὃς αὐτὸν εἰς καίνωσιν Θεοῦ ἀνεχάρισε, καὶ τῆς ἰλύος ἐξεκάθαρεν. ἐν τούτῳ γὰρ ἕξει τὸ πρὸς πᾶσαν βουλὴν ἀχείρωτον. μηδεὶς οὖν θόρυβος, ἢ προσγενῶν συμπάθεια, τῆς Χριστοῦ ἀπορρήξει ἀγάπης. οὔτε γὰρ Χριστὸς ὑπὸ τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν ζητούμενος τὴν κλῆσιν προσήκατο, σωτηρίων δογμάτων τοῖς ἀκροαταῖς ἀπαρξάμενος, παιδεύων τῶν σαρκικῶν ὑπάρχειν τὰ πνευματικὰ προτιμότερα. οὕτω καὶ οἱ αὐτοῦ φοιτηταί, τὴν τραπεζῶν καταλιπόντες τὴν ἐπίσκεψιν, τῆς εὐσεβείας μᾶλλον τὸν λόγον μετεχειρίσαντο, οὐ λόγοις μόνοι σοφιστεύοντες, ἀλλὰ καὶ δράμασι παιδεύοντες. τὸ γὰρ καλῶς φράζειν, λύρᾳ ἢ κυμβάλῳ παρέοικε· τὸ δὲ χρηστῶς πράττειν, ἀγγέλοις συμπέφυκεν.

Πεῦσις ρϟέ.

Ἀλλὰ πάλιν ἔσται αὐτῶν ἀνάκλησις περὶ τὴν συντέλειαν τοῦ κόσμου; ὅταν οἱ ἐξ ἐθνῶν

Responsio.

Futuram Iudæorum fugam pręmonstrans, ipsis ad montes fugere præcipit Dominus. Nam post Vespasianum Titus superueniens, prorsus æquauit solo desolauitque Hierosolymam, malè perditis Iudæis, viris quidem gladio prostratis, infantibus verò recens natis, pauimento allisis, prægnantibusque dissectis, omni perditione & interitu inimicum Deo genus deleuit. Sabbato verò id accidit capta ciuitate, omnibusque domi vacantibus propter otium sabbati: hyeme item, nullus ipsorum effugere captiuitatem interitumque poterat. Qui verò in tecto erat, latitare tentabat, nihil eorum quæ infrà erant tollere volens, præstabilius esse viuere, quàm aliquid habere ducens. Qui autem in agro, non modò qui ad domum reuerteretur manebat, sed & vlteriùs abire cogebatur, incensam & captam ciuitatem cernens. Quòd si per subliniorem intellectum ad nostra, vt par est, sermonem applicari vultis: Qui in Iudæa sunt, ad montes fugiant: qui in pietate firmi sunt, (id enim Iudæa ex interpretatione sonat) ad sublime refugium, nempe Christum, respiciant, sub eius confessione custoditi. Qui verò in tecto est, ne descendat ad tollendum aliquid ex domo sua: qui præsenti contemta vmbratili vita, omnique hic conculcato tabernaculo, superior euasit hac vita, relegatis internis affectibus, ne quid eorum secum trahat, non timorem, non animi angustiam, non vanam gloriam, non opum amorem: quæ sunt ab alto descensus. Qui in agro est, non reuertatur ad tollendum vestimentum suum. Qui veterem exuit hominem, & carnalibus renuntiauit, nouum gestet, qui ipsum ad innouationem Dei renouauit, ac cœno repurgauit: In hoc enim habebit virtutem ad omne consilium inuictam. Nulla igitur perturbatio agnatorumve mutuus doloris affectus à Christi nos dilectione abstrahat. Neque enim Christus quum à matre & fratribus quæreretur, vocationem admisit, quum apud auditores salutiferam doctrinam exorsus esset, docens spiritualia carnalibus esse potiora. Ad eundem modum ipsius quoque discipuli, relicta mensarum obseruatione pietatis sermonem potius capessere voluerunt, non verbis tantùm sapienter docentes, sed & factis instituentes. Nam bene loqui, lyræ vel cymbalo simile est: vtiliter autem agere, cum angelorum natura coniunctum est.

195. *Interrogatio.*

At erit ei reuersio ad consummationem mundi, & quando qui sunt ex gentibus

omnes crediderint, tunc & residuum ex Iudæis conuertetur. Dicit enim in Euangelio Dominus: Quoniam habeo & alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili; oportet me & illas adducere, vt fiat vnus grex, vnus pastor. Et Apostolus cum hoc consentiens inquit: Quando pleuitudo gentium ingressa fuerit, tunc omnis Israel seruabitur.

Responsio.

Nunquam perluadebot, Iudæos reuocandos. Neque enim id docet Dominus, neque eximius ille Apostolus, per ea quæ rectè quidem ab ipsis dicta sunt, malè autem à te tum intellecta, tum prolata. Nam quod dixit Dominus, Quoniam & alias oues habeo: constat nos dici, qui non sumus ex eo ouili, vtpote Iudaïco, quorum prima fuit manifestatio Domini: videlicet diuorum Apostolorum, & cum ipsis, atque per ipsos conuersorum fidelium Iudæorum. Nondum enim id, quod ex Gentibus constat, fuit ante salutarem passionem, eò quòd nondum esset prædicatum nobis, neque baptizati essemus: id quod post resurrectionem per Apostolos suos Christus effecit, nosque ad fidele Iudæorum ouile simul induxit, sumusque omnes fideles vnus grex sub vno pastore, summo pontifice, summoque pastore Christo pasti & custoditi. Vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptisma, inquit is, qui summi quidem pastoris discipulus, cuiusuis verò sub cœlo magister est, eximius Apostolus, qui idem inquit: Quando plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel seruabitur. Non Iudæos circa consummationem seruandos & reuocandos significans: sed qui per puritatem mentis & per fidem vident Deum. Id enim esse Israël, ab omnibus, atque etiam ab ipsis Iudæis exponitur, Mcotem nimirum cernentem Deum. Non enim omnes, qui ex Israële, sunt Israël, neque quòd sunt semen Abrahami, omnes filij sunt: sed in Isaaco vocabitur tibi semen. hoc est, non ij, qui filij carnis sunt, iidem & filij Dei, inquit idem Apostolus. Rursumque Dominus inquit in Euangelio, Multi sunt vocati, vtpote Israëlitæ & Christiani: pauci verò electi, vtpote illi qui seruantur. Quando igitur plenitudo gentium, hoc est, vniuersos populos complexa ecclesia intrauerit, in Iudicium videlicet: tunc omnis Israël, mens videlicet Deum cernens, hoc est, omnis homo, per fidem & pietatem cognitionem habens, saluus erit.

πάντες πιστεύσωσι, τότε λοιπὸν καὶ ἐξ Ἰουδαίας ἐπιστρέψουσι. λέγει γὰρ ἐν εὐαγγελίοις ὁ Κύριος, ὅτι ἔχω καὶ ἄλλα πρόβατα, ἃ οὐκ εἰσὶν ἐκ τῆς ποίμνης ταύτης· δεῖ με κἀκεῖνα ἀγαγεῖν, ἵνα γένηται μία ποίμνη, καὶ εἷς ποιμήν. καὶ ὁ ἀπόστολος πρὸς τοῦτο συμφωνῶν λέγει, ὅταν γὰρ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται.

Ἀπόκρισις.

Οὐδέποτε πιθανὸν ὄρθωσῃ, Ἰουδαίους ἀνακεκλήσεσθαι· οὐδὲ γὰρ ταῦτα παραδίδωσιν ὁ Κύριος, οὐδὲ ὁ ὑψηλὸς ἀπόστολος, διὰ τῶν ὀρθῶς μὲν παρ' αὐτῶν εἰρημένων, κακῶς δὲ παρὰ σοῦ νοηθέντων ἅμα καὶ φρασθέντων. τὸ γὰρ φῆσαι τὸν Κύριον, ὅτι ἔχω καὶ ἄλλα πρόβατα, δηλονότι ἡμᾶς, ἃ οὐκ εἰσὶν ἐκ τῆς ποίμνης ταύτης (ὡσανεὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς) ὧν προτέρα ὑπῆρχεν ἡ τοῦ Κυρίου ἀπόφασις. εἶτα οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, καὶ σὺν αὐτοῖς, καὶ δι' αὐτοὺς ἐξ Ἰουδαίας πιστοί. οὔπω γὰρ ὑπῆρχεν ἡ ἐξ ἐθνῶν πρὸ τοῦ σωτηρίου πάθους, διὰ τὸ μήπω κηρυχθῆναι ἡμῖν, μηδὲ βαπτισθῆναι ἡμᾶς, ὃ δὴ μετὰ τὴν ἀνάστασιν διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ Χριστὸς δράσας τῇ ἐξ Ἰουδαίων πιστῇ ποίμνῃ ἡμᾶς ἐπισυνήγαγε· καὶ ἐσμὲν ἅπαντες οἱ πιστοὶ μία ποίμνη ἑνὶ ποιμένι, τῷ ἀρχιερεῖ καὶ ἀρχιποίμενι Χριστῷ ποιμαινόμενοι καὶ φρουρούμενοι. εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, φησὶν ὁ μὲν τοῦ ἀρχιποίμενος μαθητὴς, τῆς δὲ ὑπ' οὐρανὸν καθηγητὴς ὑψηλὸς ἀπόστολος· ὃς καὶ φησίν· ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, οὐκ Ἰουδαίους περὶ τὴν συντέλειαν σώζεσθαι καὶ ἀναφωνεῖσθαι δηλῶν, ἀλλὰ τοὺς καθαρότητι διανοίας, καὶ πίστει Θεὸν ὁρῶντας. τοῦτο γὰρ Ἰσραὴλ παρὰ πάντων καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων ἑρμηνεύεται, νοῦς ὁρῶν Θεόν· οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰουδαίας, οὗτοι Ἰσραήλ· οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα, ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα· τοῦτ' ἔστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς ταῦτα τέκνα Θεοῦ, φησὶν ὁ αὐτὸς ἀπόστολος· καὶ πάλιν ὁ Κύριος ἐν εὐαγγελίοις φησὶ, πολλοὶ κλητοὶ, ὡσανεὶ Ἰσραηλῖται καὶ Χριστιανοί· ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ, ὡσανεὶ οἱ σωζόμενοι. ὅταν οὖν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, τοῦτ' ἔστιν ἡ πάνδημος ἐκκλησία, εἰσέλθῃ, δηλονότι εἰς κρίσιν· τότε πᾶς Ἰσραὴλ (ὁ νοῦς ὁρῶν τὸν Θεὸν) ὅπερ ἐστὶ πᾶς βροτὸς, διὰ πίστεως καὶ εὐσεβείας γνῶσιν ἔχων Θεοῦ, σωθήσεται.

ΧΡΗΣΕΙΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΕΠΤΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ, ΔΟΚΙμασθεῖσαι ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ ἑβδόμῃ συνόδῳ, ἐπὶ τῶν εὐσεβῶν βασιλευόντων Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς αὐτοῦ μητρὸς, ἔτους ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως ψνϛ΄· τῆς δὲ αὐτῶν βασιλείας, ὀγδόου ἱσταμένου.

Ex editione Parisiensi an. 1562 apud Guil. Morelium in Graecis Typographum Regium.

SENTENTIÆ SS. PATRVM DE VENERANDARVM imaginum vſu, comprobatæ in ſancta & generali VII. Synodo imperantibus Conſtantino & Irene matre, anno à Chriſti natiuitate ſeptingenteſimo quinquageſimo ſexto: & eorum imperij octauo incipiente.

G. M. T. Interprete.

Ἀρχέτυπον ἐστὶν ἀρχὴ καὶ παράδειγμα ὑφεστηκὸς, τοῦ ἀπ' αὐτοῦ χαρακτηριζομένου εἴδους, καὶ τῆς παραγωγῆς τοῦ παρεοικότος, αἴτιον.

Εἰκὼν ἐστὶν ὁμοίωμα τοῦ ἀρχετύπου, ὅλον ἐν ἑαυτῇ τοῦ ἐντυπουμένου τὸ εἶδος διὰ τῆς ἐμφερείας ἐναποματτομένη, τῷ διαφόρῳ τῆς οὐσίας, κατὰ τὴν ὕλην μόνον παραλλάττουσα. ἢ, μίμησις ἀρχετύπου καὶ ἀπείκασμα, οὐσίᾳ δὲ καὶ τῷ ὑποκειμένῳ διαφέρουσα. ἢ, τέχνης ἀποτέλεσμα, κατὰ μίμησιν τοῦ ἀρχετύπου εἰδοποιούμενον, τῇ οὐσίᾳ διαφέρον. λέγεται δὲ εἰκὼν, παρὰ τὸ ἐοικέναι τῷ ἀρχετύπῳ.

Ἄλλο φυσικὴ εἰκὼν, καὶ ἄλλο μιμητική. ἡ μὲν γὰρ, οὐ φυσικὴν διαφορὰν ἔχουσα πρὸς τὸ αἴτιον ἑαυτῆς, ἀλλ' ὑποστατικὴν, ὡς ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα· μία γὰρ ἀμφοτέρων ἡ φύσις, δύο δὲ ὑποστάσεις. ἡ δὲ τοὐναντίον, οὐχ ὑποστατικὴν διαφορὰν ἔχουσα πρὸς τὸ ἀρχέτυπον, ἀλλὰ φυσικὴν· ὡς ἡ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ, πρὸς τὸν Χριστόν. μία μὲν γὰρ ἡ ὑπόστασις τούτων, ὅτι καὶ ἓν πρόσωπον. δύο δὲ φύσεις· ἄλλη γὰρ φύσις ὑλογραφίας, καὶ ἄλλη Χριστοῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, καθὸ καὶ περιγράφεται, καὶ ἀρχέτυπον εἰκόνος καθίσταται.

Ἐπὶ μὲν τῆς μιμητικῆς εἰκόνος, κατὰ τὴν ἰδέαν, ἤτοι μορφὴν, ἡ ὁμοίωσις· ἐπὶ δὲ τῆς φυσικῆς, κατὰ τὴν οὐσίαν, ἤτοι θεότητα, ἡ ταυτότης. καὶ ἐπὶ μὲν τῆς φυσικῆς, διότι μία φύσις υἱοῦ καὶ πατρὸς, διὰ τοῦτο μία καὶ ἡ προσκύνησις τούτων, ἀλλ' οὐ δύο, κατὰ τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων. ἐπὶ δὲ τῆς μιμητικῆς, διότι μία ὑπόστασις εἰκόνος Χριστοῦ, καὶ αὐτοῦ Χριστοῦ, μία καὶ ἡ προσκύνησις τούτων, ἀλλ' οὐ δύο, κατὰ τὸ διάφορον τῶν φύσεων· καὶ ἰδιοϋπόστατός ἐστιν, ἡ μιμητικὴ εἰκὼν αὐτοῦ ἐστι.

Ὑπόστασιν δὲ νῦν λέγομεν, οὐ τὸ ἁπλῶς ὑφεστὼς, ἀλλ' οὐσίαν τινὰ μετὰ ἰδιωμάτων, καθὰ διακρίνεται τῶν ὁμοειδῶν. τὸ γὰρ ἰδιοϋπόστατον, οὐκ εἰκὼν, ἀλλ' ἀρχέτυπον.

Ἡ τῆς εἰκόνος τοίνυν τιμὴ, ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, καὶ ἔστι τούτων μία προσκύνησις, διὰ τὸν ἐν ἀμφοῖν ἕνα χαρακτῆρα.

Euthy. Panop. par. 2. tit. 19.

ARCHETYPVM eſt ſpeciei quam adumbrat, principium & exemplum per ſe conſtans, & inde deriuatæ ſimilitudinis origo.

Imago, ſimulachrum eſt archetypi, quæ totam rei quæ exprimitur ſpeciem in ſe impreſſam ſimilitudine quadam præ ſe fert, à qua eſſentiæ differentia, materia duntaxat differt. vel, Archetypi imitatio & adumbratio, quæ eſſentia & ſubiecto differt. vel, Artis effectio, ad imitandum archetypi ſpeciem conformata, ab eo differens eſſentia. Dicitur autem ab eo imago, quòd Archetypum imitetur & exprimat.

Alia res eſt imago naturalis: & alia imitatrix imago. Nam illa, natura à ſui origine non differt, ſed perſona: vt filius à patre. Vna enim vtriuſque natura eſt, duæ perſonæ, hæc, contra, perſona non differt ab archetypo, ſed natura: vt imago Chriſti, à Chriſto. Etenim vna horum perſona eſt, ſed duæ naturæ. alia enim natura eſt pictæ materiæ, alia Chriſti, quatenus eſt homo, & circumſcribitur, & archetypum imaginis exiſtit.

Imitatrix imago in ſimilitudine ſpeciei ſiue formę cernitur: at naturalis, in eadem eſſentia ſiue diuinitate conſiſtit. Et naturalis quidem idcirco, quia vna eſt filij & patris natura: ideo vna eſt etiam eorum adoratio, non duæ, quòd inter ſe differant perſonis: imitatrix verò, ob id quia vna eſt perſona imaginis Chriſti, & ipſius Chriſti, vna quoque horum eſt adoratio, non duæ, quòd inter ſe differant naturis. nam imitatrix imago propriam non habet perſonam, ſed archetypi perſonam gerit, propter quam imago ipſius eſt.

Mancabit Graeca.

Perſonam autem nunc dicimus, non quod ſimpliciter per ſe conſtat, ſed eſſentiam quandam cum proprietatibus, quibus ſeparatur ab iis quę ſpeciei ſunt eiuſdem. Quandoquidem non imago, ſed archetypum propriam habet perſonam.

Igitur imaginis honor, ad prototypum ſiue primum exemplar tranſit: & eſt vtriuſque adoratio vna, quoniam in vtroque vnus eſt character vnáue forma.

Cyrill. ad Theodoſ.

Quicquid imitatione figuratur, eius non natura, sed personæ figuratur: & ob id idem quod archetypum eius est imago, non natura, sed persona, siue imitatione personæ.

In imagine persona archetypi adumbrata, non materia imaginis adoratur: impressus in ea character, non imaginis essentia.

Quum in imaginis Christi naturam quispiam intuetur, nõ modò negat id quod videt Christum esse, sed ne imaginem quidem Christi. est enim lignũ fortasse, aurũ, argẽtum, aut alia materia quædam: quum verò archetypi similitudinem expressam, & Christum ait, & imaginẽ Christi: at Christũ, nominis communione: Christi imaginem, ad aliud relatione.

Imago refertur ad archetypum, & ab eo tã quam à causa originem ducit. itaque necesse est eam in numero eorum esse ac dici quæ ad aliquid referuntur. Nam relatio in eiuscemodi cernitur. Ad aliquid autem ea referuntur, quæ id ipsum quod sunt, aliorum respectu & consideratione, esse dicuntur, & reciprocant inter se quam habent considerationem. Nam archetypum, imaginis consideratione, archetypum est: & imago ad archetypi respectum est imago: nec quisquam nisi ad aliud respiciat, imaginem dicere possit, alicuius imaginem. simul enim alterum cum altero inducitur, simulque consideratur.

Relatio ad aliud siue respectus, vis quædam naturæ est quæ ea colligat & connectit quæ speciei sunt eiusdem. Dicitur autem relatio seu respectus, quando res diuersæ inter se quicquam habent commune.

Ad aliquid referri dicuntur ea, quibus esse idem est qood ad aliquid modo quodam respicere ac considerari: id est, quorum status, alterius consideratione cernitur. Respiciunt igitur se inuicem, & exempla sunt aliorum: in procreatione quidem, vt pater respectu ad filium est pater: in eodẽ, vt amicus, amici consideratione dicitur amicus: in submissione, vt dominus, serui dominus est, & in similibus eodem modo. Hęc enim omnia se inter se respiciunt, & ob id alia ex aliis demonstrantur.

Itidem fit & in imagine. nam quot nominibus archetypum appellatur, totidem etiam eius imago. verùm illud vt archetypum, & sui causa, atque propriè: hæc autem, vt illius imago, & illius causa, improprieque.

Basi. ad Amphil. cap. 18.

Quum igitur adoratur imago, Christus adoratur, cuius similitudinem refert, non autem materia quæ similitudinem accepit. Ac quemadmodum in speculo delineatur modo quodam persona intuentis, & separata manet à materia: & si quis velit suam ipsius quam cernit in speculo imaginem osculari, applicat & admouet se quàm proximè materiæ, itaque imaginem osculatur: eoque discedeute, vnà quoque auolat imago, quòd à speculi materia seiungatur: sic qui seruatoris imaginem, aut Dei genitricis,
& fidem quam habuit erga eos qui se ad Deum ducerent, ob profundum quoque humilitatis eius, quæ sola (vt aiebat diuus Antonius) diaboli laqueos superat & abrumpit. Quare in ipso quàm verissimè illud completum est, Latum mandatum tuum nimis. Sed hoc tanquam minus potens missum faciam. Noui autem ex reliquis viri sancti virtutibus illa inesse quæ foris à philosophis collegerat. Qui quidem, vt apes prudentissima, flores legens, quicquid vtilitatis inuenisset in eis, eligebat, & oportuno tempore non inaniter in doctrinam discipulorum fundebat. Quale illud: Nequid nimis: Cognosce teipsum: & alia plurima huiusmodi, quę in vtilitatem animarum essent. Quare etsi propositum meum & institutum fidele debilitas ac tenuitas ingenij repellat, tamen, quia id mihi oneris imposuit anima tua ornatissima, aggressus sum quod iussisti, fretus id oneris obedientiæ, virtuti nunquam graue futurum, & veritus ne mihi inscitiam & negligentiam vitio verteres. Iamque vnà cum literis meis ad vos trapezitas Dei optimos talentum, quod apud me otiosum erat, misi: Viri sancti, sanctas disciplinas, quas & ipse à maioribus suis acceperat, & discipulis posteris impertierat, docens faciensque vt primus & verus præceptor noster atque saluator. Omnes autem doctrinas eius inuenire non potui, at perpaucas admodum, & has etiam sparsim, per studiosos quosdam diuina prouidentia collectas. At tibi par erit pro tua dexteritate & hanc breuitatem approbare iuxta id: Da sapienti occasionem, & sapientior erit.

Psalm. 118.

Prouerb. 9.

Πεπλήρωται, ἐν συντομίᾳ, καὶ τὰ κατὰ τὸν μακάριον Δοσίθεον, τὸν γενόμενον πρῶτον μαθητὴν τοῦ μακαρίου ἀββᾶ Δωροθέου ὄντος αὐτοῦ ἐν τοῖς τοῦ ἀββᾶ Σερίδου, καὶ τὸν ἀγῶνα τῆς κατὰ Χριστὸν ὑποταγῆς διαμένοντος

SEQVENTIA NON HABENTVR IN GRÆCO.

QVale enim fuerit sancti viri propositum ad monasticam conuersionem à Deo adducti, quàm idoneam & accommodatam vitam elegerit, animo mecum repeto: Et hinc quidem summam ipsius animæ obedientiam erga patres suos, puram abdicationem, simplicitatem conscientiæ, studium & diligentiam, atque omnia in cognitione fundata: Hinc fidei constantiam, charitatem & perfectionem. Ad confratres, consocios, affabilis erat & verecundus, alacer, benignus, clemens, etiam cùm præesset, non suspiciosus, non deses, nō otiosus, non contumax, non contentiosus, quæ robora sunt nullum iudicandi & nihil sumendi. Concordiam quoque vnanimitatémque super mel dulcia semper souebat: At verò ad opera studiosus, diligens, prudens, attentus, mitis cum omni probitate, exemplum bonorum morum. Ad res autem gerendas accuratus & venerabilis, bonitatis amator & pulchritudinis, nil perperam agens, diuino quodam ingenio & discretione quosuis superans. In cunctis humilis, gratus, fortis, & constans, sobrius & solicitus atque cogitabundus. Sed quid opus est per singula discurrere? Simile quid facturus videor cum eo qui voluerit vel stillicidij guttas, vel vndas maris dinumerare. Æquum est autem quam proposueram metam non excedere, & vobis quoque partem aliquam dulcis huius inquisitionis relinquere, vt pariter his delitiis fruamini mecum, discatisque qua hic via, sanctitate, vrbanitate in diuinam doctrinam & animarum salutem ita deductus sit, ab eo qui omnia gubernat, & prouidentia disponit: Compatiens inquam & beneuolus pater, perdignus qui animas instrueret & illuminaret: Magnus intellectu, maior in obsequio, sublimis in contemplatione, sublimior in humilitate,

Dorothei virtutes habitus.

ne humanam ſpeciem Deo affingerent, & humanũ ſimulachrum exiſtimarẽt, aut vlterius cuiuſpiam animãtium formæ, veluti cohortatur eos & legem ſancit his fere verbis. Ne vos ô homines, Ægyptiorũ inſtituto viuatis, nec monſtroſe ab illis edocti inter vos imaginibus Deum repræſentetis, vel eorum quæ per aërem volant, vel in terra mouentur, vel natant in aquis, non enim ea Deus eſt, tametſi videatur Ægyptiis: neque quicquam eſt exprimendum imagine, quod cerni ſpectarique non poſſit. Deus enim informis eſt, figurati viderique non poteſt: nec quicquã eorum eſt quæ apparent, & oculis hominũ ſunt nota, ſed ſola mentis poteſt contemplatione cerni, ſi modò quis id etiã poſſit. Nã ſi fabricator eſt & opifex omnium rerũ, non vnũ vtique fuerit vniuerſarum: & ſi per omnia is permeat & tranſit, in vno nequaquam cõcludi poſſit. Legiſlator ergo imagines ſoli Deo fabricari prohibuit. Quòd autem id velit, apertè primus ipſe declarabit, ſi qui rectè quæ ſcripta ſunt, perſpicere ac intelligere velint. Quòd enim de Deo hunc ſermonem proferat, ad eumque ſolum referat, quod ſubiungũt id ſatis monſtrat, quũ ait, Non enim adorabis ea, neque ſerueis illis: nam ego ſum dominus Deus tuus, Deus zelotes. Quænam enim impia petulãtia, & inepta abſurdaque cogitatio, eius aliquãdo qui extra omnẽ naturã, eſſentiã, cognitionemque lõgè poſitus eſt, quem nemo vidit vnquam: nec vnquam eſt viſurus, formã & figuram, ſumptis à rebus quę apparent notionibus, ſibi audacter effingat? Quod impium facinus incõſideratè Gentiles ſunt auſi, qui Deum quęrentes, non oculos animi ſurſum erexerunt, neque ſupra ætherem ac cœlũ euecti mẽte, illic quod deſiderabant, perueſtigarunt: ſed in terram & materiam prolapſi, & omnẽ qua præditi erant ſapientiã deuincientes, quę apparuerũt, Deum pronunciarunt. Quòd ſi vir quiſpiã, aut regẽ honorans, aut ducem celebrans, aut optimatẽ admirans, eorum imagines effingat, nihil opinor, iniquè facit, ſi quem animo laudat, & oculis aſpexit, coloribus repræſentet: dũtaxat ne honore decoret, vt illi nugatores ac deliri faciebant, quibus Deus cenſebatur id quod genitum erat; nam hoc tandem eſt, quod & Moſes vetat, & Chriſtianorum lex abhortet: nec vult naſci & oriri Deum. Meam enim, inquit, gloriam alteri non dabo. Ita quiſquis ad hunc modum oracula legiſlatoris intelligit, is ſuæ mentis oculos ſinceros & integros ſeruat: & immutabiliter in id quod eſt immutabile contuens, non figuram, non colorem cogitat inducere, non locum tribuere, non tempus, non alia quæ corporum propria ſunt, ad ſe mentem per oculos attrahentia: ſed illic in id quod eſt incorporeum innixus, immobilis & intrepidus, circum bonum ſtat firmus, imperturbatas & ab omni liberas affectione ſuas conſeruans ſingulas actiones.

Deut. 4.
Act. 17.
Ioan. 1.
Exod. 33.

ἵνα μὴ αἱ θεοπλάσται καὶ ἀνδρείκελοι ἡγῶνται τὸ θεῖον, ἢ ἑτέρας ζώων ἰδέας, παραινεῖ ὥσπερ καὶ νομοθετεῖ τῷ λόγῳ τοιάδε, μὴ κατὰ τὸν ἐν Αἰγύπτῳ νόμον πολιτεύεσθε, ὦ ἄνθρωποι· μηδὲ ἐξ ἐκείνων ἀτόπως μαθόντες Θεοῦ εἰκόνας ἐν ὑμῖν τελεῖτε, ἢ ἐκ τῶν ἐν ἀέρι διιπταμένων, ἢ ἐν γῇ κινουμένων, ἢ ἐννηχομένων τοῖς ὕδασιν· οὐ γὰρ ταῦτα Θεός, εἰ καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις δοκεῖ· οὐδὲ ἐν εἰκόνι χαρακτέον, ὃ μὴ θεωρηθῆναι δυνάμενον. ἀνείδεον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀσχημάτιστον καὶ ἀόρατον, καὶ τῶν φαινομένων καὶ ὀφθαλμοῖς ἀνθρώπων ἐγνωσμένων οὐδέν, ἀλλὰ νῷ μόνῳ θεωρητόν, εἴ που τις καὶ τοῦτο δυνήσεται. Εἰ γὰρ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων, οὐκ ἂν ἓν αὐτὸς εἴη τῶν πάντων· καὶ εἰ διὰ πάντων διήκει, οὐκ ἂν ἐν ἑνὶ περικλείοιτο. ὁ οὖν νομοθέτης, ἐπὶ μόνου Θεοῦ δημιουργεῖν εἰκόνας ἐκώλυσε. καὶ ὅτι τοῦτ' ἔφη, σαφῶς αὐτὸς τοῦτο δηλώσει τοῖς ἐπαΐειν ὀρθῶς τῶν γεγραμμένων ἐθέλουσιν· ὡς γὰρ περὶ Θεοῦ τὸν λόγον προφέρων, καὶ πρὸς μόνον αὐτὸν ἀναφέρων, τὸ ἔπος ἐπάγει που λέγων· οὐ γὰρ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσῃς αὐτοῖς· ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς ζηλωτής· ἡ μὲν γὰρ ἀσεβής τε προπέτεια καὶ ἄτοπος ἔννοια, ἢ τὸν ἄρα ποτὲ τὸν πάσης ἐπέκεινα φύσεως καὶ οὐσίας καὶ γνώσεως, ὃν οὐδεὶς ἑώρακεν, οὔτε μήποτε θεάσασθαι δυνήσεται, τούτου μορφὴν καὶ τύπον, ἐκ τῶν φαινομένων τὰς ἐννοίας λαβών, ἑαυτῷ τολμηρῶς ἀναπλάσασθαι; οἷα παρ' Ἕλλησιν ἀσεβῶς ἐτολμήθη· καὶ Θεὸν ζητοῦντες, οὐκ ἄνω τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς ἔτειναν· οὐδὲ ὑπὲρ αἰθέρα καὶ οὐρανὸν τῷ νῷ κουφισθέντες ἐκεῖ διηρευνήσαντο τὸ ποθούμενον· ἀλλ' εἰς γῆν καὶ ὕλην καταπεσόντες, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν σοφίαν καταναλώσαντες, τὰ φανέντα Θεὸν ἀνηγόρευσαν. Εἰ δέ τις ἀνὴρ ἢ βασιλέα τιμῶν, ἢ στρατηγὸν ὑμνῶν, ἢ ἀριστέα θαυμάζων, εἰκόνας αὐτῶν ἀπεργάζεται, ἀδικεῖ μέν, οἶμαι, οὐδέν, εἰ ὃν ἐπῄνεσε τῇ ψυχῇ, καὶ εἶδεν ὀφθαλμοῖς, παρέστησε τοῖς χρώμασι· μόνον μὴ τιμάτω, κατὰ τοὺς ἐκείνων φλυάρους καὶ λήρους, οἷς Θεὸς ποτε τὸ γενόμενον· τοῦτο γὰρ ἤδη ἐστίν, ὃ καὶ Μωσῆς ἀπεῖπε, καὶ ὁ Χριστιανῶν νόμος μισεῖ· καὶ Θεὸν γενέσθαι οὐ βούλεται· τὴν γὰρ ἐμήν, φησί, δόξαν ἑτέρῳ οὐ δώσω. ὃς μὲν οὖν οὕτως ἐπαΐοι τῶν τοῦ νομοθέτου λογίων, ἀκραιφνὲς μὲν αὐτῷ τηρεῖται τῆς διανοίας τὸ ὄμμα· ἀτρέπτως δὲ τὸ ἄτρεπτον καθορῶν, οὐ τύπον, οὐ χρῶμα περιτιθέναι ἐννοεῖ, οὐ τόπον, ἢ χρόνον, ἢ ὅσα τοιαῦτα σωμάτων ἴδια, πρὸς ἑαυτὰ τὸν νοῦν διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπισπώμενα· ἀλλ' αὐτοῦ που περὶ τὸ ἀσώματον ἑαυτὸν ἐρείδων, ἀκίνητός τε καὶ ἀτρεμὴς περὶ τὸ ἀγαθὸν ἕστηκεν, ἀθόλωτόν τε καὶ ἀπαθῆ τὴν ἑαυτοῦ φυλάττων ἐνέργειαν.

ὁ δ' ἄλλως αὐτὰ ἀκροώμενος, καὶ πρὸς τὸ ἀειδές τε καὶ νοερὸν ἰλιγγιάσας, ἀτονίᾳ ψυχῆς τῆς περὶ Θεοῦ ἀπολυθείσης ἐννοίας, διὰ τοῦ λήθης πεδίου ἀλᾶται, περὶ σώματα καὶ γῆν ἰλυσπώμενος. τί οὖν εἰ καὶ αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς κατὰ Μωσέα πολιτευσαμένους ἄνδρας ὁσίους μὴ πεφυλαχότας τόνδε ἐπιδείξω τὸν νόμον, μηδὲ πεφεισμένους τῶν οὐρανοῦ, καὶ ἐπὶ γῆς, ἢ τῶν ἐν θαλάσσῃ ποιεῖν τὰ ἰνδάλματα, εἰ κατὰ τὰς σὰς ἀορίστους ἐννοίας νοοῖτο ὁ λόγος;

Πῶς καὶ τίνα τρόπον;

Μὴ οὐκ ἀκήκοας, ὦ βασιλεῦ, ὡς οἰκοδομῶν τὸν ναὸν Σολομῶν, τὴν χαλκῆν ἐκείνην τοῦ ἱεροῦ περιβόλου ἐντὸς ἐτεκτήνατο θάλασσαν, ἐν ᾗ τὰς χεῖρας οἱ ἱερεῖς αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένας ἐκάθαιρον, ἐπὶ τίνων δὲ ταύτην ἀπῃώρησε; οὐχὶ δυοκαίδεκα βόας χαλκοῦς, καὶ τούτους ὑποθείς, ἐπ' αὐτῶν τὴν θάλασσαν ἥπλωσε; πῶς οὖν φυλάττει τὸν νόμον, ὁμοίωμα βοῶν ἐν τοῖς τελουμένοις αὐτοῦ ποιησάμενος. δι' ὧν, οἶμαι, ὑπέγραφεν, ὡς ὁ τῶν ἀποστόλων ἰσάριθμος χορός, οἱ σοφοὶ τοῦ λόγου βοεργάται, τόνδε τὸν κόσμον, τὴν θάλασσαν, εἰς ὕψος αἴροντες, τῇ γεωπονίᾳ τῆς εὐσεβείας μεμολυσμένας αἵμασι θυσιῶν τῶν ἱερέων τὰς χεῖρας ἐκάθαιρόν τε καὶ ἔσμηχον τοῖς νάμασι τῆς διδασκαλίας, ὧν καὶ ἐκεῖνοι ἀπαλλαγέντες, ἀναίμακτον θυσίαν τῷ δεσπότῃ προσφέρουσι. τί δέ, ποικίλους καὶ πολυτελεῖς κατασκευάσας θώκους, οὐ λεόντων ἐν αὐτοῖς εἴδη μορφάς, τοὺς μὲν ἄνωθεν, ἐπὶ τοὺς ἀγκῶνας ἐρείσας· τοὺς δὲ ἔνερθεν, ἀνὰ τοὺς βαθμοὺς ἁρμοσάμενος; ἐλέφας δὲ ἦν τῶν λεόντων ἡ ὕλη. καὶ τί ἂν ταῦτα περὶ ἑτέρων σοι φαίην, ἐξὸν καὶ αὐτὸν ἐπιδεῖξαι τὸν νομοθέτην, εἰ οὕτω νοοῖτο, τοῖς οἰκείοις θεσμοῖς οὐχ ἑπόμενον; οὐκ οἶσθα γάρ, ὡς ἱλαστήριον ἐκ καθαροῦ χρυσίου κατεσκεύασε, καὶ τοῦτ' ἄνωθεν τῆς χρυσῆς ἐπέθηκε κιβωτοῦ· καὶ ὡς εἰς τὸ ἱλαστήριον δύο Χερουβὶμ κατεσκεύασεν, ἃ διέντα τὰς πτέρυγας, ἐπισκιάζουσί τι αὐτὸ καὶ συγκαλύπτουσι· καὶ ἀφθέγκτῳ βοῇ σιωπῶντα κηρύττουσι τὴν κρυφίαν καὶ ἄγνωστον τοῦ ἐπὶ γῆς φανέντος θεότητα; νοερὰς δὲ εἶναι ταύτας οὐ συνίῃς δυνάμεις, ἀνὰ τὰς οὐρανίους σελασφόρους σκηνὰς περιπολούσας περὶ Θεὸν καὶ χορευούσας, τῇ οἰκείᾳ γλυκυθυμίᾳ γαλήνῃ, καὶ τῷ πλήθει τῆς γνώσεως, ἣν ἀμφὶ τὸν ποθούμενον ἔχουσιν; πῶς οὖν εἰκόνας τούτων ὁ νομοθέτης, ὁ τὰς εἰκόνας, ὡς ἔφης, ἀπαγορεύων, εἰργάσατο; ἤδη δὲ ἄρα καὶ πίπτοντά ποτε τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ θεώμενος (τὸ δὲ πάθος ἦν, ἐξ ἀφανῶν χωρίων ὄφεις ἕρποντες, καὶ αὐτοῖς βέλη θανάσιμα τοῖς ὁδοιποροῦσιν ἐπάγοντες) τὸν χαλκοῦν ἐκεῖνον ἐδημιούργησεν ὄφιν, ἐπὶ σημείου τε αὐτὸν ἀπῃώρησεν, εἰς ὃν ἀφορῶντες, αἱ ἐναντίαι δυνάμεις, οἱ ὄφεις, οἱ μέν, ἐνεκροῦντο· οἱ δὲ ἀφανῶς τιτρωσκόμενοι, ἀθρόον τῶν πληγῶν ἠλευθεροῦντο.

A Qui verò aliter ea intelligit & interpretatur, ad id quod informe est & ad intelligentiam caligans, imbecillitate animi ad Dei cogitationem & notionem attingere non valens, per Lethes & obliuionis campum errat, & circum terram & corpora volutatur. Quid, si etiam eos ipsos qui ex Mosis instituto vitam sibi constituerunt, viros sanctos, ostendero hanc legem non seruasse, nec à fabricandis rerum cœlestium, terrenarum & marinarum simulachris abstinuisse, si verba ea ita indiscriminatim intelligantur, vt intelligis?

B Quî fieri potest, quoque modo?

Non audisti ô rex, quòd templum Salomon ædificans, aureum illud, intra sacrum ambitum, mare fabricauit, in quo sacerdotes sanguine & tabo infectas manus emundarent? Quibusnam igitur illud erectum superposuit? Nonne super duodecim bobus ex ære fabricatis subiectisque ipsum expandit? Quomodo ergo legem custodit, qui simulachrum boum in iis quæ construebat, fecit? Iis autem opinor, adumbrabat chorum Apostolorum pari numero, sapientes verbi aratores, qui C hunc mundum, quod mare est, in altum tollentes, pietatis cultura, maculatas sanguine victimarum manus sacrificorum mundabant, & abstergebant riuulis doctrinæ, dum ab illis liberati, Domino sacrificium offerunt incruentum. Quid? varias sumptuosasque sedes & quasi tribunalia cùm erigeret, nonne leonum figuras in eis collocauit, superiora lacertis fulciens eorum; inferiora, vestigiis affirmans? Leonum autem materia erat eburnea. Et quid ista tibi de aliis commemoro, quum liceat ipsum etiam demonstrare legislatorem, si ad hunc modum intelligatur, D suis ipsum statutis minimè parentem? Nescis enim, quòd propitiatorium, ex auro puro fabrefecit, idque areæ superposuit arcæ? quodque in eo propitiatorio, duo Cherubim construxit, quæ alis expansis illud obumbrarent & contegerent? clamoréque minimè vocali, tacentia prædicarent occultam & ignotam eius qui super terram apparuit, diuinitatem? fateris ne intelligentias hæc esse, quæ per cœli lucida templa Deo circunferuntur exultantia, tripudiantia, sua ipsorum tranquillitate, & cognitionis quam ab eo perE cipiunt quem amant, multitudine lætantia? Quamobrem ergo illorum imagines legislator, qui, vt ais, ne fierent imagines vetuit, ipse confecit? Iam verò etiam populum Israeliten in deserto cadentem cùm cerneret: (mali causa erat, serpentes ex obscuris & abditis locis prosilientes, tela mortifera iter ipsis facientibus adigebant) æneum illum fabricauit serpentem, eumque de signo suspendit, ad quem si aspicerent, serpentes quidem, aduersariæ potestates, moriebantur. vulnerati autem occultò, statim à plagis liberabantur.

3. Reg. 61.

Exod. 25. 37.

Num. 21. Ioan. 3.

Nimirum hocillud, meum Iesum monstrabat, aiunt, & significabat, quem in ligno crucis suspēsum intuitæ aduersariæ potestates, illico hæ quidem concidunt vt mortuæ & exanimes, ac quod aduersus homines malum accumularunt, frustra vomunt & expuunt: nos verò ad eum aspicientes, quæ purpurea contorquent spicula, partim omnino non excipimus, partim si percussi fuerimus, sanamur. Serpentem autem princeps draco robur intelligens in ligno suspensi, & telorum illinc sibi retusorum memor, infecta re atque frustratus abit, metu veteris plagæ, nouam semper calamitatem deplorans. Vides vt non sit tutum, ita inconsideratè & indistinctè legislatoris intelligere dicta. Illud quoque non te latebit ô rex, si quando recorderis, cuiusnam rei gratia legislator iratus est aliquando & succensuit Israelitico populo.

Non me latet sæpenumero factū: cuius verò rei causa hoc tempore memineris, id me latet.

Quando aurei vituli caput ex tempore fecit, quam iustissimè ipsis est iratus. nam obliti miraculorum in Ægypto editorum, itineris per mare facti, internecionis omnium statim primogenitorum, elementorum mutationis, statim atque aliò se conuertit, vitulinum caput, Deum pronunciarunt. Nunquid non tibi hoc solum peccare videntur, aut legislator vt crimen obiicit, quòd vitulum temerè & inconsideratè simpliciterque formarunt?

Quamobrem hoc dicis? Quoniam si hoc vertimus illis vitio, Solomonem quoque accusabimus, qui boues fingendos curarit. Illudne ergo est quod & nos in illis criminamur, & legislator incusat, quod bouem Deum pronunciarunt, & suam ab Ægypto liberationem & salutem, impiè ferunt ei acceptam? Quocirca simulacbrum facere absolutè non prohibnit, sed simulachrum Dei facere. Idcirco & scriptura testatur, quòd muliercularum inauribus detractis, aureum illud vituli caput formauit, tacitè & obscurè innuens, hominum illorum auditum, post acceptos de Deo sinceros & incorruptos sermones, & deinceps alienas opiniones conceptas, ornatum suum abiecisse, seseque nudasse. nam ornatum illum quem auribus acceperunt, abiecerunt. Quin etiam legislator, vt scriptura ipsa quoque docet, vitulum in minutas partes contritum, & aquæ inspersum, populo porum dedit, quidnam hoc sibi volebat? Cùm cerneret eum vt existimo, non intelligere quis esset error in idolis, nec percipere quanta culpæ & offensæ magnitudo esset, de ea sermonibus explanatis & expolitis vndique, ac ad percipiendum accommodatis eos instruxit, & populo ad potandum dedit, ac in intima eorum corda iniecit, ne impietatis ignari, facilè ipsi collaberentur. Verumenimuero cùm illud dicere deliberarem:

Τοῦτο δ' ἄρα ἐκεῖνο, τὸν ἐμὸν Ἰησοῦν ἐδήλου, φασὶ, καὶ ἐσήμαινεν· ὃν ἐπὶ ξύλου κατιδοῦσαι τοῦ σταυροῦ αἰωρούμενον αἱ ἐναντίαι δυνάμεις, αἱ μὲν, αὐτίκα νενέκρωνται, καὶ ἄπνοοι γεγόνασι, καὶ τὸν κατ' ἀνθρώπων αὖθις σεσωρευμένον τῆς κακίας ἰὸν, εἰς κενὸν ἐμοῦσι καὶ ἀποπτύουσιν· οἱ δὲ εἰς αὐτὸν ἡμεῖς ἀποβλέποντες, τὰς ὑπ' αὐτῶν φερομένας πορφυρᾶς ἀκίδας, οἱ μὲν, παντελῶς οὐ δεχόμεθα· οἱ δὲ καὶ βληθέντες, σωζόμεθα. ὁ δὲ τῶν ὄφεων προστάτης δράκων, τοῦ κρεμασθέντος ἐπὶ ξύλου τὴν ἰσχὺν ἐννοῶν, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀφεθέντων αὐτῷ μεμνημένος βελῶν, ἄπρακτος οἴχεται. φόβῳ πληγῆς παλαιᾶς, νέαν ἀεὶ συμφορὰν ὀδυρόμενος. ὁρᾷς οὐκ ἀσφαλὲς, οὕτως εἰκῆ τε καὶ ἀδιορίστως νοεῖν τὰ ὑπὸ τοῦ νομοθέτου λεγόμενα. εἴσῃ δὲ κἀκεῖνο ὦ βασιλεῦ, εἴ γέ που μέμνησαι, ὅτου χάριν ποτὲ πρὸς τὸν Ἰσραηλίτην ὁ νομοθέτης λαὸν ἐχαλέπηνεν.

Οἶδα ὡς πολλάκις· ὅτου δὲ χάριν νῦν ἐμνήσθης, οὐκ οἶδα.

Ὅτε τὴν χρυσίου τοῦ μόσχου κεφαλὴν ἐσχεδίασεν, ὡς ὀρθότατα αὐτοῖς ἐχαλέπηνεν· ἐπιλαθόμενοι γὰρ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ θαυματοποιΐας, τῆς ἐν θαλάσσῃ πορείας, τῆς τῶν πρωτοτόκων ἀθρόων τελευτῆς, τῆς τῶν στοιχείων μεταβολῆς, ὡς ὁ νομοθέτης ἐπέστρεψε, τοῦ μόσχου τὸ κάρα, Θεὸν ἀνηγόρευσαν. μή τι οὖν τοῦτό σοι πλημμελεῖν δοκοῦσιν· ἢ ὁ νομοθέτης αὐτοῖς ἐγκαλεῖ, ὅτι μόσχον εἰκῆ, καὶ ἁπλῶς ἀνετυπώσαντο;

Διατί; Ὅτι εἰ τοῦτ' ἐκείνοις κατὰ τοῦτο μεμφόμεθα, καὶ Σολομῶντος κατηγορήσομεν, ὡς βόας καὶ αὐτοῦ πλασουργήσαντος. Οὐκοῦν κατ' ἐκεῖνο καὶ ἡμεῖς τοῖς ἀνδράσι μεμφόμεθα, καὶ ὁ νομοθέτης ἐγκέκληκεν, ὅτι τὸν βοῦν Θεὸν ἀνηγόρευσαν, καὶ τὴν ἀπ' Αἰγύπτου σωτηρίαν εἰς αὐτὸν ἀσεβῶς ἀνέθηκαν; οὐχ ὁμοίωμα γοῦν ποιεῖν ἁπλῶς διεκώλυσεν, ἀλλὰ Θεοῦ ποιεῖν ὁμοίωμα. διὰ τοῦτο καὶ ὁ λόγος γέγραφεν, ὡς τὰ χρυσᾶ τῶν γυναικῶν ἀφελόντες ἐλλόβια, τὴν χρυσῆν ἐκείνην εἰργάσαντο κεφαλὴν τοῦ μόσχου. ὑποδηλῶν, ὡς οἶμαι, καὶ αἰνιττόμενος, ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων ἀκοὴ παραλαβοῦσα τοὺς περὶ Θεοῦ ἀκιβδήλους λόγους, εἶτα εἰς ἑτέρας ἐκπεσοῦσα δόξας ἀπεκόσμησε καὶ ἐγύμνωσεν ἑαυτήν· τὸν γὰρ ἐμβληθέντα τοῖς αὐτῶν ὠσὶ κόσμον ἀφῄρηνται. ἀλλὰ καὶ ὁ νομοθέτης, ὡς αὖθις φησὶν ὁ λόγος, καταλεάνας τὸν μόσχον, καὶ ἐπισπείρας τῷ ὕδατι, ἐπότισε αὐτὸν τὸν λαόν. τί τοῦτο δηλῶν; ἰδὼν, ὡς οἶμαι, τοῦτον τὴν περὶ εἰδώλων ἀγνοοῦντα πλάνην, καὶ μὴ νενοηκότα τὸ μέγεθος ὅσον ὑπὸ ἀρχῇ τῆς βλάβης, τοὺς περὶ αὐτῆς λόγους λεπτύνας καὶ περιξέσας, καὶ καταλήπτους ποιησάμενος, ἐδίδαξεν αὐτοὺς, καὶ τὸν λαὸν ἐπότισε, καὶ ταῖς καρδίαις γε ἔνδον ἐνέβαλεν, ἵνα μὴ ἀγνοίᾳ τῆς ἀσεβείας, ῥᾳδίως αὖθις περιπέσοιεν. ἀλλὰ γὰρ αἱρουμένῳ μοι κἀκεῖνο λέγειν, ἔφη.

Ποῖον δή; Οὐκ ἀνθρώποις ἔθος δημιουργεῖν πολλάκις λέοντας βλοσυρὸν καὶ δριμὺ ἀποβλέποντας, ἢ σῦς ἀγρίους τὴν χαίτην ἐπιφρίττοντας, ἢ ὡς ἐν πεδίῳ καὶ ὄρεσιν ἵππους ἐμπρεπῶς διαθέοντας, ἢ ἀρκτῶν εἴδη κεκραγότων δοκούντων, ὡς τὴν ἀκοὴν ὑποσχεῖν πολλάκις, ἵνα τῆς φωνῆς ἐπακροάσηται; καὶ ταῦτα ἄνθρωποι, οἱ μὲν, τοίχοις ἐγγράφουσιν· οἱ δὲ, πέπλοις ὑφαίνουσιν· ἤδη ἔνιοι καὶ χαλκοῦς καὶ χρυσοῦς πλασουργήσαντες, θυμηδίας καὶ ὥρας χάριν, ἢ ἐν οἴκοις ἱστῶσιν, ἢ ἐν ἀγοραῖς ἀνατίθενται; τί οὖν ταῦτα ἀνθρώποις, ἢ τὸν τῶν ἀνθρώπων ἐλυμήνατο βίον, εἰ μὴ κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀσεβῆ τερθρείαν, τὰ πεποιημένα Θεοὺς ὀνομάσωσιν; εἰ δέ τις ἄφρων ἀνὴρ, δαιμόνων πλάνῃ πειθόμενος, Θεὸν τούτων τι ἡγήσεται, οὐκ ἂν αὐτίκα ἢ λίθοις βαλοῦμεν, ἢ πυρὶ κατεφλέξομεν, ἢ θηρίων στόμασιν αἱμοβόρων παρέξομεν; μία οὖν ἐπὶ ὁδὸς, ὦ βασιλεῦ, τοῦ καλῶς βουλεύεσθαι, εἰδέναι τε καὶ ἐπίστασθαι, ὡς ἐπὶ μόνου Θεοῦ τὰς εἰκόνας πλάττειν ὁ νομοθέτης εἶρξέ τε ἡμᾶς καὶ ἐκώλυσε. καὶ εἰ τοῦτό φαμεν, οὔτε τοῖς πάλαι κατὰ τὸν νόμον πολιτευσαμένοις μεμφόμεθα, οὔτε Χριστιανοὶ πλημμελοῦμεν, μαρτύρων ἢ ἄλλων ἀνθρώπων ὁσίων τελοῦντες εἰκόνας, καὶ τῷ φαινομένῳ δηλοῦντες, αὐτῶν τὰ μὴ φαινόμενα. καὶ οἶμαι, πάντας τοὺς εὐσεβεῖν βουλομένους, οὕτω διακριτέον καὶ διοριστέον τόνδε τὸν λόγον, καὶ ὡς δύο τινὰς ὅρους θετέον, οὓς ἀνατρέπειν τε καὶ συγχεῖν οὐ χρεών ἐστι.

Πῶς καὶ τίνα τρόπον;

Ὡς Θεοῦ εἰκόνας οὐ ποιητέον, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἐγχειρεῖ τι τῶν τοιούτων, ὡς τῶν Ἑλληνικῶν κοινωνὸν δογμάτων, κολάσεις ὑποβάλλειν ἐσχάταις. ἀνθρώπους δὲ ὁσίους γραπτέον, τῇ πρὸς Θεὸν παρρησίᾳ, καὶ τῷ καθαρῷ τῆς ζωῆς ἐναβρυνομένους, καὶ μέσους πως ἡμῶν καὶ ἑρμηνέας πρὸς αὐτὸν ἱσταμένους· ἢ ἀνάγοντας μὲν τῷ Θεῷ τὰ αἰτούμενα· κατάγοντας δὲ ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ τὰ διδόμενα· οὐ γάρ ἐστιν οὐκ ἔστιν εἷς, ὦ βασιλεῦ, τῶν Θεῷ προσιόντων, ἢ ἀπὸ Θεοῦ τιμωμένων ὁ τρόπος· ἀλλ᾽ ἡ παρρησία συμμετρεῖται τῷ βίῳ, καὶ τῇ πολιτείᾳ κατάλληλος ἡ ἀντίδοσις ἕπεται· Θεὸς μὲν γὰρ ὢν ἀεὶ, γένεσίν τι οὐκ ἔχων· τὸ δὲ οὐκ ὂν ἀεὶ, γενόμενον δὲ ὕστερον, τὴν γένεσιν ἐκ τοῦ ὄντος ἐδέξατο. καὶ κατὰ τόνδε μὲν τὸν λόγον, δοῦλον ἂν καλοῖτο Θεοῦ, πᾶν ἀεὶ τὸ γενόμενον· τὸ γὰρ γεγονὸς, δοῦλον ἂν δικαίως τοῦ πεποιηκότος νομίζοιτο. τῇ δὲ πρὸς Θεὸν οἰκειότητι καὶ τῇ διαφορᾷ τῆς ἐκεῖθεν αἴγλης, διάφορός τις καθ᾽ ἕτερον τρόπον προσηγορία καὶ κλῆσις τοῖς προσερχομένοις ἐπιτίθεται· εἰσὶ μὲν γὰρ φόβῳ κολάσεως τῶν πλημμελημάτων ἀπεχόμενοι, οὗτοι ἀνδράποδα ἂν λέγοιντο Θεοῦ, μαστιγίαι τινὲς ἀληθῶς, καὶ δοῦλοι πληγῶν, καὶ εἱρκτῆς, καὶ τῶν ἐπ᾽ αὐταῖς ἀπειλῶν, ἵνα μὴ ἁμάρτωσι χρῄζοντες.

Qualenam, inquit? Nonne hominum consuetudo est, fabricari sæpenumero leones toruum acréque intuẽtes, aut apros hispidis setis horrescẽtes, aut quasi in campo montibusque cursu decoro discurrentes equos, aut vrsorum species propemodum vociferãtium, vt aures quis nonnunquã, ad vocis sonitum exaudiendum accommodet? eaque hominum partim muris & parietib. inscribunt, partim intexũt. Sunt & nõnulli qui æneos & aureos effingentes, animi decorisque gratia, vel in ędibus statuunt, vel in foris dedicant? Quidnam ista homines, aut hominum vitam offenderunt, nisi quemadmodũ impia gentilium deliria solẽt, ea quæ moliti sunt opera, Deum appellent? Si verò quis homo demens, dæmonũ impostura illectus, Deum horum quicquam arbitretur, nonne statim aut lapidibus appetemus, aut concremabimus igni, aut sanguinariarum bestiarum hiatibus obiiciemus. Quamobrẽ vna est ô rex, via, vna ratio rectè deliberandi ac sentiendi, scire ac tenere, quòd solius Dei fingere legislator imagines nobis prohibet & arcet. Quod si dicimus, nec veteres illos ex legis instituto viuentes criminamur, nec nos Christiani delinquimus, qui martyrum, aut aliorum sanctorum virorum imagines fabricamus, & re manifesta significamus quæ illorum non apparent facta, arbitrorque neminẽ esse qui pius velit haberi, cui non sit persuasum, hunc ita distinguendum atque determinandum esse sermonem, duobusque limitibus & terminis circunscribendum, quos euertere & confundere non liceat.

Quo modo quaque ratione?

Dei imagines non esse fingendas: quinetiam si quis tale quid attentet, extremo afficiẽdum esse supplicio: homines sanctos pingẽdos, qui liberi ad Deum accessus beneficio, & vitę puritate gloriantur, & inter nos & ipsum medij quodam modo & interpretes intercedunt: aut qui quæ à Deo postulamus petimusque, referunt, & quæ nobis Deus largitur deferunt. Non est enim, nõ est vnus ô rex, profectò accedentium ad Deum, aut à Deo honoratorũ modus, sed accessus libertas, vitæ respondet, & viuendi rationi consentanea sequitur retributio. nam Deus semper est, nec vllo est ortu generatus. aliud autem quiduis nõ est sempiternum, sed ortũ & generatum posterius, ortũ & originẽ ab eo qui verè est, ducit: & ob hanc quidẽ rationem, merito Dei seruum vocetur quicquid semper est generatũ. Nã quod genitũ est, seruũ iure cẽseatur eius qui procreauit. Cæterũ pro cuiusque coniũctione & necessitudine cũ Deo, proque illinc effulgẽte splendore, varia & differens alio quodam modo, accedẽtibus appellatio nomenq; præbetur. Nã qui metu supplicij à peccatis abstinent, ij omnes mancipia Dei dicantur, verberones quidã reuera, & serui, verberum, carceris, minarum & rerum huiusmodi ne peccent, indigentes.

atqui futurorum bonorum spe ad bonum se A conuertunt, domestici illi quidem haud nominentur, sed Dei mercenarij sint, vt quis dicere possit, vt qui lucri causa, id est, mercedis, quæ sunt facienda, faciant. Qui verò supra hæc prætergressi sunt, & ad honestum sincere feruntur, non metu impendentis supplicij, non spe futurorũ bonorum ad bonum prosiliunt: sed honestatis ipsius causa quod honestũ est, conficiunt: hi thesauris sapientiæ incontaminatis referti, filij Dei merito nuncupentur, hæredes Dei, & cohæredes Christi, vt est in oraculis: qui cùm etiam hominem non exue- B rint, pro hominibus Deum præ cæteris, suis precibus exorant: & cùm circum hanc mundi capacitatem importuosam & inordinatam versentur, & tum maximè his laciniis nudati, & osseo ac comminuto puluere decusso, materiam cum materia collidendam abiecerint, ad propitium bonumque dominum puri ac mundi purè recurrunt ac reuertuntur.

Quid igitur? gentilium decretis non communicant, qui sanctorum, vt ais, hominum imagines fabricantur?

. Non ita simpliciter & inconsideratè sunt accusandi: sed considerandum est & inuesti- C gandum, quo modo Christiani eiusmodi imagines figurant?

Quo modo figurant? Communicantne ô Rex illis quos depingunt, essentiam illam ineffabilem & quæ supra omnem excellit essentiam?

Nequaquam. Quid verò? honorantne quasi primam illam & supremam sortitos causam?

Non sanè. Sed homines eos existimant mortales?

Existimant. Quid igitur criminis est, si eos, tanquam homines rati, tanquam homines pi- D cturæ mandamus? & nomen Dei vt eximium, quodque propriè non possit rebus genitis accommodari, essentiæ illi eximiæ relinquentes, quanquam essentiam illam quæ sola congruit, nec figuris, nec characteribus & formis depingimus? quo enim pacto pingamus, quod oculis non capimus? Martyrum tamen aut alioqui virorum sanctorum imaginibus vtemur, non deos censentes: (absit ita declinemus à recta via) sed domesticos & familiares Dei charos, vt & illis pro fortitudine sua gratiam referamus, & quæ à Rege illo postula- E re non valemus, nostris peccatis impedientibus ij quasi regis satellites pro nobis absentibus suo patrocinio impetrent. Si placeat autem, hoc dictum ex rebus examinetur & perquiratur. Nõne in confesso esse censes, quòd qui hoc vniuersum fabricatus est gubernator, cùm sit bonus, & omnium in eo nauigantium tranquillitati prouideat, ne instar nauis gubernaculo destitutæ, ab hominib. impulsum, vitæ fluctibus iactetur, sui quasi imaginem & figuram in terra constituerit regem?

οἱ δὲ μελλόντων ἀγαθῶν ἐλπίδι πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἱδρύσαντες, οἰκέται μὲν οὐκ ἂν ὀνομάζοιντο, μισθωτοὶ δὲ ἂν εἶεν, ὡς ἄν τις φαίη, Θεοῦ, κέρδους ἕνεκα τοῦ μισθοῦ, τὰ δέοντα πράξαντες. ὅσοι δὲ αὖ τούτους ὑπερβεβηκότες, καὶ πρὸς τὸ καλὸν ἀκραιφνῶς φανέντες, οὐ προσδοκωμένης φόβῳ κολάσεως, οὐ τῇ μελλόντων ἀγαθῶν ἐλπίδι πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἅλλονται· ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλόν, τὸ καλὸν κατεργάζονται· οὗτοι τῶν ἀκηράτων τῆς σοφίας θησαυρῶν ἐμπλησθέντες, υἱοὶ Θεοῦ κληθεῖεν ἂν δικαίως, Θεοῦ κληρονόμοι, καὶ συγκληρονόμοι Χριστοῦ χρηματίζοντες· οἱ καὶ ἄνθρωποι πεφυκότες, ὑπὲρ ἀνθρώπων Θεὸν τὸν ἁπάντων πλέον ἱκετεύοντες πείθουσι. καὶ τὸν δὲ μὲν ἔτι περιπολοῦντες τὸν ἀλίμενα καὶ ἄτακτον χῶρον· μάλιστα δὲ τότε γυμνωθέντες ῥακίων, καὶ τὴν ὀστείνην καὶ θρυπτομένην ἀποτινάξαντες χόνιν, τῇ ὕλῃ τὴν ὕλην προσρίψαντες, πρὸς τὸν ἵλεών τε καὶ ἀγαθὸν δεσπότην, καθαροὶ καθαρῶς ἀναδραμοῦσι.

Τί οὖν; τῶν Ἑλληνικῶν οὐ κοινωνοῦσι δογμάτων, οἱ τῶν ὁσίων, ὡς ἔφης, ἀνθρώπων δημιουργοῦντες εἰκόνας;

Οὐχ οὕτως ἁπλῶς κατηγορητέον αὐτῶν, ἀλλὰ σκεπτέον καὶ διερευνητέον, πῶς Χριστιανοὶ τὰς τοιαύτας δημιουργοῦσιν εἰκόνας.

Πῶς γράφουσι;

Μὴ βασιλεῦ, τῆς ἀρρήτου καὶ ὑπὲρ οὐσίαν μεταδιδόασι τοῖς γραφομένοις οὐσίας;

Οὐδαμῶς. Τί δέ, ὡς τῆς πρώτης καὶ ἀνωτάτω λαχόντας τιμῶσιν αἰτίας;

Οὐ δῆτα. Θνητοὺς δὲ αὐτοὺς φρονοῦσιν ἀνθρώπους;

Ναί. Τίς οὖν ἡ μέμψις, εἰ ὡς ἀνθρώπους εἰδότες, ὡς ἀνθρώπους γραφῇ παραδίδομεν; καὶ τὴν Θεοῦ προσηγορίαν ἐξαίρετον οὖσαν καὶ τοῖς γεγονόσιν ἐπιτεθῆναι κυρίως φύσιν οὐκ ἔχουσαν, ἐπὶ τῆς πάντων ἐξῃρημένης ἐῶντες, οὐσίας ὡς αὐτῇ μόνῃ μόνην ἁρμόζουσαν, ἐκείνην μέν, οὐ τύποις καὶ χαρακτῆρσιν συγγράφομεν; πῶς γὰρ γράψομεν, ὃ τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐ γινώσκομεν; μαρτύρων δέ, ἢ ἄλλως ἀνδρῶν ὁσίων ταῖς εἰκόσι χρησόμεθα, οὐ θεοὺς φρονοῦντες (μὴ οὕτω τῶν δεόντων ἐκπέσοιμεν) ἀλλὰ Θεοῦ οἰκέτας ἡγούμενοι, ἵνα καὶ τῆς ἀνδρείας αὐτοὺς ἀμειψώμεθα, καὶ ὅσα δεῖσθαι τοῦ βασιλέως ἀδυνατοῦμεν, ἀπὸ πλημμελημάτων εἰργόμενοι, ὡς δορυφόροι τοῦ βασιλέως ὑπὲρ ἡμῶν ἀπροσώπως αἰτῶσι. εἰ δέ σοι δοκεῖ, καὶ ἐξ ἀνθρωπίνων ἐξεταζέσθω πραγμάτων ὁ λόγος. ἆρα οὐχ ὁμολογεῖσθαι φής, ὡς ὁ τόδε τὸ πᾶν τεκτηνάμενος, κυβερνήτης ὢν ἀγαθός, καὶ τῆς τῶν ἐν αὐτῷ πλεόντων προνοῶν γαλήνης, ἵνα μὴ ἀνερματίστου δίκην ὁλκάδος ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ὠθούμενον, ἐν τοῖς τοῦ βίου πελάζοιντο κύμασιν, ὥσπερ εἰκόνα ἑαυτοῦ καὶ τύπον ἐπὶ γῆς βασιλέα ἔστησε;

Ναί. Ὁ δὲ Θεὸς μὲν οὐκ ὤν, μιμεῖσθαι δὲ Θεὸν ὡς δυνατὸν ἀνθρώπῳ βουλόμενος, ἐπεὶ περίγραπτός τέ ἐστι καὶ ἁπλῶς ἄνθρωπος, χειροτονίαις ἀρχόντων ἑτέρων τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας τὴν πολιτείαν ἐμπίμπλησιν, ἵνα καὶ ἀπὼν πᾶσι παρῇ, καὶ πόρρω διεστὼς, παρόντα ἐπάγῃ τοῖς ἀρχομένοις τὸν φόβον. Τί οὖν; ἀνέξεταί ποτε, εἰ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸ ἄρχειν ταχθέντας βασιλέας προσείπωμεν, ἢ τῆς προσηγορίας αὐτοῦ μεταδοίημεν; Οὐ δῆτα. Μέμψεται δὲ ἡμῖν, εἰ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθεῖσι, καὶ ὡς ἐν αὐτῷ δοκεῖ, τὰ πράγματα ἄγουσι, προσίωμεν καὶ ἱκετεύωμεν· καὶ ὅσα αὐτῷ προσφέρειν οὐχ οἷοί τέ ἐσμεν, αἰτήσεις ἐκείνων αὐτῷ προσαγάγωμεν; Οὐδαμῶς. Οὕτως οὖν, ὦ βασιλεῦ, καὶ Θεὸν νοητέον, χαλεπαίνοντα μὲν, εἰ ἑτέρῳ τῆς Θεοῦ τιμῆς μεταδοίημεν· ἐπαινοῦντα δὲ καὶ ἡδόμενον, εἰ τοὺς αὐτοῦ οἰκείους τιμᾶν προελοίμεθα. Ἀλλὰ γὰρ ταύτης τῆς δόξης συμβῆναι, καὶ ὁ σοφώτατος φανήσεταί σοι Παῦλος, ἐν οἷς πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστέλλει, οὐχ ἁπλῶς εἰκόνας καταγινώσκων, οὐ τοῖς ταῖς εἰκόσι κεχρημένοις μεμφόμενος, ἀλλ' ὅτι ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου· τῷ ὄντι γὰρ οὗτοι τολμητίαι τέ εἰσι καὶ ἀνόητοι, οἱ Θεοῦ μὲν τύπον ἢ μορφὴν καὶ εἶδος, οὔτε εἶδον, οὔτε ἐννοεῖν ἠδυνήθησαν· γηγενεῖς γὰρ ὄντες καὶ σπαρτοὶ, καὶ αἰσθήσεως δοῦλοι, καὶ σάρκες, ὡς εἰπεῖν, ἄψυχοί τινες καὶ ἀκίνητοι, ἀπορῶντες ὅπως ἀΰλως τῷ ἀΰλῳ προσβάλωσι, καὶ μὴ δυνηθέντες τὴν τῶν ὁρωμένων ὑπερβῆναι φύσιν, ἅπερ εἶδον μόνον, ὡς Θεὸν τετιμήκασιν. Ἔνθα καὶ θαυμαστὸν ὄντως τοῦ ἀποστόλου φαίνεται μάλιστα τὸ βούλημα· τὸ γὰρ ἤλλαξαν, ἴσον ἐκείνῳ, οἶμαι, δηλοῖ, καὶ παρίστησιν, ὡς αἱ περὶ Θεοῦ ἐνεσπαρμέναι ταῖς ψυχαῖς ἔννοιαι ἐξ ἀρχῆς τε καὶ ἄνωθεν, παραδόσεις τῶν πρώτων ἀνθρώπων, ἔνθα Θεὸν ἀληθῆ μόνον ἐγίνωσκον· οἱ δὲ, τῆς χθονίας ἐρασταὶ σοφίας, ἀφιλοσόφῳ φιλοσοφίᾳ, καὶ λόγῳ ἀλόγῳ, τῆς εὐσεβείας τὰς ῥίζας τολμηρῶς ἀνασπάσαντες, ἤλλαξάν τε αὐτὰς, καὶ ἑτέραν ἐτράποντο· καὶ πολυθεΐας ἐμβεβληκότες φυτὰ, προὔδωκαν ἣν εἶχον ἀλήθειαν, ἀνθρώπου ὁμοίωμα καὶ πετεινῶν καὶ ἑξῆς, τῷ Θεῷ περιεχόμενοι. Ἐναλλάττει γὰρ ὃ πρότερον εἶχεν, ἀντὶ τοῦ ὄντος, τὸ μὴ παρὸν αὐτῷ προαιρούμενος· ὃ δὲ μὴ εἶχεν, οὐκ ἂν ἐναλλάττειν πώποτε ἕλοιτο.

Ἆρ' οὖν τοῦτό ἐστιν ὃ διεξῄεις, ὡς ἐπὶ μόνου Θεοῦ παραδεκτέον τὸν τοῦ νομοθέτου λόγον, καὶ ὡς ἐπὶ τούτου τὰς εἰκόνας γράφειν ἐκώλυσε;

Τοῦτό γε ἔφην, καὶ λέγειν οὐδέποτε παύσομαι. Τί δὲ οὖν, Θεὸν ἀληθῆ τὸν Χριστὸν κηρύττεις; Ἔγωγε. Χριστοῦ δὲ εἰκόνα οὐ γράφεις;

A Censeo. Hic verò, Deus cùm non sit, Deumque velit, quatenus homo potest, imitari, quandoquidem & circunscribi potest, & simpliciter est homo, creatis alijs magistratibus, sua totam rempublicam præsentia explet, vt & absens omnibus adsit, & procul remotus, præsentem subditis incutiat metum. Quid igitur? patietur aliquando, si eos quos ad imperandum constituit, reges salutemus, aut suam appellationem cum eis communicemus? Non sanè patietur. At vitio nobis vertet, si ad eos quos delegit, & qui vt vult, res administrant, accedamus & B supplicemus, quæque sibi non possumus offerre, illa ab his postulemus? Nequaquam. Ad eundem ergo modum, ô rex, Deum quoque intelligere debemus, & succensere, si cum altero diuinum honorem communicemus: & laudare ac lætari, si suos familiares & domesticos in honore habeamus. Quinetiam in hac esse sententia tibi sapientissimus ille Paulus apparebit ex iis verbis quæ scribit ad Romanos: vbi non absolutè & simpliciter imagines condemnat, non eos qui sunt imaginibus vsi reprehendit, sed quòd mutauerunt incorru- C ptibilis Dei gloriam in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Re vera enim hi sunt temerarij dementesque, qui Dei figuram aut formam & speciem neque viderint neque intelligere potuerint. Nam quum terrigenæ & satu procreati, sensuum serui, & ve ita dicam, carnes inanimæ atque immobiles sint, nescientes quomodo sine materia ad illum qui esset omnis expers materiæ, accederent, nec valentes rerum quæ videntur naturam prætergredi, ea solum quæ viderunt vt Deum honore affecerunt. Vnde etiam Apostoli consilium vere admirandũ videri debet. D nam verbum Commutarunt idem quod illud significat, ostenditq; quòd in animis insitæ de Deo notiones, ab initio & ab omni antiquitate traditiones sunt primorum hominum, vnde Deum verum cognouerunt vnum. Hi verò, terrestris sapientię amore capti, per philosophiam philosophiæ nomine indignam, & per rationem ratione carentem, pietatis ac religionis radicibus audacia temeraria euulsis, ipsas immutarunt, & aliam ingressi sunt viam: & stirpibus erroris de multitudine deorum, iniectis, quam tenebant veritatem prodiderunt, hominis similitudinem, volucrum E & cæterarum rerum eiusmodi, Deo tribuentes. Mutare enim est, quum quis quam rem prius habebat pro ea quæ est, eam quæ non est præsens, mauult: ac nemo quod non habebat, id vnquam mutasse voluerit.

Ergóne illud est quod asseris, de solo Deo legislatoris sermonem accipiendum esse, & eius imagines pingere prohibuisse?

Hoc sanè asserui, & asserere nũquã cessabo. Quid igitur, Deũ verum Christũne prędicas? Prædico. Christi verò imaginem non pingis?

Immo. Quî fit ergo, si Deum verum Christum prædicas, vt imagines Christi pingas, si pingere imagines Dei vetuit legislator? Bene tibi sit, ô rex. nam quod à te quæsitum est, id clariùs decretum exhibebit. responde enim, Nonne Deum verum & hominem verum Christum prædicas? Ita facio Factus autem homo Christus, perfecténe est & hoc & illud, neque suam ipsius naturam minuit, neque quod assumpsit, in diuinitatis naturam commutauit? Ita est profectò. Non confiteris verò & ais nos non posse alium & alium esse Christum pronunciare? sed eundem & vnum alia atque alia ratione impatibilem ac patibilem dici, quatenus Deus, illud: quatenus idem homo, hoc? Quid igitur? non quatenus Deus est, conspici & tangi non potest, sed intelligi? quatenus autem homo, & videri & tangi apparereque potest? Itaque quanquam scimus Deum verum quem pingimus, (Deus enim verè est & incarnatus Christus) non tamen hoc ipso quia Deus est, Christum pingimus, neque hac consideratione imagines ei dicamus: sed quoniam ipse homo fuit, & in terris apparuit, imaginibus vsi sumus: & neque quod videtur & circunscribitur, ad modum & mensuram eius quod neque videtur nec circunscribitur, metimur, ne nostræ saluti res ea fraudi sit: neque rursum quod tangi, videri atque circunscribi non potest, ad tactus, circumscriptionis & visus rationem expendentes insano furore figurare informareue conamur, immo potius edocti, quod in vno Christo adest & quod videri potest & quod non videri, quod circunscribi & quod non circunscribi, indistinctè & inconfusè, pro naturarum ex quibus constat, ratione, propria cuique harum vt suprà demonstratum est, & quæ sua cuiusque sunt, attribuere scimus, idque modus imaginum quas fingimus, monstrabit Aut enim in cunis iacentem depingunt, aut à matre Dei genitrice alimentum capientem, aut discipulos docentem, aut astantem Pilato, aut in ligno suspensum: aut alia eiusmodi quæ illius præsentiam in terra demonstrant: quorum nihil fuit quatenus Deus erat, sed quatenus idem homo fuit. Si enim homo nunquam fuisset, neque hominis formam aut speciem in terra voluntariò accepisset, non ea vtique pingerentur, neque in eo locum habuisse reciperentur. Si autem verbum caro factum est, & super terram apparuit, & visus est hominibus homo, qui prius absque carne Deus erat, & incorporeus, nihil iniquè faciamus opinor, si quod vidimus, id pictura repræsentare volumus.

Παύω γε. Πῶς οὖν, εἰ Θεὸν ἀληθῆ τὸν Χριστὸν κηρύττεις, Χριστοῦ δὲ εἰκόνας γράφεις, εἰ Θεοῦ γράφειν εἰκόνας ὁ νομοθέτης ἐκώλυσεν; Εὖ σοι γένοιτο, ὦ βασιλεῦ· τὸ γὰρ παρὰ σοῦ κινηθὲν, σαφέστερον τὸ δόγμα παραστήσει. εἰπὲ γάρ, οὐ Θεὸν ἀληθῆ, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῆ, τὸν Χριστὸν κηρύττεις; Οὕτως ἔχω. Ἄνθρωπος δὲ γενόμενος ὁ Χριστὸς, οὐ τέλειός ἐστιν ἀμφοτέρως τοῦτο κἀκεῖνο, καὶ οὔτε τὴν οἰκείαν φύσιν ἐμείωσεν, οὔτε ὃ προσέλαβεν, εἰς θεότητος φύσιν μετέβαλε; Καὶ μάλα. Οὐ συνομολογεῖς δὲ καὶ φὴς ὡς ἄλλον μὲν καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν οὐκ ἄν ποτε φαίημεν· τὸν αὐτὸν δὲ ἕνα κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο ἀπαθῆ καὶ παθητὸν λεγόμενον; καθὸ μὲν Θεὸς, τοῦτο· καθὸ δὲ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, ἐκεῖνο; τί δὴ, οὐ καθὸ μὲν Θεὸς, ἀόρατός τέ ἐστι καὶ ἀναφὴς, καὶ νοούμενος; καθὸ δὲ ἄνθρωπος, καὶ ὁρατὸς καὶ ἁπτὸς φαινόμενος; οὐκοῦν εἰ καὶ Θεὸν ἴσμεν ἀληθῆ τὸν γραφόμενον (Θεὸς γὰρ ὡς ἀληθῶς, καὶ σεσαρκωμένος ὁ Χριστὸς) ἀλλ' οὐ καθὸ Θεὸς τὸν Χριστὸν γράφομεν, οὐδὲ κατὰ τοῦτο τὰς εἰκόνας αὐτοῦ ἀνατίθεμεν· καθὸ δὲ ἄνθρωπος ἦν ὁ αὐτὸς, καὶ ἐπὶ γῆς ἐφάνη, ταῖς εἰκόσι κεχρήμεθα, καὶ οὔτε τὸ ὁρατὸν καὶ περιγραπτὸν τοῖς τῆς ἀορασίας καὶ ἀπεριγραφίας ἀναχωρίζομεν μέτροις, ὡς ἂν μὴ τὴν σωτηρίαν διαφθείρωμεν, οὔτε αὖ τὸ ἀναφὲς καὶ ἀόρατον καὶ ἀπερίγραπτον τοῖς τῆς ἐπαφῆς καὶ περιγραφῆς καὶ ὁράσεως καταγχωμίζοντες λόγοις μανιωδῶς διαμορφοῦν ἐπιχειροῦμεν· μᾶλλον δὲ εἰδότες, ὅτι τῷ ἑνὸς Χριστοῦ πρόσεστι, τό, τε ὁρατὸν καὶ ἀόρατον περίγραπτόν καὶ ἀπερίγραπτον ἀδιαιρέτως τε καὶ ἀσυγχύτως κατά γε τὰ τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων, ἰδίᾳ ἑκάστῳ τούτων κατὰ τὰ προαποδεδειγμένα, τὸ οἰκεῖον ἀπονέμειν μεμαθήκαμεν. καὶ τοῦτο δείξει τῶν γραφομένων εἰκόνων ὁ τρόπος, ἢ γὰρ ἐν φάτνῃ κείμενον γράφουσιν, ἢ ὑπὸ τῆς μητρὸς θεοτόκου τρεφόμενον, ἢ ὁμιλοῦντα τοῖς μαθηταῖς, ἢ παρεστῶτα Πιλάτῳ, ἢ ἐπὶ ξύλου κρεμάμενον, ἢ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα τὴν ἐπὶ γῆς αὐτοῦ παρουσίαν δείκνυσιν· ὧν οὐδὲν ἦν καθὸ Θεὸς ἦν, καθὸ δὲ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἦν. Εἰ μὲν γὰρ ἄνθρωπος οὐκ ἐγεγόνει ποτὲ, οὐδὲ ἀνθρώπου μορφὴν, ἢ εἶδος ἐπὶ γῆς ἑκουσίως ἀνείληφεν, οὐκ ἂν ταῦτα ἐγράφετο, οὐδὲ ἐπ' αὐτοῦ χώραν γενέσθαι ἐδέχετο. Εἰ δὲ σὰρξ ὁ λόγος ἐγένετο, καὶ ἐπὶ γῆς ἐφάνη καὶ ὤφθη ἀνθρώποις ὁ ἄνθρωπος, ὁ πρὶν ἄσαρκος Θεὸς, καὶ ἀσώματος, οὐκ ἂν ἀδικοῖμεν, οἶμαι, ὃ ἑωράκαμεν, τῇ γραφῇ σημαίνειν ἐθέλοντες.

Τί δὲ βούλει περὶ τῆς τῶν ἄλλων εἰκονογραφίας λέγειν; οὐδὲ γὰρ οἶμαι, ἐρεῖς, ὡς καὶ τὰς ἀγγέλων οἱ ζωγράφοι γινώσκουσι μορφὰς, καὶ πρὸς εἶδος ἐκείνων ἀποβλέποντες γράφουσιν. Εἶδος μὲν ἀγγέλων, ἢ μορφὴν ἔγωγε οὔτ' ἂν εἰδέναι φαίην αὐτοὺς, οὔτε ὡς εἰδότας ποιεῖν τὰ γραφόμενα· ἀνθρώπου δὲ αὐτοῖς περιτιθέασιν εἶδος, τῇ γραφῇ ὡς οἶμαι πειθόμενοι. Πόθεν τοῦτο φής; Οὐκ οἶσθα ὡς περὶ τῶν τῷ Ἀβραὰμ παρὰ τὴν δρῦν ἀγγέλων ἡ γραφή που φησὶν, ὡς ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς Ἀβραὰμ τρεῖς ἄνδρας αὐτῷ παρεστῶτας εἶδε· τί δὲ, οὐ τοὺς αὐτοὺς ἐν Σοδόμοις ἀγγέλους, ὡς ἄνδρας φαινομένους εἰσήγαγεν; Οὐκοῦν. Εἰ δὲ οὕτω πλάττονται, οὐδὲ ἀλόγου τόλμης ἔκγονον αὐτοῖς τὰ γραφόμενα, ἀλλ' οἷοι ὤφθησαν, τοιούτους ταῖς εἰκόσιν ἐγγράφουσι. Καὶ πόθεν αὐτοῖς ἡ τῶν πτερῶν προσθήκη ἐφεύρηται; Οἶμαι ὅλως, ἵνα μὴ ἄνθρωποι τελείως νοοῖντο, τῇ προσθήκῃ τὸ διαλλάττον ἐδήλωσαν· οὐδέ γε αὐτὴν ὡς δοκῶ, τὴν προσθήκην ἀλόγῳ θαρρήσαντες τόλμῃ, ἀλλὰ τὸ ἀεροπόρον αὐτῶν αἰνιττόμενοι, καὶ τὴν κατ' οὐρανὸν ἐν Θεῷ διαιτὴν, καὶ τὰς ἐκεῖθεν δι' ἡμᾶς καὶ πρὸς ἡμᾶς συντόμους καθόδους, καὶ τὰς εἰς οὐρανὸν ἐξ ἡμῶν ἑτοίμους ἀνόδους, ἐπτερωμένους αὐτοὺς ὑπογράφουσιν· ἤδη δὲ καὶ Μωσέως πτέρυγας ἔχοντα τυπωσαμένου καὶ Χερουβίμ (ἄγγελοι δὲ καὶ ταῦτα· καὶ γὰρ ἁπλῶς τὰς οὐρανίους τε καὶ νοερὰς δυνάμεις, ἀγγέλους καλοῦσιν, ὡς Διονυσίῳ δοκεῖ) οὐκ ἀπεικότως ἡγοῦμαι, τῷ παραπλησίῳ τῶν παραδειγμάτων ἐχρήσαντο.

Καὶ νῦν, ὦ βασιλεῦ, μνημονευτέον ἐκείνων, καὶ ἀπρὶξ τῇ ψυχῇ φυλακτέον, ὡς εἰ καὶ ἀγγέλων εἰκόνας γράφομεν, κτίσμα πάλιν ἡμῖν τὸ γραφόμενον. καὶ προσίεμαι αὐτοῖς, οὐχ ὡς τὴν ἀνωτάτω καὶ πρώτην κληρωσαμένοις οὐσίαν (μὴ οὕτω μανείην, ὡς Θεὸν νοεῖν τὸ κτιζόμενον) ἀλλ' ὡς συνδούλοις πολλὴν πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην παρρησίαν κεκτημένοις, διὰ τὸ πλούσιον τῆς ἀρετῆς.

Ὁ δὲ βασιλεὺς τῇ πρὸς ἀπόκρισιν ἀφασίᾳ πιεσθεὶς, μόλις τε νεκρόν τι καὶ ἄπηχες ἀποφθεγξάμενος, τοῦ ἰδίου λόγου φυγὰς ἀνάνδρως ἐγένετο, καὶ καθαρὰν τὴν ἧτταν καθωμολόγησεν.

A Quid verò de aliarum rerum imaginibus pingendis vis adferre? neque enim credo, dices, angelnrum formas à pictoribns cognosci, & imagines ad speciei exemplar intuentibus depingi. Speciem equidem angelorum aut formam, nec ab iis scin dixerim, neque vt à scientibus imagines depingi: sed humanam eis speciem appingunt, scriptura vt arbitror persuasi. Vndenam hnc ais? Nescis de angelis qui ad quercum apparuerunt Abrahamo, scripturam alicubi dicere, quòd Abraham oculis in cœlum sublatis tres viros sibi astantes aspexit. Quid ergo? nonne eosdem Sodomis angelos apparentes induxit vt viros? Certè. Si B verò ij tales pingantur finganturue, id ab insana prnfectum audacia videri non debet, sed quales oculis hominum apparuerunt, tales imaginibus sunt à pictoribus repręsentati. At vnde illis alarum additamentum est excogitatum? Arbitrnr inde omnino, ne homines intelligerentur absolutè, hoc additamentn discrimen pictores mnnstrasse: neque sanè, vt mihi videtur, absque ratione & incnnsideratè hoc adiungere sunt ausi, eorum progressum per aërem obscurè innuentes, & conuersationem in cœlo cum Deo, & illinc quas propter nos & ad nos, celeres faciunt descensiones, & C rursum à nobis in cœlnm promptas ascensinnes: idcirco alatos eos & pennigeros depingunt: iam verò quum etiam Moses Cherubim figurauerit alata (sunt autem & ea angeli: etenim simplicitet cœlestes & intelligentes virtutes, angelos appellant, sicut Dionysin videtur) nnn ineptè nec incongruenter opinor, similitudine vsi sint exemplorum.

Et nunc, ô rex, quæ diximus, memoria tenenda sunt & mnrdicus animo retinendum, quòd etiam si pingimus imagines angelorum, id quod pingitur, ctearura nobis cen- D setur: ad eosque accedo, non vt supremam illam ac primam nactos essentiam: (absit ita egn insaniam, vt Deum esse cogitem quod creatura est) sed vt ad conseruos multam libertatem apud commnnem dominum adeptos, quoniam virtutis copia ditescunt.

Rex autem cùm quod responderet nihil habens premeretur, vixque tandem nescin quid mortuum & insonum inclamasset, sui ipse sermonis exul ignauiter actus est, & se planè victum & expugnatum est fassus.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ

ΗΜΩΝ ΔΩΡΟΘΕΟΥ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΙ

ψυχωφελεῖς διάφοροι.

Πίναξ τῆς παρούσης βίβλου.

Διδασκαλία διάφορος τοῦ ἁγίου Δωροθέου πρὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητάς.

BEATI DOROTHEI ARCHIMANDRITÆ EXPOSITIONES ET DOCTRINÆ

diuersæ, animabus perutiles, De vita rectè & piè instituenda.

Cum interpretatione Hilarionis Veronei monachi Benedictini, recognita & emendata in hac editione Parisiensi an. 1622.

Περὶ ἀποταγῆς. διδασκαλία α.
Περὶ ταπεινοφροσύνης. διδασκαλία β.
Περὶ συνειδήσεως. διδασκαλία γ.
Περὶ φόβου Θεοῦ. διδασκαλία δ.
Περὶ τοῦ μὴ στοιχεῖν τῇ ἰδίᾳ γνώσει. διδασκαλία ε.
Περὶ τοῦ μὴ κρίνειν τὸν πλησίον. διδασκαλία ς.
Περὶ τοῦ ἑαυτὸν μέμφεσθαι. διδασκαλία ζ.
Περὶ μνησικακίας. διδασκαλία η.
Περὶ ψεύδους. διδασκαλία θ.
Περὶ τοῦ μετὰ σκοποῦ καὶ νήψεως ὁδεύειν τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ. διδασκαλία ι.
Περὶ τοῦ σπουδάζειν ταχέως ἐκκόπτειν τὰ πάθη ἀπὸ τῆς ψυχῆς πρὶν ἢ εἰς ἕξιν κακὴν γένεσθαι. διδασκαλία ια.
Περὶ φόβου τῆς μελλούσης κολάσεως καὶ τοῦ μηδέποτε ἀμελεῖν τῆς ἰδίας σωτηρίας. διδασκαλ. ιβ.
Περὶ τοῦ ἀταράχως καὶ εὐχαρίστως φέρειν τοὺς πειρασμούς. διδασκαλία ιγ.
Περὶ οἰκοδομῆς τῶν τῆς ψυχῆς ἀρετῶν. διδασκαλ. ιδ.
Περὶ τῶν ἁγίων νηστειῶν. διδασκαλία ιε.
Πρός τινας κελλιώτας περὶ τοῦ παραβάλλειν ἐρωτήσαντας. διδασκαλία ις.
Πρὸς τοὺς ἐν μοναστηρίοις ἐπιστάτας καὶ μαθητάς, πῶς δεῖ ἐπιστατεῖν τῶν ἀδελφῶν, καὶ πῶς τοῖς ἐπιστατοῦσιν ὑποτάσσεσθαι. διδασκαλία ιζ.
Περὶ τοῦ ἔχοντος τὴν διακονίαν τοῦ κελλαρείου. διδασκαλία ιη.
Περὶ διαφόρων ῥημάτων ὡς ἐν συντόμῳ. διδασκαλία ιθ.
Πρὸς ἀδελφὸν ἐρωτήσαντα περὶ ἀναισθησίας ψυχῆς καὶ περὶ ψύξεως ἀγάπης. διδασκαλία κ.
Περὶ πένθους. διδασκ. κα.
Ἑρμηνεία τινῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου. δ. κβ.
Ἑρμηνεία ἑτέρα τῶν ῥητῶν τοῦ Γρηγορίου. δ. κγ.

De Renunciatione. Doctrina. 1.
De humilitate. Doct. 2.
De conscientia. Doct. 3.
De diuino timore. Doct. 4.
Ne nos ipsos informemus. Doct. 5.
Ne proximum iudicemus. Doct. 6.
De accusatione suiipsius. Doct. 7.
De ira. Doct 8.
De mendacio. Doct. 9.
Ne desides & negligentes curramus viam Dei. Doct. 10.
Vt studeamus à nobis præcidere huiuscemodi passiones. Doct. 11.
De timore & pœnis inferni. Doct. 12.
Vt viriliter & cum gratiarum actione aduersa quæque feramus. Doct. 13.
De ædificio & harmonia virtutum. Doctr. 14.
De sancto ieiunio. Doct. 15.
De frequentia cellæ. Doct. 16.
De institutione fratrum. Doct. 17.
Dialogus eiusdem ad eum qui penum administrat. Doct. 18.
Expositiones breues eiusdem & compendiosæ sententiæ. Doct. 19.
De insensibilitate animæ & frigiditate charitatis. Doct. 20.
Alter dialogus: & primo de planctu. 21.
Expositio in quædam verba diui Gregorij Nazianzeni. Doct. 22.
Item alia super eiusdem verba. Doct. 23.

Sermo nouissimus de compositione Ecclesiastici ordinis.

AD OBSERVANDISSIMVM PATREM, DOMINVM OLIVERIVM CARAPHAD, CARDINALEM NEAPOLITANVM, Hilarionis Veronei in Beati Dorothei traductionem, Præfatio.

DOROTHEVM de monastica institutione cùm nuper è media delectum Græcia (vt aiunt) Latinum fecissem, credidi hoc muneris pluribus rationibus amplitudini tuæ dedicandum. Atque imprimis vt tuorum erga me meritorum magnitudini gratiam vllam aliquando referrem, constarétque apud te omnis otij mei ratio, cuius op[...] im Cato reddendam putauit: vt cùm obtrectationis inuida, quæ semper virtutis comes est, decessisset, apud posteros industriæ ac labori meo testimonium & iudicium tuum non deesset. Quod ego sanè tanti facio, vt eo habito, nullum vlterius mihi putem requirendum. Est enim eius venerabilis & apostolici senatus tui laus non minima, decus eximium, ornamentum maximum. Téque & virtutis & generis nobilitas exornat, attollit præstantia morum, vitæ integritas, humanitas, clementia admirabilem reddit. Præterea cum inter viros religiosos, quos omnes mirum in modum obseruas & colis, nos monachos peculiari quadam & præcipua beneuolentia amplectaris & foueas, vt haberes à me volui, quo hic cœtus noster cùm te visendi studio adiret, abs te moneretur & instrueretur. Quod sanè commodius meliúsque faceret nemo: Si præcepta hæc Dorothei nostri non solum legenda sed etiam perdiscenda tibi proposueris. quod vt facias operæ precium puto. Cum verò sententiæ admodum variæ sint interpretum, atque alij verbum è verbo transferendum putent, alij sententias tantùm traducendas dicant, fateor in hoc opere meo quoppiam me temperamentum & medium inter vtrumque tenuisse: Atque interdum verba verbis vbi aptè concinnéque incidere videbantur, reddidisse, nonnunquam verò illa orationi nostræ inimica, insolentia & barbara, tanquam scopulos, vt præcipue solitus erat Cæsar, declinasse, & sententias tantum, vt monet Horatius, transtulisse, imitatum Ciceronem ac Hieronymum meum. Quorum primus in conuertendis nobilissimis orationibus, inter se que contrarijs Æschinis & Demosthenis, sese ait illas non vt interpretem, sed vt oratorem conuertisse, iisdem sententijs eorum, formis ac figuris, at verbis ad nostram consuetudinem aptis, nec verbum pro verbo necesse habuit reddere, sed genus omnium verborum vsumque seruare. Non enim putauit illa lectori annumerari oportere: sed tanquam appendere. Eius verba hæc sunt in ipsarum orationum prologo: Conuerti ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes Æschinis & Demosthenis, quas sicut spero ita expressero, virtutibus vtens illorum omnibus, id est, sententijs, & figuris, & rerum ordine: Verba persequens eatenus, vt ea non abhorreant à more nostro: Quæ si à Græcis omnia conuersa non erunt, tamen vt generis eiusdem sint, elaborauimus. Quanta item Tullius prætermiserit tam in ipsis orationibus Æschinis & Demosthenis quàm in Pythagora, Platone, & Xenophonte, quos transtulit, quanta addiderit, quanta mutauerit, vt proprietatem alterius linguæ suis proprietatibus explicaret, exemplaria vtraque legentibus inuersa sæpe. Et Terentius, Plautus, ac Cæcilius veteres comicos interpretati, decorem & elegantiam nostram in translatione seruauerunt. Diuus quoque Hieronymus in Eusebij translatione huiuscemodi præfatione vsus est: Difficile est alienas lineas insequentem non alicubi excidere. Et arduum vt in alia lingua bene dicta sunt, eundem decorem in translatione conseruent. Significatum est aliquid vnius verbi proprietate, non habeo meum quo [...] efferam, & dum quæro implere sententiam longo ambitu vix breuis spacij consummo. Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum: Ipsum postremo suum, & vt ita dicam, vernaculum linguæ genus. Si ad verbum interpretor, absurdè resonant: Si ob necessitatem aliquid in sermone, in ordine mutauero, ab interpretis videbor officio recessisse. Quod ita esse, si quis experiri voluerit, non satis contentus horum duorum eloquentissimorum virorum iudicio, testimonio, auctoritate, ipse Demosthenem, Socratem, Homerum, ad verbum exprimat in Latinum, videbit ordinem ridiculum, & hos quos eloquentiæ principes, flumina, officinas omnes appellant, vix loqui scire iudicabit. Idem enim mihi videtur in cuiusque linguæ idiomate, quod est in cuiusque gentis moribus & legibus, vt non omnibus scilicet eadem honesta sint & turpia, decora & prophana. Nam apud Romanos laudi datur in conuiuium vxorem ducere, apud Græcos verò nefas est, sedentque mulieres in penetralibus, & in interiore parte ædium, qui locus gynæconitis appellatur, neminique adire eas licet, & quàm rarissimè prodeunt. Spartanæ virgines ante nuptias luctantur in palæstra, nostræ vix apparent ante id tempus. Viduæ nobilissimæ apud Lacedæmonias ad scenam eunt mercede conductæ, apud nostros summæ turpitudini ducitur in scenam prodire & populo esse spectaculo. Laudantur in Græcia adolescentuli qui plurimos habuerint amatores, apud nos verò huiuscemodi habentur impudicissimi. Licuit Athenensibus eodem patre natam sororem vxorem ducere. Quin Cimon summus Athenensium vir fecit haud turpiter, qui Elpinicem sororem germanam habuit in matrimonio. Nostris vero moribus id summum nefas habetur. Musices laus in omni Græcia, quæ maxima, fuit, nec satis eruditus & doctus habebatur qui eiusmodi disciplinam non callusset. Vnde inter summas Epaminondæ virtutes ea quoque non mediocris est, quod commode ad numerum saltauerit, scienterque tibijs cecinerit: & Themistocles habitus indoctior est, quòd oblatam sibi de more lyram in conuiuio recusauerit, vt ait Cicero. Quam etiam tanti facit Socrates apud Platonem, vt mutationem Musices periculosam arbitretur. Reip. tan-

quàm si ciuium fortuna ex fidibus penderet. Romani verò hanc laudem in suis imperatoribus minimè desiderauerunt. Non iniuriam igitur me fecisse credo, si tantis exemplis decorem magis Latinum quàm Græcam proprietatem seruare volui, & sententias potiùs transferre, quàm verba. Quod etiam præter eos quos superius nominaui Hilarius confessor fecit, in translatione Homeliarum in Iob, & Psalmorum expositione. Qui sanè admodum se in ipsa interpretatione detorsit, nec dormienti literæ assedit: sed quasi captiuos sensus in nostram linguam victoris iure transposuit. Et Hieronymus Antonij monachi vitam ita transtulit, vt nihil in ea desit ex sensu, cùm multa desint ex verbis. Sed in hac tanta sententiarum opinionúmque varietate, Pater dignissime Oliueri, eris tu mihi alter Aristarchus, qui philosophantes non tam iudices quàm corrigas. Ita verò leges Dorotheum nostrum cùm tibi vacuum fuerit, vt apostolicum dogma cum monastica disciplina commisceas.

BEATI DOROTHEI ARCHIMANDRITÆ, DE VITA RECTE ET PIE INSTITVENDA, Doctrinæ.

LAVRENTIVS MONACHVS pio Lectori S.

HABES Candidissime lector, in his beati Dorothei Doctrinis, verè Dei donum nuncupatis, quicquid ad bene beateque viuendum, & ad illam supernam fœlicitatem capessendam attinet, Hilarione interprete, sacræ Casinensis congregationis monacho vndecunque doctissimo. Inter cætera doctrinæ eruditionisque suæ monumenta, hæc pauca ex multis prodierunt in lucem. In primis quidem translationem fecit Dialectices Ioannis Damasceni facilè principis Græcorum omnium de orthodoxa fide scribentium, necnon ipsius philosophiam (quæ not adveram Dei Opt. Max. sapientiam comitatur) Latinitati posterisque donauit. Enimuero dum noster interpres in humanis ageret, & Hierosolymam visendi desiderio ductus pergere cœpisset, in itinere constitutus, Rhodo insulæ ex Cycladibus præcipuæ, diem clausit extremum, naturæque concessit, ciuibus cunctis, monachisque omnibus eius transitum collacrymantibus. Plura alia scripsit, quæ ad nostram memoriam notitiamque non peruenerunt. Vale, si æqui ac iusti rectique consulis.

A

PRÆFATIO BEATI DOROTHEI.

CVM duo Dorothei, totidemque Barsaouphij fuerint, quorũ alteri Seueri errores defenderũt, alteri sanam doctrinam & pietatis exercitia retinuerũt, sciendum est eorũ ipsorum qui recte senserunt, in hoc libello mentionẽ fieri. Quem & virtutũ præcepta tradẽtem, & quę animã quoque meliorem reddere possint, docẽtem, nobis amplectẽdũ esse sciamus. Idque eo magis, quòd Beati eius Dorothei, qui inter sanctos Patres & recte sentiẽtis & laudati viri nomẽ tulit, citra cõtrouersiam hic labor est: ac nequaquã alterius illius noua atq; aliena opinãtis ac malè cõciliati hominis. Cui⁹ rei Theod. pater noster, Christiq; cõfessor, qui studiorũ omniũ eruditione & sapiẽtia præcellere putatur, testis est locupletissimus. Qui cũ in supremo suo elogio, quod inter discipulos cõdiderat, suæ fidei confessionẽ edidisset, & impiarũ de Deo & vera religione opinionũ autores, ad vnũ oẽs sua hæreditate indignos iudicasset, inter cętera inquit: omnia quidẽ à Deo tradita Noui ac veteris testamẽti volumina agnosco: ac prętetea sanctorũ diuinorũq; patrũ & doct. vitã ac scripta approbo.

P. Theodorus.

B

C

ΠΡΟΛΟΓΟΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ Δωροθέου.

ΙΣΤΕΟΝ ὅτι δύο γεγόνασι Δωρόθεοι καὶ δύο Βαρσανούφιοι· οἱ μὲν, τὰ Σευήρου φρονοῦντες, οἱ δὲ ὀρθοδοξίαν καὶ τελείαν ἄσκησιν ἀσπασάμενοι. καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἐμφερόμενοι τῇ δὲ τῇ βίβλῳ· ὅθεν καὶ ἀποδεκτέαν ταύτην ἔχομεν ὡς ἐνάρετον καὶ ψυχωφελῆ ὅτι μάλιστα, ὡς τοῦ μακαρίου Δωροθέου, τοῦ ὀρθοδόξου καὶ ἐπισήμου φανέντος ἐν τοῖς πατράσι, τοῦ ὄντι ἀπαραχάρακτον πόνημα, καὶ οὐ τοῦ ἑτεροφρόνος καὶ σκαιοῦ. καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν καὶ τοῦ Χριστοῦ ὁμολογητὴς Θεόδωρος ὁ τῶν σπουδῶν πεφηνὼς πάνσοφος ἡγούμενος, ἐν τῇ διαθήκῃ τῇ πρὸς ἑαυτοῦ μαθητὰς δῆ μάλα ὑπέδειξε μετὰ τὸ ὑποσημειώσασθαι τῆς ἑαυτοῦ πίστεως τὸ φρόνημα, καὶ ἀποκηρύξαι συλλήβδην τοὺς ἀθέους αἱρετικούς, φήσας οὕτως προσέτι, Καὶ πᾶσαν βίβλον θεόπνευστον παλαιᾶς τε καὶ νέας διαθήκης ἀποδέχομαι· ἔτι γε μὴν καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν θεσπεσίων πατέρων, διδασκάλων τε καὶ ἀσκητῶν τοὺς βίους τε καὶ τὰ θεῖα συγγράμματα.

Quæ

τοῦτο δ' εἴρηκα διὰ τὸν φανερῶς βλαβερὸν Πάμφιλον τὸν ἀπὸ ἀνατολῆς φοιτήσαντα, καὶ τοὺς δὲ τοὺς ὁσίους διαβαλόντα, λέγω δὲ Μάρκον, Ἡσαΐαν, Βαρσανούφιον, Δωρόθεόν τε καὶ Ἡσύχιον· οὐ μὴν Βαρσανούφιον καὶ Ἡσαΐαν καὶ Δωρόθεον, τοὺς τῶν ἀκεφάλων συνακεφάλους, καὶ τοὺς λεγομένους δεκακεράτων συνομοκεράτας, καὶ ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Σωφρονίου ἐν τῷ λιβέλλῳ αὐτοῦ ἀναθεματιζομένους· ἑτέρων δηλονότι παρὰ τοὺς δὲ ὄντων τῶν προειρημένων· οὓς ἐγὼ παραδεδεγμένους ἀποδέχομαι διά τε ἐρωτήσεως τοῦ ἤδη ἀρχιερατεύσαντος Ταρασίου B τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου· ἑτέρων τε ἀξιοπίστων προσώπων αὐτοχθόνων τε καὶ ἀνατολικῶν. καὶ τὰ δὲ καὶ τὴν εἰκόνα Βαρσανουφίου ἐν τῇ θείᾳ ἐνδυτῇ τῇ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας συνίστασθαι ἁγίοις πατράσιν, Ἀντωνίῳ, Ἐφραὶμ καὶ ἑτέροις καὶ ὡς μήτι ἐν ταῖς διδασκαλίαις αὐτῶν αἱρετικῶς ἀσέβημα· τοὐναντίον δὲ καὶ πολλὴν ψυχικὴν λυσιτέλειαν· ἰδοὺ τούτων διακρινήσεται ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος τὴν τῶν ἑκατέρων Δωροθέων δόξαν, καὶ τὴν C τοῦ ἐνταῦθα ἐμφερομένου διδασκαλίαν, ὡς ὠφελιμωτάτην εἶναι ἀπεφήνατο· ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν ἀληθῶς ψυχωφελὴς πάνυ· καθ' ἣν ὁ ἀκριβαζόμενος τὸν ἑαυτοῦ βίον, εἰς τὸ τέλειον μέτρον ἐν Χριστῷ τῆς ἀρετῆς ἐλάσειε· καὶ τῷ τῆς ἀπαθείας στεφάνῳ ἐφθαρκῶς ἐγκοσμηθήσεται, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς, μετὰ τῶν ἁγίων ἀξιωθήσεται.

A Quæ quidem propter apertè perniciosam Pamphili doctrinam dico, qui ex oriente aduenticiis, sanctos illos viros, Marcum, Esaiam, Barsanuphium, Dorotheum & Hesychium calumniari veritus non est. Nec verò ego cùm Bersanuphium, Esaiam, Dorotheum nomino, illos Acephalorum propugnatores, qui & ipsi sine capite sunt, aut eorum qui δεκακεράτων dicuntur, coniuratos, à sancto Sophronio tabella anathematis confixos, intelligo. Ab his enim longè diuersissimi sunt superiores illi: quos non solùm ex sanctissimo Patriarcha Tarasio, qui hoc tempore summo sacerdotio B præest, sed ex aliis quoque fide dignis hominibus tam indigenis quàm in Oriente natis, per manus parentum nobis quasi traditos audiens, amplector, veneror que. Accedit his quòd Barsanuphij imago in Maximo templo iuxta sanctos patres Antonium, Ephraim, aliosque ritè dicata & collocata visitur. Quamobrem cùm in horum doctrina nullam impietatem, sed contra potiùs adiumenta ad animi perfectionem plurimum magnus parens noster Theodorus deprehenderet, certis C limitibus vtriusque Dorothei doctrinam distinxit: ac eius qui in hoc libro celebratur, dogmata, vt reuera ad animi salutem commodissima, ita vtilissima esse demonstrauit: ad quorum normam, qui suam ipsius vitam diligenter instruxerit & examinarit, ad Virtutis Christianæ perfectam mensuram facilè perueniet: & tranquillitate, omniumque perturbationum vacuitate ornabitur: vnáque cum sanctis vitam æternam consequetur.

scilicet ad annum Dom. 800.

Summum sacerdotium vocat episcopatum quemuis veteribus vsitato more loquendi: de quo vide plura in notis ad Rom. martyr. 9 Aprilis. & tom. 5. annal. eccl. anni 197. cap. 61.

Imagines Patrum in templo.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΙΤΗΣΑΝΤΑ ΑΔΕΛΦΟΝ πεμφθῆναι αὐτῷ τοὺς εὑρεθέντας λόγους τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Δωροθέου.

EPISTOLA INVENTORIS EDITIONVM DOROTHEI, AD FRATREM QVI PETEBAT SIBI MITTI DOCTRINAS INVENTAS

sancti patris Dorothei. In qua epistola continetur laus Dorothei, & narratio vitæ Dosithei, discipuli ipsius Dorothei.

ΕΠΑΙΝΩ σου τὴν προαίρεσιν, μακαρίζω τῆς περὶ τὸ ἀγαθὸν σπουδῆς τὴν εὐλογημένην σου καὶ φιλόκαλον, ὡς ἀληθῶς, ψυχήν, ἀδελφὲ ποθεινότατε. τὸ γὰρ οὕτω φιλοπόνως ἐρευνᾶν καὶ γνησίως ἐπαινεῖν τὰ κατὰ τὸν ὄντως μακάριον καὶ ἀξιάγαστον ἡμῶν πατέρα,

LAVDARE cogor propositum tuum, prædicare studium & diligentiam; benedicere decoram inquam & pulchram animam tuam, frater optatissime. Tam studiose enim scrutari, tam syncerè laudare beatissimum ac Deo dignissimum patrem nostrum,

Dei donum nomine referentem, hoc vtique virtutem laudare est, hoc Deum amare, & rationem alterius ac veræ vitæ habere. Æmulationis enim causa laus est (vt ait diuus Gregorius) æmulatio autem virtutis, virtus verò beatitudinis. Congaudendum igitur & congratulandum est huic tanto profectui tuo. Illum enim visus es imitari qui æmulator esset veri mansueti, atque humilis corde, qui & Petri mentem & eiusdem abdicationem secutus, ita harum quæ videntur rerum affectu & amore omni se exuit vt pari fiducia, quod ipse noui, posset cum Petro ad Dominum dicere: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quare diuina ope ad summam perfectionem breui perueniens, longos annos expleuit: Non deserta loca peragrans, non montibus victitans, non feris crudelibus imperare pro magno reputans, non in vasta solitudine degens, sed animæ quietem suspirans, ardensque propius accedere ad montes illos æternos, consuetos mirabilem in nos lucem fundere, & serpentum scorpionumque capita qui animas perimunt, conterere. Ad quos tandem Dei auxilio promeruit feliciter peruenire, pessundata prius tamen & humiliata agonico certamine propria voluntate, quæ rectum illi patrum & maiorum nostrorum callem præmonstraret, quæ leue beatitudinis onus, & salutiferum ac suaue iugum ostenderet. Et verum inquam bonum quærenti præmonstratum est, humilitas scilicet, ex qua directam & optimam cœli semitam potuit prænoscere, iuxta illud: Misericors esto & mansuetus, opere sermonem sanctorum seniorum excipiens. His itaque tantis ornatus virtutibus, semper illud in ore gerebat beatus ille vir quod à senioribus sanctis acceperat, quicunque scilicet ad præcidendam propriam voluntatē studiose intēdisset, in locum quietis peruenturum. Vt enim inuenit quod diligenter quæsiuit, omnium quidē malorum radicem, amorem proprium & affectum, voluntati nostræ complicatam, efficaci hac medicina vsus emacerauit radicem & mala germina: factusque incorruptibilium frugum cultor, immortalis vitę fructus produxit. Cumque delitescentem in agro thesaurum, & studiosissime quæsitum tandem inuenisset, possedit, & prædiues factus est, non inaniter. Vellem equidem & idoneus satis esse, qui mēte & lingua possem sancti viri vitam, ita vt meretur, exponere, in commune omnium commodum & virtutis typum excellentissimum: Quo pacto vir ille sanctissimus angustam & latam viam præter omnium opinionem incesserit: Et hoc quidem ob integritatem, syncęritatem & custodiam: nec in alterum pręcipitosi excessus & anfractus rueret. Sic enim & verè magnus Basilius Dei summi amicus angustiam salutaris & afflictæ viæ definit. Illud autem ob affectus proprij mortificationem,

Matt. 19.

Voluntas certamine humiliata.

Philautia omnium malorum radix.

τὸν τῆς δωρεᾶς τοῦ Θεοῦ φερώνυμον ἀρετὴν ἐστιν ἐπαινεῖν, τὸ κατὰ τὸν οὕτως μακάριον, καὶ Θεὸν ἀγαπᾷν, καὶ μεμνῆσθαι ἀεὶ τῆς ὄντως ζωῆς. ζήλου γὰρ κατὰ τὸν μακάριον Γρηγόριον, ὁ ἔπαινος προξένος· ζῆλος δὲ, ἀρετῆς· ἀρετὴ δὲ, μακαριότητος. χαίρειν οὖν ἐπὶ καὶ συγχαίρειν, ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ σου προκοπῇ ἄξιον. ἐκεῖνον γὰρ ἔοικας ἰχνηλατεῖν, τὸν τοῦ πράου μιμητὴν καὶ ταπεινοῦ τῇ καρδίᾳ· ὃς τὴν νοητὴν Πέτρου καὶ τὴν κατ' αὐτὸν ἀποταγὴν ζηλώσας, οὕτως ἑαυτὸν τῆς τῶν ὁρωμένων ἐξέδυσε προσπαθείας, οὕτω τε ἑαυτὸν κατὰ Θεὸν ἑαυτὸν ἐξέδωκε πράγμασιν, ὡς μετὰ παρρησίας, δύνασθαι, καὶ αὐτὸν πρὸς τὸν σωτῆρα λέγειν· ὅτι ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. ὅθεν ἐν ὀλίγῳ σὺν Θεῷ τελειωθεὶς, ἐπλήρωσεν χρόνους μακρούς· οὐκ αἰσθηταῖς μὲν ἐρημίαις, καὶ ὄρεσιν ἐνδιαιτώμενος, οὐδὲ τὸ ἄρχειν σωματοβόρων θηρίων ἐν μεγάλῳ τιθέμενος· τῆς δὲ ψυχῆς τὴν ἐρημίαν ἀσπαζόμενος, καὶ ὄρεσιν ἐπιβαίνειν ἐπιποθῶν αἰωνίοις, φωτίζειν θαυμαστῶς ἐπισταμένοις, καὶ ψυχοκτόνων κεφαλὰς πατεῖν ὄφεων καὶ σκορπίων· ὧν καὶ συντόμως τῇ τοῦ Χριστοῦ συνεργίᾳ τυχεῖν ἠξιώθη διὰ τῆς τοῦ ἰδίου θελήματος ἀθλητικῆς ἀναιρέσεως· ἥτις αὐτῷ τὴν ἀπλανῆ τῶν πατέρων ὁδὸν προεξένησεν· ἥτις, ἐλαφρὸν αὐτῷ δὲ μακάριον ἀπέδειξε φορτίον, καὶ τὸν σωτήριον καὶ χρηστὸν ζυγὸν χρηστὸν ὡς ἀληθῶς ἐφανέρωσεν. εὗρε γὰρ τις, ἀρίστην ἔμαθεν ὕψους ὁδὸν, τὴν ταπείνωσιν, καὶ τὸ, ἐλεήμων γίνου καὶ πρᾶος, ἔργῳ, καὶ κατὰ τὸν λόγον τῶν ἁγίων γερόντων παραλαβὼν, πάσαις διὰ τούτων ἐκοσμεῖτο ταῖς ἀρεταῖς· ὅθεν ἐπὶ στόματος ἐνδιάθετον ἀεὶ δὲ γεροντικὸν ἔφερεν ὁ μακάριος ὁ φθάσας, λέγων, εἰς τὸ κόψαι τὸ ἴδιον θέλημα, ἔφθασεν εἰς τὸν τόπον τῆς ἀναπαύσεως. ἐπεὶ γὰρ εὗρε, καθὸ καὶ ἀξίως ἐζήτησεν, πάντων μὲν ῥίζαν οὖσαν τῶν παθῶν τὴν φιλαυτίαν· ταύτην δὲ, τῷ γλυκυπίκρῳ ἡμῶν συνυφασμένην θελήματι, τῷ δραστηρίῳ τούτῳ φαρμάκῳ χρησάμενος, συνολοθρεύσας τῇ ῥίζῃ, καὶ τὰ πονηρὰ βλαστήματα, καὶ γῆς ἀθανάτων εἰλικρινὴς γεωργὸς, καὶ καρποφόρος τῆς ὄντως ζωῆς, τὸν ἐγκεκρυμμένον τῷ ἀγρῷ θησαυρὸν καλῶς ὑπ' αὐτοῦ ζητηθέντα καὶ εὑρεθέντα κτησάμενος, καὶ πλουτήσας ὄντως, τὰ μὴ κενούμενα. ἐβουλόμην μὲν οὖν, ἱκανὸς εἶναι καὶ γλώττῃ καὶ διανοίᾳ, ὡς ἀξιωθῆναι καὶ τὸν ἅγιον αὐτοῦ κατὰ μέρος ἐκθέσθαι βίον, εἰς κοινὸν ὄφελος καὶ τύπον ἀρετῆς ἀκριβέστατον· ὅπως τε τὴν στενὴν καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν καὶ παράδοξον ὁ μακάριος ἐκεῖνος διέδραμε· τὸ μὲν, διὰ τὸ ἀπλανὲς καὶ ἀδιάφθορον, καὶ τῆς κρημνώδους ἐφ' ἑκάτερα παρεκβάσεως φυλακτικόν· οὕτω γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ φίλος, ὁ μέγας ὄντως Βασίλειος, τὸ στενὸν τῆς τεθλιμμένης ὁδοῦ καὶ σωτηριώδους ὁρίζεται· τὸ δὲ, διὰ τὸ ἀπροσπαθὲς

καὶ πρὸς τοὺς ἄγοντας αὐτὸν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλθεῖν, καὶ μάλιστα, τὸ τῆς ταπεινώσεως ὑψηλὸν, ὃ μόνον, κατὰ τὸν μέγαν Ἀντώνιον, πασῶν τῶν τοῦ διαβόλου παγίδων ἀνώτερον. Διὸ καὶ κατ' αὐτὸν ὡς ἀληθῶς ἐπληρώθη τὸ, πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὡς ἀδυνάτως ἔχον, ὑπερβήσομαι. Οἶδα γὰρ πρὸς ἅπασι τοῖς τοῦ μακαρίου καλοῖς, καὶ ταῦτα δὴ, τὰ τῶν ἔξωθεν λεγομένων φιλοσόφων· ἅπερ κατὰ τὴν σοφωτάτην μέλισσαν ἀπολέγων, φέροντά τι χρήσιμον εὑρίσκων, ἀόκνως ἐν ταῖς διδασκαλίαις ἐν καιρῷ παρεβάλλετο· οἷον, τὸ μηδὲν ἄγαν, γνῶθι σεαυτὸν, καὶ τὰ τοιαῦτα, πρὸς ἅπερ, εἰ καὶ μὴ προαιρέσεως ἀγνοῶν, ἀλλά γε τὸ τῆς ἀδυναμίας ἀνάξιόν με καθαίρεται συνελαμβανόμην. ὁ δέ μοι ἡ σπουδαία καὶ φιλόκαλος ὑμῶν ἐπέλαβε ψυχή, τοῦτο δὴ θαρρῶν καὶ πεποιθὼς τό, τι βαρὺ τῆς παρακοῆς ὑφορώμενος, καὶ τὸ τῆς ὀκνηρίας δεδοικὼς ἐπιτίμιον, καὶ δὴ τοῖς παροῦσι συναπέστειλα γράμμασιν ὑμῖν τοῖς φρονίμοις τοῦ Θεοῦ τραπεζίταις, τὸ καίτοι παρ' ἐμοὶ ἀργὸν τάλαντον, τὰς ἀρετηφόρους λέγω τοῦ μακαρίου διδασκαλίας, ἅς τε αὐτὸς ἐκ τῶν ἑαυτοῦ παραλαβεῖν ἠξιώθη πατέρων, καὶ ἃς τοῖς ἰδίοις μαθηταῖς παραδέδωκε κατὰ τὸν πρῶτον ἡμῶν καὶ ἀληθινὸν καθηγητὴν καὶ σωτῆρα ποιῶν τε καὶ διδάσκων. Εἰ δὲ καὶ μὴ πάντας αὐτοῦ τοὺς ἁγίους εὑρεῖν δεδυνήμεθα λόγους, πάνυ δὲ ὀλίγους, καὶ τούτους σποράδην ὑπὸ σπουδαίων τινῶν προνοίᾳ Θεοῦ συλλεγομένους, ἀλλ' οὖν ἱκανὸς ἔσῃ που τῇ δεξιότητι καὶ τὸ βραχὺ παραδέξασθαι, κατὰ τὸ, δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται.

A & fidem quam habuit erga eos qui se ad Deum ducerent, ob profundum quoque humilitatis eius, quæ sola (vt aiebat diuus Antonius) diaboli laqueos superat & abrumpit. Quare in ipso quàm verissimè illud completum est, Latum mandatum tuum omnis. Sed hoc tanquam minus potens missum faciam, Noui autem ex reliquis viri sancti virtutibus illa inesse quæ foris à philosophis collegerat. Qui quidem, vt apes prudentissima, flores legens, quicquid vtilitatis inuenisset in eis, eligebat, & oportuno tempore non inaniter in doctrinam discipulorum fundebat. Quale il- B lud: Nequid nimis: Cognosce teipsum: & alia plurima huiusmodi, quæ in vtilitatem animarum essent. Quare etsi propositum meum & institutum fidele debilitas ac tenuitas ingenij repellat, tamen, quia id mihi oneris imposuit anima tua ornatissima, aggressus sum quod iussisti, fretus id oneris obedientiæ, virtuti nunquam graue futurum, & veritus ne mihi inscitiam & negligentiam vitio verteres. Iamque vnà cum literis meis ad vos trapezitas Dei optimos talentum, quod apud me otiosum erat, misi: Viri sancti, sanctas disciplinas, quas & ipse à maioribus suis acceperat, & discipulis posteris impertierat, docens C faciensque vt primus & verus præceptor noster atque saluator. Omnes autem doctrinas eius inuenire non potui, at perpaucas admodum, & has etiam sparsim, per studiosos quosdam diuina prouidentia collectas. At tibi par erit pro tua dexteritate & hanc breuitatem approbare iuxta id: Da sapienti occasionem, & sapientior erit

Psalm. 118.

Prouerb. 9.

Πεπέρασται, ὦ συντιμότατέ μοι, καὶ τὰ κατὰ τὸν μακάριον Δοσίθεον, τὸν γενόμενον πρῶτον μαθητὴν τοῦ μακαρίου ἀββᾶ Δωροθέου ὄντος αὐτοῦ ἐν τοῖς τοῦ ἀββᾶ Σερίδου, καὶ τὸν ἀγῶνα τῆς κατὰ Χριστὸν ὑποταγῆς ἐξανύσαντος.

SEQVENTIA NON HABENTVR IN GRÆCO.

QVale enim fuerit sancti viri propositum ad monasticam conuersionem à Deo adducti, quàm idoneam & accommodatam vitam elegerit, animo mecum repeto: Et hinc quidem summam ipsius animæ obedientiam erga patres suos, puram abdicationem, simplicitatem conscientiæ, studium & diligentiam, atque omnia in cognitione fundata: Hinc fidei constantiam, charitatem & perfectionem. Ad confratres, consocios, affabilis erat & verecundus, alacer, benignus, clemens, etiam cùm præesset, non suspiciosus, non deses, nō otiosus, non contumax, non contentiosus, quæ robora sunt nullum iudicandi & nihil sumendi. Concordiam quoque vnanimitatémque super mel dulcia semper fouebat: At verò ad opera studiosus, diligens, prudens, attentus, mitis cum omni probitate, exemplum bonorum morum. Ad res autem gerendas accuratus & venerabilis, bonitatis amator & pulchritudinis, nil perperam agens, diuino quodam ingenio & discretione quosuis superans. In cunctis humilis, gratus, fortis, & constans, sobrius & solicitus atque cogitabundus. Sed quid opus est per singula discurrere? Simile quid facturus videor cum eo qui voluerit vel stillicidij guttas, vel vndas maris dinumerare. Æquum est autem quam proposueram metam non excedere, & vobis quoque partem aliquam dulcis huius inquisitionis relinquere, vt pariter his delitiis fruamini mecum, discatisque qua hic via, sanctitate, vrbanitate in diuinam doctrinam & animarum salutem ita deductus sit, ab eo qui omnia gubernat, & prouidentia disponit: Compatiens inquam & beneuolus pater, perdignus qui animas instrueret & illuminaret: Magnus intellectu, maior in obsequio, sublimis in contemplatione, sublimior in humilitate,

Dorothei virtutes habētur.

diues in Deo, pauper in ſpiritu, dulcis eloquio, dulcior occurſu, doctus medicus in quemcunque volueris morbum. Qui ægritudinem diuitibus, mendicis, ſapientibus, & inſipientibus, fœminis, viris, ſenibus, iunioribus, afflictis, lætis, aduenis, ſuis coniunctis, ſolis imperantibus, dominis, ſeruis, ſubditis, liberis: Sanctam illam & variam innumeramque œconomiam cunctis hominibus vti talentum impertiens, & omnibus omnia factus, ſicque plurimos perlucratus. Sed iam hora eſt, amantiſſime, vt menſam ſermonis ſuauiſſimi apponam: Cuius vnaquæque pars & dictio etiam minima non minimum affert commodum & vtilitatem. Nam diuino verè & admirabili eloquio fuit vir ille, ſed humili & pedeſtri oratione repere voluit ob humilitatis exemplum, & inornatum ſermonem exculto vbique prætulit. Tu igitur ſyncero hoc ſtudio & beatitudinis fructu enutrire, alere huiuſmodi viatico & cibo: Accede ad ſanctam vrbanitatem quam diu optaſti, & pro languore meo ſedulò ſupplicato.

ΠΕΡΙ ΑΠΟΤΑΓΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ Α. ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ

πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Δωροθέου. διδασκαλίαι διάφοροι πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς. ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ ἐκ τῆς τοῦ ἀββᾶ Σερίδου, καὶ τὸ ἴδιον σὺν Θεῷ συστησαμένου μοναστήριον, μετὰ τὴν τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ προφήτου τελευτὴν καὶ τέλειον σιωπὴν τοῦ ἀββᾶ Βαρσανουφίου περὶ ἀποταγῆς.

DIVI DOROTHEI ABBATIS DOCTRINA PRIMA DE RENVNTIATIONE.

Geneſ. 2.

Adami vita in paradiſo.

PRINCIPIO factus homo à Deo, in paradiſo voluptatis eſt poſitus, (vt ſacræ literæ fatentur) ornatus, inquam, omni virtute, præcepto tamen aſtrictus, ne de ligno eſſet, quod in medio paradiſi poſitum erat. Sicque inter paradiſi delicias orabat, contemplabatur, in omni gloria & honore erat, ſenſibus integris & validis, ſecundùm naturæ ſuæ, ad quam conditus erat, habitum. Ad imaginem quippe ſuam fecit Deus hominem, immortalem ſcilicet, liberum, ornatum omni virtute. Vbi autem tranſgreſſus eſt præceptum, & de ligno edit, quod ne ederet, præceperat ei Deus, deiectus illico eſt ab ipſo paradiſo, decidit à naturali ſtatu in eum qui ſuæ naturæ aduerſus erat, hoc eſt, in peccatum, in ambitionem, in amorem præſentis vitæ, & cæteras paſſiones innumeras, ſuccumbens illis & parens in omnibus. Seruum enim ſeipſum fecerat ob tranſgreſſionem. Tunc igitur augeri paulatim malitia & dominari mors cœpit: nuſquam religio, nuſquam pietas erat. Vbique ignorantia Dei, paucique admodum patres ex naturæ lege edocti Deum agnoſcebant: quales Abraham cæterique patriarchæ & Noe & Iacob, & vt breuiter dicam perpauci & rari. Tunc prodidit hoſtis omnem verſutiam ſuam, tunc dominari iniquitas & iniuſtitia, tunc cœpta eſt idololatria, tum varius deorum cultus, tum præſtigiæ, tum cædes innumeraque diaboli machinamenta. Miſertus ergo Deus optimus creaturæ ſuæ dedit ſcriptam legem per Moyſen.

Adami lapſus

Initiũ peccati

A

ΕΝ ἀρχῇ ὅτε ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ (καθὼς λέγει ἡ θεία ἁγία γραφὴ) κοσμήσας ἐν πάσῃ ἀρετῇ, δοὺς αὐτῷ ἐντολὴν τοῦ μὴ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου. καὶ ἦν ἐν τρυφῇ τοῦ παραδείσου, ἐν εὐχῇ, ἐν θεωρίᾳ, ἐν πάσῃ δόξῃ καὶ τιμῇ, ἔχων σῶας τὰς αἰσθήσεις καὶ ὢν ἐν τῷ κατὰ φύσιν καθὼς καὶ ἐκτίσθη. κατ' εἰκόνα γὰρ Θεοῦ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, τουτέστιν ἀθάνατον, αὐτεξούσιον, κεκοσμημένον πάσῃ ἀρετῇ. ὅτε δὲ παρέβη τὴν ἐντολὴν καὶ ἔφαγεν ἐκ τοῦ ξύλου οὗ

B

ἐνετείλατο αὐτῷ ὁ Θεὸς μὴ φαγεῖν αὐτόν, τότε ἐξεβλήθη τοῦ παραδείσου, καὶ ἐξέπεσε τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ ἦν ἐν τῷ παρὰ φύσιν, τουτέστιν ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἐν τῇ φιλοδοξίᾳ, καὶ φιληδονίᾳ τοῦ βίου τούτου, καὶ τοῖς λοιποῖς πάθεσι, κατακυριευόμενος ὑπ' αὐτῶν· κατεδούλωσε γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ τῆς παραβάσεως· τότε λοιπὸν ηὐξήθη κατὰ μέρος ἡ κακία, καὶ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος· οὐδαμοῦ ἦν θεοσέβεια, πανταχοῦ δὲ ἀγνωσία Θεοῦ, ὀλίγοι τινές, ὡς εἰπεῖν, οἱ πατέρες ἐκ τοῦ φυσικοῦ νόμου κινούμενοι, ἐγίνωσκον τὸν Θεόν· οἷος ἦν ὁ Ἀβραάμ, καὶ οἱ λοιποὶ πατριάρχαι, καὶ Νῶε, καὶ

C

Ἰακώβ, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ὀλίγοι τινὲς καὶ πάνυ σπάνιοι ἦσαν οἱ γινώσκοντες τὸν Θεόν· τότε γὰρ ἤπλωσεν ὁ ἐχθρὸς πᾶσαν τὴν κακίαν αὐτοῦ, καθότι ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία, τότε ἤρξατο εἰδωλολατρεία, * πολυθεΐα, γοητεία, φόνοι καὶ ἡ λοιπὴ κακία τοῦ διαβόλου, τότε λοιπὸν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἐλεήσας τὸ πλάσμα αὐτοῦ, ἔδωκε τὸν γραπτὸν νόμον διὰ Μωσέως·

ἐν ᾧ τὰ μὲν ἀπηγόρευσεν, τὰ δὲ ἐπηγόρευσεν, οἷον τὸ λέγειν, τοῦτο ποιήσατε, τοῦτο μὴ ποιήσατε. ἔδωκεν ἐντολὰς, καὶ εὐθέως λέγει, Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστὶν· ἵνα τέως ἀποστήσῃ τὸν νοῦν αὐτῶν ἀπὸ πολυθείας. καὶ ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου. πανταχοῦ κηρύξεις ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστὶ καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος. εἰπὼν γὰρ ὅτι ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, ἔδειξεν ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστὶ, καὶ εἷς Κύριός ἐστι καὶ πάλιν εἰς τοὺς δεκαλόγους, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ, καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὀμῇ. λοιπὸν ἐπάγει τὸ, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι. οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω καὶ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω. ἐσέβοντο γὰρ πάντα τὰ κτίσματα. ἔδωκεν οὖν τὸν νόμον ὁ ἀγαθὸς Θεὸς πρὸς βοήθειαν, πρὸς ἐπιστροφὴν, πρὸς διόρθωσιν τῆς κακίας· καὶ ὅμως οὐ διωρθώθη. ἔπεμψε προφήτας, καὶ οὐδὲ αὐτοὶ ἠδυνήθησαν. ὑπερίσχυσε γὰρ ἡ κακία ὡς λέγει ὁ Ἡσαΐας. οὔτε τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα· οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους· οὐδὲ εἰπεῖν, οὐκ ἔστι μερικὴ ἡ κακία, οὐδὲ ἐν ἑνὶ τόπῳ, ἀλλ' ἐν ὅλῳ τῷ σώματι ὅλην περιέχει τὴν ψυχήν. ὅλας τὰς δυνάμεις αὐτῆς συνέχει· οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι καὶ τὰ ἑξῆς. οἱονεὶ, πάντα δεδούλωται τῇ ἁμαρτίᾳ, πάντα κατέχεται ὑπ' αὐτῆς· λέγει δὲ καὶ ὁ Ἱερεμίας, Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα καὶ οὐκ ἰάθη, τοῦτ' ἔστι τὸ ὄνομά σου ἐφανερώσαμεν, τὰς ἐντολάς σου ἀνηγγείλαμεν, τὰς εὐεργεσίας. τὰς ἐπαγγελίας, ἐχθρῶν ἐπιδρομὰς προεστομώσαμεν* (?), καὶ ὅμως οὐκ ἰάθη· τοῦτ' ἔστιν οὐ μετενόησεν, οὐκ ἐφοβήθη, οὐκ ἐπέστρεψεν ἀπὸ τῆς κακίας αὐτῆς. ὡς καὶ *ἀλλαχοῦ λέγει, ὅτι οὐκ ἐδέξαντο παιδείαν· τοῦτ' ἔστι νουθεσίαν, διδασκαλίαν. καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ λέγει· πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν, καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου. τότε λοιπὸν ὁ ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς, πέμπει τὸν μονογενῆ αὐτοῦ τὸν υἱόν. Θεοῦ γὰρ ἦν μόνον τὸ ἰᾶσθαι καὶ περιγενέσθαι τοιούτου πάθους. καὶ οὐκ ἠγνόησαν τοῦτο οἱ προφῆται. ὅθεν καὶ φανερῶς ἔλεγεν ὁ Δαβίδ· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, ἐμφάνηθι. ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς· καὶ, Κύριε κλῖνον οὐρανούς καὶ κατάβηθι· καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ ἄλλοι δὲ προφῆται πάντως ἕκαστος αὐτῶν διαφόρως πολλὰ ἔκραξαν· τὰ μὲν παρακαλοῦντες ἵνα κατέλθῃ· τὰ δὲ πληροφορηθέντες ὅτι πάντως κατέρχεται. ἦλθεν οὖν ὁ Κύριος ἡμῶν γενόμενος δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος· ἵνα ὡς λέγει ὁ ἅγιος *Γρηγόριος, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον *ἰάσηται· τῇ ψυχῇ τὴν ψυχὴν, τῇ σαρκὶ τὴν σάρκα. πάντα γὰρ τὰ χωρὶς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος· αὐτὴν τὴν οὐσίαν ἡμῶν ἔλαβεν· τὴν ἀπαρχὴν τοῦ φυράματος ἡμῶν· καὶ γέγονε νέος Ἀδάμ, κατ' εἰκόνα τοῦ πλάσαντος αὐτόν·

In qua aliqua prohibuit, aliqua permisit: dicens, hoc facite, hoc ne facite. Dedit præcepta, quale illud: Dominus Deus tuus vnus est, vt statim animum à cultura deorum reuocaret. Item diliges Dominum Deum tuum, in tota anima tua, in tota mente tua: Vbique prædicabis quòd Deus vnus est, & non est alius. Nam in quo ait, diliges Dominum Deum tuum, ostendit vnum esse Deum, vnum esse Dominum, & non alium. Item in decalogo: Dominum Denm tuom adorabis, & illi soli seruies, illi adhærebis: Deinde subiungit, non erunt tibi dij alieni, neque omnis similitudo quæcunque est sursum in cœlo & in terra deorsum. Venerabaotur enim creaturas quascunque. Quare data à misericordiæ Deo lex ad auxilium, ad conuersionem, ad correctionem prauitatis, nec tamen correcta est. Misit Prophetas, sed nec ipsi quicquam effecerunt. Præualuit enim iniquitas (vt ait Esaias) neque vulnus, neque cicatrix, neque tuberosa plaga malagma, aut oleum, aut alligationes admisit. Neque priuatam dixerim, aut vnius loci tantùm prauitatem hanc, scilicet quæ in toto corpore totam circuodat animam, & omnes illius potentias occupat: nimirum omnia peccato seruiunt, omnia ab eo captiua ducuntur. Ait autem & Hieremias, Babyloni mederi voluimus, nec tamen curata est, hoc est nomen tuum manifestauimus, præcepta tua adnunciauimus, beneficia, monita, hostium incursiooes Babyloni prædiximus, nec tamen sanata est, id est, nequaquam eam pœnituit, non timuit, non est ab iniquitate sua auersa. Quemadmodum & alibi ait, quòd disciplinam non recepere, hoc est, non correctionem, non doctrinam. Et vt in Psalmo dicit: Omnem escam abomioata est anima eorum, & appropinquarunt ad portas mortis. Post hæc igitur tandem optimus Deus noster & clementissimus mittit Filium suum vnigenitum: Dei enim solius erat mederi: & huiuscemodi miseriis opitulari. Quod saoè à Propberis nequaquam est ignoratum. Nam dicit id Dauid apertissimè. Qui sedes super Cherubim, iam nobis appare. Excita potentiam tuam & veni vt saluos facias nos. Item. Domine inclina cælos tuos & descende. Atque alia pleraqne in hunc modum. Propbetæ eteoim omoes diuersis inter se modis multa clamarunt, partim rogando, vt descenderet, partim certò persuasi animo eum descensurum. Venit igitur tandem Dominus noster factus propter nos homo, quò (vt sentit diuus Gregorius) simile simili curaret, anima animam, carne carnem. Omnia enim qoæ hominis erant, præter peccatum, assumpsit, ipsamqoe humanam substantiam & massæ nostræ primitias: nouusque factus est Adam, illi similis quem ipse formauerat.

m. 2

Lex cur data à Deo.

Hier. 51.

* προεστομώσαμεν.

* ἀλλαχοῦ.

Psalm. 106.

Filius cur missus.

Christus cur factus homo.

* Γρηγόριος.

* ἰάσηται.

Christus aduentu suo quid præstiterit.

Renouauitque denuo ipsius naturam, & corruptos sensus ad integritatem reduxit, vt essent quales à principio fuerant. Releuauit quoque lapsum hominem homo factus: & peccato seruientem & vi ab eo subactum manumisit. Violentia enim & tyrannide peccati sub iugo trahebatur ab hoste infelix homo: inuitusque & nolens fere peccare cogebatur: vt ait de seipso Apostolus sub nostra persona. Non enim quod bonum volo, hoc facio: sed quod nolo malum, id operor. Factus igitur homo Deus propter nos, hominem à tyrannica captiuitate eripuit. Omnem enim hostilem potentiam contriuit, virtutem confregit, & ab ea nos omnino liberauit: ne mancipia, ne serui illius essemus: nisi sponte nostra peccare nos ipsi eligamus. Dedit enim potestatem, vt ipse dixit, qua serpentes & scorpionẽ omnemque tyrannicam potentiam possemus pessundare, purgatos nos reddens per baptisma à quauis labe. Omnem enim maculam iniquitatis purgat & abluit sanctum baptisma. Rursum igitur Deus infirmitatem nostram recognoscens, & id certò sciens, nos, scilicet etiam post sacrum baptisma collapsuros: vt scriptum est: Quoniam pronum est cor hominis in malum ab adolescentia sua: dedit nobis ex sua bonitate sacrosancta præcepta: quæ purgatos nos redderent. Vt denuo si vellemus per obseruantiam mandatorum purgari possemus: nec solùm à peccatis, sed etiam ab innatis affectibus. Aliod enim peccatum, aliud affectus est. Affectus hi sunt: ira, superbia, luxuria, odium, cupiditas praua: & quæcunque istiusmodi. Peccata verò sunt opera ipsa affectionum: quando quis agit & ad actum corporis trahit ea opera quæ sibi fuerint à passionibus ipsis suggesta. Haud profectò possibile est omni carere passione: non operari autem illas, hoc vtique non impossibile est. Dedit igitur nobis Deus præcepta (vt prædictum est) quæ nos à passionibus ipsis expurgarent: & à prauis affectionibus quæ homini insunt. Ingenerauit enim illi discretionem boni & mali, excitauit eum: ostendit illi causas vnde in peccatum laberetur, & ait: Prohibuit lex ne adulter esses. Ego autem dico neque concupiscas. Docuit lex ne occideres: ego dico neque irascaris. Si enim concupiscas hodie, & si adulterium non perpetres: non tamen interius te desistit exagitare concupiscentia, donec ad actum pertraxerit. Si autem irascaris teque ipsum moueas aduersus fratrem tuum, cùm iam eo vsque perueneris vt ipsi detrahas: deinde vt pares insidias: sensim tandem procedes vsque ad cædem. Rursum lex ait, oculum pro oculo, dentem pro dente, & quæ sequuntur. Ipse autem nos admonet, non solum suscipere patienter plagam cædentis nos: sed etiam alteram cum humilitate maxillam porrigere.

Rom. 7.

Luc. 10.

Gen. 8.

Non vellendo penitus fomitẽ peccati, sed reprimendo & absistendo. Nã statim se rectè Dorotheus exponit.

Peccata sunt opera ipsa affectionum.

Purgatio ab innatis affectibus.

Matth. 5.

Concupiscẽtia bellum.

Matt. 5. Exod. 21. Leuit. 24. Deut. 19.

ἀνανεοῖ γὰρ τὴν κατὰ φύσιν, καὶ σώας πάλιν ποιεῖ τὰς αἰσθήσεις ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐγένετο· ἀνανέωσεν αὐτὸν πεσόντα ἄνθρωπον γενόμενος ἄνθρωπος· τὸν καταδουλωθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ ἠλευθέρωσε, τὸν βίᾳ ὑπ' αὐτῆς κρατούμενον. βίᾳ γὰρ καὶ τυραννίδι ἤγετο ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ ὁ ἄνθρωπος· καὶ ἄκοντες καὶ μὴ θέλοντες ἁμαρτῆσαι, βίᾳ ἡμαρτάνομεν· ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος ἐν προσώπῳ ἡμῶν· οὐ γὰρ ὃ θέλω ἀγαθὸν, τοῦτο ποιῶ, ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακὸν, τοῦτο πράσσω. γενόμενος οὖν ὁ Θεὸς ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, ἠλευθέρωσε τὸν ἄνθρωπον τυραννίδος τοῦ ἐχθροῦ. πᾶσαν γὰρ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καθεῖλεν, αὐτὴν τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ συνέτριψε, καὶ ἐρρύσατο ἡμᾶς τοῦ εἶναι ὑποχειρίους αὐτοῦ, τοῦ εἶναι καταδεδουλωμένους αὐτῷ· εἰ μήτοι γε ἡμεῖς αὐτοὶ ἑκουσίως θελήσωμεν ἁμαρτῆσαι. ἔδωκε γὰρ ἡμῖν ἐξουσίαν, καθὼς εἶπε, πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καθαρίσας ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. πᾶσαν γὰρ ἁμαρτίαν συγχωρεῖ τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ ἐξαλείφει. πάλιν δὲ ὁ ἀγαθὸς Θεὸς γινώσκων τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν, καὶ προειδὼς ὅτι μέλλομεν καὶ μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα πάλιν ἁμαρτῆσαι, ὡς γέγραπται, ὅτι ἔγκειται ἡ καρδία τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτοῦ· ἔδωκεν ἡμῖν κατὰ τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ ἐντολὰς ἁγίας καθαιρούσας ἡμᾶς· ἵνα ἐὰν θελήσωμεν, δυνηθῶμεν πάλιν καθαρισθῆναι διὰ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν· οὐ μόνον ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν παθῶν. ἄλλα γάρ εἰσι τὰ πάθη, καὶ ἄλλαι εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι· τὰ πάθη εἰσὶ θυμὸς, κενοδοξία, φιληδονία, μῖσος, ἐπιθυμία κακὴ καὶ ὅσα τοιαῦτα· αἱ δὲ ἁμαρτίαι εἰσὶν, αὗται αἱ ἐνέργειαι τῶν παθῶν, ὅτε τις ἐνεργῇ πρὸς αὐτά· ὅτε πράττει διὰ τοῦ σώματος ἐκεῖνα τὰ ἔργα ἃ ὑπαγορεύουσιν αὐτῷ τὰ πάθη. ἀμήχανον ἐνδέχεται ἵνα ἔχειν μὲν τὰ πάθη, μὴ ἐνεργεῖν δὲ αὐτά. ἔδωκεν οὖν ἡμῖν, ὡς εἶπον, ἐντολὰς καθαιρούσας καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν παθῶν ἡμῶν, αὐτῶν τῶν κακῶν διαθέσεων τῶν ἐντὸς ἀνθρώπου ἡμῶν. παρέπεμψε γὰρ αὐτῷ τὴν διάκρισιν τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ κακοῦ, ἐξυπνίζει αὐτὸν, δείκνυσιν αὐτῷ τὰς αἰτίας ὅθεν ἔρχεται εἰς τὸ ἁμαρτάνειν· καὶ λέγει· ὁ νόμος εἶπε μὴ μοιχεύσῃς· ἐγὼ δὲ λέγω μηδὲ ἐπιθυμήσῃς. ὁ νόμος εἶπε, μὴ φονεύσῃς· ἐγὼ δὲ λέγω μηδὲ ὀργισθῇς· ἐὰν γὰρ ἐπιθυμήσῃς, κἂν σήμερον μὴ μοιχεύσῃς, ἀλλ' οὐ παύεται ἔσωθεν ὀχλοῦσά σε ἡ ἐπιθυμία ἕως οὗ ῥίψῃ σε καὶ εἰς τὴν ἐνέργειαν. ἐὰν θυμωθῇς καὶ ἐρεθίζῃς σεαυτὸν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, ὅτε δήποτε ἐμπίπτεις καὶ εἰς τὸ καταλαλῆσαι, εἶτα εἰς τὸ ἐπιβουλεῦσαι· καὶ οὕτω προβαίνων κατὰ μικρὸν ἔρχῃ λοιπὸν καὶ εἰς τὸ φονεῦσαι. πάλιν ὁ νόμος λέγει ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. καὶ τὰ ἑξῆς. αὐτὸς δὲ παραγγέλλει μὴ μόνον δέχεσθαι μετὰ μακροθυμίας τὴν πληγὴν τοῦ ῥαπίζοντος ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην σιαγόνα στρέφειν αὐτῷ μετὰ ταπεινώσεως·

τότε γὰρ ὁ σκοπὸς ἦν τοῦ νόμου, διδάξαι ἡμᾶς τὸ μὴ ποιεῖν ἃ μὴ θέλωμεν παθεῖν. ἀνέκοπτεν οὖν ἡμᾶς τοῦ ποιεῖν τὸ κακόν, διὰ τὸν φόβον τοῦ μὴ παθεῖν. ἄρτι δὲ ζητούμενόν ἐστιν, ὡς εἶπον, ἐκβαλεῖν αὐτὸ τὸ μῖσος, αὐτὴν τὴν φιληδονίαν, αὐτὴν τὴν φιλοδοξίαν, καὶ τὰ λοιπὰ πάθη. σκοπὸς εἶπον ἁπλῶς ἐστι τοῦ δεσπότου ἡμῶν Χριστοῦ, διδάξαι ἡμᾶς πόθεν ἤλθομεν εἰς ὅλας τὰς ἁμαρτίας ταύτας, πόθεν ἐνεπέσαμεν εἰς ὅλας τὰς κακὰς ἡμέρας. πρῶτον μὲν οὖν ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς ὡς ἤδη εἶπον, διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, δοὺς ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· καὶ ἔδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν ποιεῖν τὸ καλὸν ἐὰν θέλωμεν· καὶ μηκέτι ἕλκεσθαι, ὡς ἂν εἴποι τις, μετὰ βίας εἰς τὸ κακόν. ὁ γὰρ δεδουλωμένος ἁμαρτίαις, βαρεῖται καὶ ἕλκεται ὑπ' αὐτῶν· καθὼς λέγει· σειραῖς δὲ τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. εἶτα διδάσκει ἡμᾶς διὰ τῶν ἁγίων ἐντολῶν πῶς καθαρισθῶμεν καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν παθῶν, ἵνα μὴ διὰ τούτων πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασι περιπέσωμεν· λοιπὸν δείκνυσιν ἡμῖν τὴν αἰτίαν ὅθεν ἔρχεται εἰς καταφρόνησιν καὶ παρακοὴν καὶ αὐτῶν τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ· καὶ οὕτως παρέχει ἡμῖν καὶ τούτου τὴν ἰατρείαν, ἵνα δυνηθῶμεν ὑπακοῦσαι καὶ σωθῆναι· τίς οὖν ἐστιν αὕτη ἰατρεία καὶ τίς ἡ αἰτία τῆς καταφρονήσεως; ἀκούσατε τί λέγει αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν· μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· ἰδοὺ ὧδε ἐν συντόμῳ δι' ἑνὸς λόγου, ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὴν ῥίζαν καὶ αἰτίαν πάντων τῶν κακῶν, καὶ τὴν ἰατρείαν * αὐτοῦ πάντων τῶν ἀγαθῶν. ἔδειξεν ὅτι ἡ ἔπαρσις κατέβαλεν ἡμᾶς, καὶ ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἄλλως ἐλεηθῆναι, εἰ μὴ διὰ τοῦ ἐναντίου· ὅπερ ἐστὶν ἡ ταπεινοφροσύνη. ἡ γὰρ ἔπαρσις γεννᾷ τὴν καταφρόνησιν καὶ τὴν παρακοὴν τὴν ὀλεθρίαν· ὥσπερ καὶ ἡ ταπεινοφροσύνη γεννᾷ τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν * σωτηρίαν τῶν ψυχῶν. ἐκείνην δὲ λέγω, τὴν ὄντως ταπεινοφροσύνην, οὐ τὴν ἐν λόγῳ μόνῳ, ἢ σχήματι ταπείνωσιν. ἀλλὰ διάθεσιν ἰδικῶς ταπεινὴν γινομένην ἐν αὐτῇ τῇ καρδίᾳ. ὁ θέλων οὖν εὑρεῖν ἀληθινὴν ταπείνωσιν, καὶ ἀνάπαυσιν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, μαθέτω τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ βλέπει ὅτι ἐν αὐτῇ ἐστι πᾶσα ἡ χαρὰ καὶ πᾶσα ἡ δόξα, καὶ πᾶσα ἡ ἀνάπαυσις· ὥσπερ καὶ ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ πάντα τὰ ἐναντία· πόθεν γὰρ ἤλθομεν εἰς ὅλας τὰς θλίψεις ταύτας; οὐ διὰ τὴν ὑπερηφανίαν ἡμῶν; οὐ διὰ τὴν ἀπόνοιαν ἡμῶν; οὐ διὰ τὸ ἀνέχεσθαι ἡμᾶς τῆς κακῆς προαιρέσεως ἡμῶν; οὐ διὰ τὸ κρατῆσαι τὴν πικρίαν τοῦ θελήματος ἡμῶν; ἀλλὰ πόθεν; οὐκ ἐκτίσθη ὁ ἄνθρωπος ἐν πάσῃ τρυφῇ; ἐν πάσῃ χαρᾷ; ἐν πάσῃ ἀναπαύσει; ἐν πάσῃ δόξῃ; οὐκ ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ; ἐνετάλθη, μὴ ποιήσῃς τόδε, καὶ ἐποίησε. βλέπεις ὑπερηφανίαν, βλέπεις τράχηλον, βλέπεις ἀνυποταξίαν;

A Is enim legis finis tunc erat, erudire nos: alteri non facere, quod pati ipsi ab altero nollemus. Sicque à nobis malefacta abscidit, metu talionis. Hæc noua quæstio est, abscindere ipsum odium, ipsam voluptatem, ipsam ambitionem & inanem gloriam, cæterasque omnes passiones. Fuit hic Domini nostri Iesu Christi scopus, vt nos edoceret cur in huiuscemodi peccata lapsi essemus: cur in tam mala & iniqua tempora incidissemus. Primùm igitur (vt sæpiùs repetitum est) per sacrum baptisma nos liberauit, dans nobis remissionem peccatorum omnium: B dans potestatem qua operari bonum possemus si vellemus: ne pertrahi ad peccatum nolentes (vt ita dicam) possemus vlla vi. Aggrauatur enim & trahitur qui peccato seruierit: vt dicitur, funibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur. Docet nos exinde per sacra præcepta, quemadmodum expurgemur omnino à passionibus, nec peccatis rursum illabamur. Vltimò & causam aperit, cur quis in contemptum & inobedientiam mandatorum diuinorum incidat: & hac in re quoque nobis præstat medicinam, vt parere possimus & salui esse. C Quæ igitur est hæc medicina, quæ causa contemptus? Audite ipsum Dominum eloquentem: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Et quomodo vnico verbo ostendit nobis radicem & causam malorum omnium: medicinam item bonorum omnium? Aperuit quod nos deiecit elatio: quodque saluari aliter non possumus quàm per oppositum, quod est humilitas. elatio enim contemptum parit, & perditricem omnium nostrorum inobedientiam. Quemadmodum & humilitas parit obedientiam D & salutem animarum. Hanc autem dico humilitatem, non quæ in sermone atque habitu est: sed propositum omnino humile in ipso corde, in ipsa mente. Sic enim ait, quia mitis sum & humilis corde. Qui optat igitur veram requiem animæ parare, discat humilitatem, & aduertat in ea positam esse omnem lætitiam, & omnem gloriam, omnem requiem: vt omnia contraria in ipsa superbia. Vnde enim pertinemus in huiuscemodi afflictionem? vnde incidimus in miseriam tantam? Nunquid non per superbiam E nostram? nunquid non per vecordiam nostram? nunquid non per appetitum nostrum: quem inique in nobis dominari pertulimus: nunquid non quia voluntatis nostræ amaritudo in nobis regnauit? Non hinc tantum quàm & aliunde. An non conditus est homo in omni voluptate, in omni gaudio, in omni tranquillitate, & in omni gloria? Nunquid non in paradiso erat? iussit illi Deus hoc ne facias: & fecit. Vides superbiam, vides ceruicem, vides contumaciam?

Peccati seruitus.

Matth 11.

* αὐτῆς.

Ex elatione, inobedientia.

* ἀνεσίας.

Vera humilitas quæ sit.

Adami superbia. *ἀναίδειαν.*

A Deus igitur impudentiam tantam videns ait, hic amēs factus est, neque gaudiū quid sit nouit: experiatur dies malos, abeat, pereat. Nisi enim didicerit quid sit angustia, non cognoscet quid sit quies. Tunc digna meritis illi contribuit, eiecitque infelicē e paradiso. Traditus est ergo proprio sui amori, traditus propriæ volūtati, vt laboribus corpus suum attereret, disceretq; non cōfidere sibi ipsi, sed mandatis Dei, vt miseria ipsa inobediētiæ doceret eum quietem obedientiç: vt ait apud prophetā, docebit te rebellio tua. Nō tamen potuit diuina B clementia, vt sępius à me dictū est, plasma suū spernere: sed rursum cōuertitur, rursum hortatur, rursū reuocat. Venite ad me ait omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos. Quasi diceret, Ecce elaborastis, ecce miseri facti estis, iam experti estis malum cōtumaciç vestræ: Venite igitur, cōuertimini, venite, cognoscite imbecillitatē & ignominiam vestrā, vt redeatis in requiem, in gloriā vestrā pristinā. Venite, reuiuiscite per humilitatē qui per superbiam morti addicti estis. Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Hem fratres mei C quid facit superbia? hem quid potest humilitas? Quid opus erat tot ambagibus? Si enim principio humiliatus quamprimū fuisset homo, paruisset Deo, & audiēs fuisset dictis diuinis, nequaquā excidisset. Denuo tamē & post ignominiosum lapsum, occasio illi data est à Deo, qua pœnitentia ductus, misericordiam consequi posset: nec humiliari nec ceruicem flectere voluit. Venit enim ad eum dicēs, Adā vbi es? Ac si diceret, à quāta gloria in quātam ignominiā lapsus es? Interrogat ergo eum, vt quid peccasti? vt quid transgressus es? Specia- D tim ad eum reuersus, ac si ipsi innueret vt responderet, Dimitte Domine. Et nusquam nusquam, parce, auditur, nusquam humilitas, nusquam pœnitentia conspicitur, sed oppositum magis. Respondet enim, Mulier quam dedisti mihi, causa fuit: neque ait, mulier mea illusit, sed quam dedisti mihi, ac si dicat, calamitas ista quam tu in caput meum induxisti. Neque illi sat est, fratres mei, quòd sese accusare non vult, Deum quoque ipsum incusat. Inde ad mulierem pergit, atque item illi ait, vt quid & tu dictis meis non obediens fuisti? innuens quoque ei E quodammodo, vt responderet, Dimitte mihi obsecro Domine, ac statim sanaretur humilitate: & nequaquam ita respondit. Sed & ipsa, Serpens inquit decepit me, hic si peccauit, quid noxæ in me est? Quid facitis miseri? præferte vnicam pœnitentiam, agnoscite lapsum vestrum, miseramini nuditatem vestram. Neuter sese dignatus est accusare, neque vel vnus inuentus est qui modicam humilitatem præ se ferret. En in conspectu iam nostro est fratres, quò nos pertinacia nostra perduxerit, quò status noster peruenerit.

Matth. 11.

Gen. 3.

αἰσχύνην.

Adami proteruia.

αὐτή.

A λοιπὸν ὁ Θεὸς ἰδὼν τὴν * ἀναίδειαν ἐκείνου, λέγει, ἐπεὶ πικρός ἐστιν, ἐπεὶ οὐκ οἶδε χαρῆναι· ἐὰν μὴ ποιήσῃ κακὰς ἡμέρας ἐπεὶ ὑπάγει, τελείως ἀπόλλυται. ἐὰν γὰρ μὴ μάθῃ τί ἐστι θλίψις, οὐ μανθάνει τί ἐστιν ἀνάπαυσις. τότε ἔδωκεν αὐτῷ τὰ ἄξια αὐτοῦ, καὶ ἐξέβαλεν αὐτὸν τοῦ παραδείσου. παρεδόθη λοιπὸν τῇ ἰδίᾳ φιλαυτίᾳ καὶ τοῖς ἰδίοις θελήμασιν, ἵνα συντρίψῃ τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἵνα μάθῃ μὴ στοιχεῖν ἑαυτῷ, ἀλλὰ τῇ ἐντολῇ τοῦ Θεοῦ, ἵνα αὐτὴ ἡ ταλαιπωρία τῆς παρακοῆς διδάξῃ αὐτὸν τὴν ἀνάπαυσιν τῆς ὑπακοῆς, ὡς λέγει ἐν τῷ προ- B φήτῃ, παιδεύσει σε ἡ ἀποστασία σου. ὅμως ἡ ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ, καθὼς πολλάκις εἶπον, οὐ παρεῖδε τὸ ἴδιον πλάσμα, ἀλλὰ πάλιν προτρέπεται, πάλιν παρακαλεῖ, δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. οἷον εἰπεῖν, ἰδοὺ ἐκοπιάσατε, ἰδοὺ ἐταλαιπωρήσατε, ἰδοὺ ἐπειράθητε τοῦ κακοῦ, ἐκ τῆς ἀπειθείας ὑμῶν· δεῦτε λοιπὸν, ἐπιστρέψατε, δεῦτε ἐπιγνῶτε τὴν ἀδυναμίαν ὑμῶν, ἵνα ἔλθητε εἰς τὴν ἀνάπαυσιν καὶ τὴν δόξαν ὑμῶν. δεῦτε ζήσατε διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης, ἀνθ᾽ ὧν ἐθανατώθητε διὰ τῆς ὑψη- C λοφροσύνης· μάθετε ἀπ᾽ ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. βαβαὶ ἀδελφοί μου τί ποιεῖ ἡ ὑπερηφανία; βαβαὶ τί δύναται ἡ ταπεινοφροσύνη; τίς ἦν ἡ χρεία ὅλων τῶν κύκλων τούτων; ἐξ ἀρχῆς γὰρ εἰ ἐταπεινώθη καὶ ὑπήκουσε τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐφύλαξε τὴν ἐντολὴν, οὐκ εἶχεν ἐκπεσεῖν. πάλιν μετὰ τὸ ἁμαρτῆσαι, ἔδωκε πρόφασιν τοῦ μετανοῆσαι καὶ ἐλεηθῆναι, καὶ ἔμεινεν ὁ τράχηλος αὐτοῦ ὑψηλός. ἦλθε γὰρ λέγων αὐτῷ, Ἀδὰμ ποῦ εἶ; ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ ποίας δόξης εἰς ποίαν ἦλθες * αἰσχύνην; καὶ λοιπὸν ἐρωτᾷ αὐτὸν, διὰ τί ἥμαρτες; D διὰ τί παρέβης; προτρεπόμενος αὐτὸν ἰδικῶς, εἰς τὸ εἰπεῖν, συγχώρησον· οὐδαμοῦ ταπείνωσις. καὶ ποῦ ἐστι τὸ συγχώρησον; οὐδαμοῦ μετάνοια, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον. ἀντιλέγει καὶ αὐτὸς, ἡ γυνὴ ἣν δέδωκάς μοι, οὔτε λέγει, ἡ γυνή μου ἐχλεύασέ με, ἀλλ᾽ ἡ γυνὴ ἣν δέδωκάς μοι, ὡς ἄν τις εἴποι, ἡ συμφορὰ ἣν ἐπήνεγκας κατὰ τῆς κεφαλῆς μου· οὕτως γάρ ἐστιν ἀδελφοὶ, ὅτε μὴ κρατῇ ἄνθρωπος τὸ ἑαυτὸν μέμφεσθαι, οὐκ ὀκνεῖ οὐδὲ αὐτὸν τὸν Θεὸν αἰτιᾶσθαι. εἶτα ἔρχεται πρὸς ἐκείνην καὶ λέγει E αὐτῇ, διὰ τί καὶ σὺ οὐκ ἐφύλαξας τὴν ἐντολήν; ὡς τί ποτε ἰδικῶς λέγων εἰπὲ κἂν συγχώρησον, ἵνα ταπεινωθῇ ἡ ψυχή σου καὶ ἐλεηθῇς· καὶ πάλιν οὐδαμοῦ τὸ συγχώρησον· ἀποκρίνεται γὰρ καὶ * αὐτὴ λέγουσα, ὁ ὄφις ἠπάτησέ με, ὡς ἂν, εἰ αὐτὸς ἥμαρτεν, ἐγὼ τί ἔχω πρᾶγμα; τί ποιεῖτε ἄθλιοι, βάλλετε μίαν μετάνοιαν, ἐπιγνῶτε τὸ πταῖσμα ὑμῶν, ἐλεήσατε τὴν γύμνωσιν ὑμῶν· καὶ οὐδὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ἠξιώθη μέμψασθαι ἑαυτὸν, οὐδὲ εἷς εὑρέθη ἔχων μικρὰν ταπείνωσιν. καὶ λοιπὸν, ἰδοὺ ἁπλῶς βλέπετε, ποῦ ἔφθασεν ἡ κατάστασις ἡμῶν

ἐλπίζων δι' αὐτῶν ἑλκύσαι πάλιν τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ πρὸς ἑαυτόν. καὶ λέγει αὐτῷ Μωυσῆς· ἐκ ἔ, οὐχί, ἀλλὰ καὶ σὺ δώσεις ἡμῖν θυσίας καὶ ὁλοκαυτώματα ἃ ποιήσομεν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ τὰ κτήνη ἡμῶν πορεύσονται μεθ' ἡμῶν, καὶ οὐχ ὑπολειψόμεθα οὐδὲ ὁπλήν. ὡς δὲ ἐξήγαγεν ὁ Μωυσῆς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, διεπέρασεν αὐτοὺς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν· θέλων αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἀγαγεῖν εἰς τὰ ἑβδομήκοντα στελέχη φοινίκων, καὶ εἰς τὰς ιβ. πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρῶτον φέρει αὐτοὺς εἰς Μεῤῥάν, καὶ θλίβεται ὁ λαὸς μὴ εὑρίσκων * πιεῖν διὰ τὸ εἶναι τὸ ὕδωρ πικρόν. καὶ διὰ τῆς Μεῤῥᾶς ἐνέβηκεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τῶν ἑβδομήκοντα φοινίκων, καὶ τῶν δώδεκα πηγῶν τῶν ὑδάτων· οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ὅταν παύσηται τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας, καὶ περάσῃ τὴν νοητὴν θάλασσαν, πρῶτον θέλει κοπιάσαι ἀγωνιζομένη καὶ πολλὰ θλιβομένη, καὶ οὕτως διὰ τῶν θλίψεων εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάπαυσιν. διὰ πολλῶν γὰρ θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· αἱ θλίψεις γὰρ κινοῦσι τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν ψυχήν, ὥσπερ οἱ ἄνεμοι κινοῦσι τὴν βροχήν. καὶ ὥσπερ ἡ βροχὴ ἐπὶ πολὺ κατερχομένη, ἐὰν ἔστιν ἔτι τὸ βλάστημα ἁπαλόν, σήπει αὐτό, καὶ ἀπόλλυται ὁ καρπὸς αὐτοῦ· οἱ δὲ ἄνεμοι κατὰ μέρος ἀναξηραίνουσι καὶ στερεοῦσιν αὐτό· οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς, ἡ * ἄθυσις καὶ ἡ ἀμεριμνία, καὶ ἡ ἀνάπαυσις χαυνοῦσι καὶ διαχέουσιν αὐτήν· οἱ δὲ πειρασμοὶ συσφίγγουσι καὶ ἑνοῦσιν αὐτὴν τῷ Θεῷ, ὡς λέγει ὁ προφήτης· Κύριε ἐν θλίψει ἐμνήσθημέν σου. ὥστε καθὼς εἴπομεν, οὐ χρὴ ταράττεσθαι ἡμᾶς, οὐδὲ ἀκηδιᾷν ἐν τοῖς πειρασμοῖς· ἀλλ' ὑπομένειν καὶ εὐχαριστεῖν ἐν ταῖς θλίψεσι, καὶ δέεσθαι τοῦ Θεοῦ ἐν ταπεινώσει διὰ παντός, ἵνα ποιήσῃ μετὰ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλεος, καὶ σκεπάσῃ ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς πειρασμοῦ εἰς δόξαν αὐτοῦ, ἀμήν.

A sperans per eas rursus filios Israel ad se pertrahi posse. Et respondit illi Moyses: Nequaquam hoc fiet, sed dabis etiam nobis sacrificia & holocausta quæ Domino Deo nostro offeramus, & iumenta quoque nostra nobiscum pariter proficiscentur, neque tibi vnicam illorum vngulam relinquemus. Vt verò eduxit Moyses filios Israël ex Ægypto, & transuexit illos mare rubrum: volens illos Domino adducere ad septuaginta truncos palmarum, & ad duodecim fontes aquarum, primùm eos traxit in Meram, vbi affligitur & cruciatur populus, non inueniens quid biberet, cùm B amara esset aqua: Et ex Mera duxit eos in locum septuaginta palmarum & duodecim fontium. Hæc animæ similitudo est, quæ vbi quiescit absque peccato vllo, & spiritualе mare pertransit, primùm vult concertare cum angustiis, afflictionibus, & ex his peruenire in sanctam requiem. Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum. Tribulationes enim nostræ mouent misericordiam Dei in animam, vt venti pluuiam. Et quemadmodum superflua pluuia adueniens cùm germen floridum est, illud facit putrescere & perire vnà cum fructu: venti autem si inierspira- C uerint, desicant & firmant illud: Sic est & in anima. Remissio, incuria, desidia, otium, illam fatigant & dissipant. Tentationes autem astringunt eam & Deo coniungunt, vt ait Propheta: Domine in tribulatione recordati sumus tui. Itaque, vt diximus, haud affligi nos decet & angi inter tribulationes: sed patienter ferendum, & agendæ Deo sunt gratiæ cùm tentamur, supplicandùmque illi semper, vt misericordiam suam infirmitati nostræ addat, & protegat nos ab omni tentatione in gloriam suam. D Amen.

Exod 15. * πιεῖν *Num 33.* *Act 14.* *Pluuia intempestiua corrūpit segetes.* * ἄνεσις *Isa 33.* *Quid agendū in tentationibus.*

ΠΕΡΙ ΟΙΚΟΔΟΜΗΣ ΚΑΙ ΑΡμολογίας τῶν τῆς ψυχῆς ἀρετῶν.

Διδασκαλία ιδʹ.

Η ΓΡΑΦΗ λέγει περὶ ἐκείνων τῶν μαιῶν, αἵτινες ἐζωογόνουν τὰ ἄρσενα τῶν Ἰσραηλιτῶν, ὅτι διὰ τὸ φοβεῖσθαι τὰς μαίας τὸν Θεόν, ἐποίησαν ἑαυταῖς οἰκίας· ἆρα περὶ αἰσθητῶν οἰκιῶν λέγει; καὶ ποῖον λόγον ἔχει τὸ κτίζεσθαι ταύτας τὰς οἰκίας διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ; καίτοιγε ἡμεῖς τὸ ἐναντίον, καὶ ἃς ἔχομεν οἴκους διδασκόμεθα ἐν καιρῷ καταλιμπάνειν, διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ· ὥστε οὐ λέγει περὶ αἰσθητοῦ οἴκου, ἀλλὰ περὶ τοῦ οἴκου τῆς ψυχῆς ὃν οἰκοδομεῖ τις ἑαυτῷ,

DE ÆDIFICIO ET HARmonia virtutum animæ,

DOCTRINA XIV.

NARRAT scriptura de obstetricibus illis, quæ Israëlitarum masculos educabant, E quia cùm Deum timuissent, ædificarunt sibi domos, hoc ne de materialib. domibus intelligendū? Qua igitur ratione dictū, cū timuissent Deum, sibi domos ædificauerunt? Et nos inquā contrarium facere docemur, vt scilicet quas habemus domos ad tēpus relinquamus ob timorē Dei, ita vt clarū sit, non de sensibilibus domibus, sed de domicilio animæ habere sermonem, quod quisque sibi extruit,

Exod.1.

cùm diuina mandata custodit. Nos igitur docet per hoc sacra scriptura, quòd Dei timor animam præparat ad ipsius præcepta custodienda, & per Dei præcepta, animæ domus extruitur. Quare nobis ipsis fratres intendamus, timeamus & nos Deum, ædificemus nobis domos, quibus hiberno tempore protegamur, & tonitrua, fulgura, & pluuiam declinemus. Graue enim est hyems his qui domo caruerint. At quo pacto ædificatur animæ domus? Possumus à materiali rei huius diligentiam perdiscere. Opus primum ei est qui voluerit domum condere, vndique illam præmunire, & à quatuor partibus attollere ædificium, nec vnius tantum partis habere curam, cæteras verò negligere, quandoquidem, nihil proficit, sed & laborem & sumptum atque omnia denique perdit. Idipsum est in anima, cuius nullam partem debet homo neglectui habere: sed æqualiter & aptè eam erigere. Et hoc est quod aiebat senior ille venerabilis Ioannes Abbas: Libet mihi hominem ab vnaquaque virtute pauxillum quid decerpere, & non (vt plurimi faciunt) vni semper virtuti insistere, cæteras negligere. Hi enim cùm in ea ipsa virtute cui insistunt, principatum fortasse teneant, nec ab opposito & contrario vllo ipsius virtutis oppugnentur, à reliquis tamen passionibus subducuntur & oppugnantur, nulláque illis cura deinceps est, sed existimant sese magnum quippiam tenere. Hi similes mihi videntur eius qui cùm parietem ædificare voluerit, & attollere quantum quiuerit, ad ipsius altitudinem tantum prospectum habet, & magnum aliquid extruxisse se credit, non prospicit autem quòd quiuis ventus etiam modicus spirauerit, illum potest ad terram deiicere. Non enim catenam habet & coniunctionem aliorum parietum. Neque potest quis sibi tectum facere ex vno pariete: priuatus enim est cæteris partibus. At verò minimè sic agendum est, sed potiùs qui ædificare sibi voluerit domicilium, & tectum facere, ex omni parte illud ædificet, & vndique munitissimum reddat. Atque hoc quo pacto faciat, docebo: Primum igitur iacienda sunt fundamenta, quæ fides est: Sine fide enim (vt ait Apostolus) impossibile est placere Deo. Construat deinde supra fundamentum ædificium excellentissimum. Occurrit obedientia? Adiiciat lapidem primum obedientiæ. Contingit ira vel commotio vlla fratris in se? Apponat alterum patientiæ lapidem. Intercurrit incontinentia? Tertium addat continentiæ lapidem. Et sic à quacunque virtute quæ occurrerit, sumendus est lapis ædificio atque apponendus, & sic per circuitum attollendum hinc quidem lapide misericordiæ, inde mortificatæ voluntatis, alia ex parte lapide mansuetudinis, atque aliarum huiuscemodi virtutum.

Animæ ædificatio.

Hebr. 11.

Spiritualis ædificij consideratio.

διὰ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ. διδάσκει ἡμᾶς διὰ τούτου ἡ γραφὴ, ὅτι ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ παρασκευάζει τὴν ψυχὴν φυλάττειν τὰς ἐντολὰς, καὶ διὰ τῶν ἐντολῶν οἰκοδομεῖται ὁ τῆς ψυχῆς οἶκος. προσέχωμεν καὶ ἡμεῖς ἀδελφοὶ ἑαυτοῖς, φοβηθῶμεν τὸν Θεὸν καὶ ἡμεῖς· οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς οἰκίας, ἵνα εὕρωμεν ἑαυτοῖς σκέπην ἐν καιρῷ χειμῶνος, ἐν καιρῷ ὄμβρων καὶ ἀστραπῶν, καὶ βροντῶν, ὅτι ἀνάγκη ἐστὶ μεγάλη τοῦ χειμῶνος τῷ μὴ ἔχοντι οἶκον. πῶς δὲ οἰκοδομεῖται ὁ οἶκος τῆς ψυχῆς; ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ οἴκου δυνάμεθα μαθεῖν τὴν ἀκρίβειαν τοῦ πράγματος. χρῄζει γὰρ ὁ θέλων οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον τοῦτον, πανταχόθεν ἀσφαλίσασθαι αὐτὸν, καὶ ἐκ τετραπλεύρου ἀνεγεῖραι τὴν οἰκοδομὴν, καὶ μὴ ἑνὸς μὲν μέρους φροντίζειν, τῶν δὲ ἄλλων καταφρονεῖν, ἐπεὶ οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸν σκοπὸν καὶ τὰ δαπανήματα, καὶ τὸν κόπον, ὅλα εἰς μάτην ποιεῖ. οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς. χρῄζει γὰρ ὁ ἄνθρωπος μηδενὸς μέρους τῆς οἰκοδομίας αὐτοῦ ἀμελεῖν· ἀλλ' ἴσην καὶ ἁρμοδίως ἀναφέρειν αὐτήν. τοῦτο δέ ἐστιν ὃ λέγει ὁ Ἀββᾶς Ἰωάννης· ἐγὼ θέλω τὸν ἄνθρωπον λαμβάνειν μικρὸν ἀπὸ ἑκάστης ἀρετῆς, καὶ μὴ καθὼς τινὲς ποιοῦσι, κρατοῦντες μίαν ἀρετὴν, καὶ μένοντες εἰς αὐτὴν, καὶ αὐτὴν ἐργαζόμενοι μόνον, τῶν δὲ λοιπῶν ἀμελοῦντες. ἴσως δὲ καὶ προστέρημά τι ἔχουσιν εἰς αὐτὴν τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐκ τούτου, οὔτε βαροῦνται ὑπὸ τοῦ ἐναντιουμένου πάθους αὐτῆς· λοιπὸν κλέπτονται ὑπὸ τῶν ἄλλων παθῶν, καὶ βαροῦνται ὑπ' αὐτῶν, καὶ οὐ μέλει αὐτοῖς, ἀλλὰ νομίζουσιν ἔχειν τι μέγα. οὗτοι δὲ ἐοίκασι τῷ οἰκοδομοῦντι ἕνα τοῖχον, καὶ ὑψοῦντι αὐτὸν ἄνω ὅσον δύναται, καὶ προσέχοντι εἰς τὸ ὕψος τοῦ τοίχου ἐκείνου, καὶ νομίζοντι ὅτι τι μέγα ἐποίησε, καὶ οὐκ εἶδεν ὅτι εἷς ἄνεμος, ἐὰν ἔλθῃ, βάλλει αὐτὸν κάτω· μόνος γὰρ ἵσταται, μὴ ἔχων τὸν σύνδεσμον τῶν ἄλλων τοίχων. καὶ οὔτε σκέπην δύναταί τις ποιῆσαι ἑαυτῷ ἀπὸ ἑνὸς τοίχου· γυμνοῦται γὰρ ἐξ ὅλων τῶν ἄλλων μερῶν· οὐ χρὴ δὲ οὕτως ποιεῖν· ἀλλὰ μᾶλλον ὁ θέλων οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι αὐτῷ σκέπην, ὀφείλει ἐκ παντὸς μέρους οἰκοδομεῖν αὐτὸν, καὶ πανταχόθεν αὐτὸν ἀσφαλίζεσθαι. καὶ λέγω πῶς. πρῶτον ὀφείλει βάλλειν τὸ θεμέλιον, ἥτις ἐστὶν ἡ πίστις· ἄνευ γὰρ πίστεως, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος, ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ, καὶ οὕτως κτίζειν ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον τὴν οἰκοδομὴν κατὰ ἀναλογίαν. ὑπαντήσει ὑπακοή, ὀφείλει βάλλειν ἕνα λίθον ὑπακοῆς· συμβαίνει παροξυσμὸς ἀδελφοῦ, ὀφείλει βάλλειν ἕνα λίθον μακροθυμίας· ὑπαντήσει ἐγκράτεια, ὀφείλει βάλλειν ἕνα λίθον ἐγκρατείας. οὕτως ἀπὸ ἑκάστης ἀρετῆς ἀπαντώσης, δεῖ βάλλειν ἕνα λίθον εἰς τὴν οἰκοδομὴν, καὶ οὕτως κύκλῳ ἀναφέρειν αὐτὴν ἀπὸ ἑνὸς λίθου συμπαθείας, ἑνὸς λίθου κοπῆς θελήματος, ἑνὸς λίθου πραότητος, καὶ τῶν ὁμοίων.

ἐπιμελεῖσθαι δὲ ὀφείλει ἐν πᾶσι τούτοις τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς ἀνδρείας· αὗται γάρ εἰσιν αἱ γωνίαι, καὶ δι' αὐτῶν συσφίγγεται ἡ οἰκοδομὴ καὶ ἑνοῦται τοῖχος πρὸς τοῖχον, καὶ οὐ κλίνουσιν οὐδὲ ῥήγνυνται ἀπ' ἀλλήλων οἱ τοῖχοι. χωρὶς γὰρ τούτων, οὐκ ἠδύνατό τις τελειῶσαι οὐδεμίαν ἀρετήν. ἐὰν γὰρ μὴ ἔχῃ τις ἀνδρείαν ἐν τῇ ψυχῇ, οὐδὲ ὑπομένει, καὶ ἐὰν μὴ ᾖ ὑπομονή, οὐδεὶς δύναται παντελῶς κατορθῶσαι. διὰ τοῦτο λέγει, ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. ὀφείλει ὁμοίως ὁ κτίζων, ἕκαστον λίθον μετὰ πηλοῦ βάλλειν. ἐὰν γὰρ βάλῃ λίθον ἐπάνω λίθου ἄνευ πηλοῦ, κλῶνται οἱ λίθοι καὶ πίπτει ὁ οἶκος. ὁ πηλός ἐστιν ἡ ταπείνωσις. ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ὑπὸ τοὺς πόδας ἐστὶ πάντων. πᾶσα γὰρ ἀρετὴ ἄνευ ταπεινώσεως γινομένη, οὐκ ἔστιν ἀρετή, ὡς λέγει καὶ εἰς τὸ γεροντικόν. ὥσπερ ἀδύνατον ναῦν χωρὶς ἥλων κατασκευασθῆναι, οὕτως ἀμήχανον χωρὶς ταπεινοφροσύνης σωθῆναι. ὀφείλει οὖν τις ὃ ἐὰν ποιῇ ἀγαθὸν, μετὰ ταπεινώσεως ποιεῖν, ἵνα διὰ τῆς ταπεινώσεως συντηρηθῇ τὸ γινόμενον. θέλει δὲ ἔχειν ὁ οἶκος καὶ ταῦτα τὰ λεγόμενα ἱμαντώματα, ἅτινά ἐστιν ἡ διάκρισις ἡ στερεοῦσα τὸν οἶκον, καὶ ἑνοῦσα λίθον πρὸς λίθον, καὶ συσφίγγουσα τὴν οἰκοδομὴν μετὰ τοῦ καὶ εὐπρέπειαν πολλὴν παρέχειν τῷ οἴκῳ. ἡ δὲ στέγη ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ἥτις ἐστὶν ἡ τελείωσις τῶν ἀρετῶν, καθάπερ ἐστὶν ἡ στέγη τοῦ οἴκου. εἶτα μετὰ τὴν στέγην, ἡ περιστεφάνωσις τοῦ δώματος· τί ἐστιν ἡ περιστεφάνωσις τοῦ δώματος, καὶ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· ἐὰν οἰκοδομήσητε ἑαυτοῖς οἶκον, καὶ ποιήσητε αὐτῷ δῶμα, ποιήσατε στεφάνωμα τῷ δώματι, ἵνα μὴ πέσωσι τὰ παιδία ὑμῶν ἀπὸ τοῦ δώματος. ἡ στεφάνη ἐστὶν ἡ ταπείνωσις. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ στεφανοῦσα καὶ φυλάττουσα πάσας τὰς ἀρετάς. καὶ ὥσπερ ἑκάστη ἀρετὴ μετὰ ταπεινώσεως θέλει γίνεσθαι, καθὼς εἴπομεν ἐπάνω ὅτι ἕκαστος λίθος μετὰ πηλοῦ βάλλεται· οὕτως καὶ ἡ τελείωσις τῆς ἀρετῆς χρήζει τῆς ταπεινώσεως, ἢ καὶ ὅτι φυσικῶς προκόπτοντες οἱ ἅγιοι, εἰς ταπείνωσιν ἔρχονται· ὥσπερ ἀεὶ λέγω ὑμῖν ὅτι ὅσον ἐγγίζει τις τῷ Θεῷ, τοσοῦτον βλέπει ἑαυτὸν ἁμαρτωλόν. τί δέ ἐστι τὰ παιδία περὶ ὧν εἶπεν ὁ νόμος, ἵνα μὴ πέσωσιν ἀπὸ τοῦ δώματος; τὰ παιδία εἰσὶν οἱ λογισμοὶ οἱ γινόμενοι ἐν τῇ ψυχῇ· οὓς δεῖ φυλάττειν διὰ τῆς ταπεινώσεως, ἵνα μὴ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ δώματος ἐκπέσωσιν. ἐτελειώθη, ἔχει τὰ ἱμαντώματα, ἔχει τὴν στέγην τῶν ἀρετῶν· ἰδοὺ ὁ οἶκος ὅνπερ εἴπομεν εἶναι τὴν τελείωσιν· ἰδοὺ καὶ ἡ περιστεφάνωσις, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς τετελείωται ὁ οἶκος· ἆρα μὴ λείπει αὐτῷ τι; καὶ ἄλλο ἓν ὃ παρελείψαμεν· τί δέ ἐστι τοῦτο; ἵνα ἔστι καὶ ὁ οἰκοδόμος τεχνίτης. ἐὰν γὰρ μὴ ἔστι τεχνίτης, στρεβλοῖ λοιπὸν τὴν οἰκοδομὴν, καὶ ὅτε δήποτε πίπτει ὁ οἶκος. ὁ τεχνίτης ἐστὶν ὁ ἐν γνώσει ποιῶν. συμβαίνει γὰρ ὅτι καὶ ποιεῖ τις κόπον τῆς ἀρετῆς, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ποιεῖν ἐν γνώσει,

A Ante omnia autem procuranda est patientia & longanimitas: hæc enim anguli domus sunt: quibus ædificium ipsum constringitur, & parieti paries annectitur & copulatur, ita vt rescindi aut decidere, duellique alter ab altero nunquam queat. Absque his etiam nemo potest ne vnam quidem in se virtutem perficere. Nisi enim quis in anima fortitudinem habuerit, nihil patietur, & si non fuerit patientia, nihil vnquam poterit erigere. Hinc ait Dominus: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Debet etiam qui extruit B aut ædificat, lapidem cum cæmento adiicere. Si enim lapidem lapidi quis absque cæmento & calce superimponat, excutiuntur lapides & ruit domus. Cæmentum humilitas est, (est enim terra quæ pedibus omnium atteritur.) Omnis igitur virtus, absque humilitate, non reputatur virtus, vt est in libro Seniorum. Omnium enim fuit vna sententia, ita & impossibile esse saluari animam absque humilitate, vt nauim sine clauis ædificari. Quicquid igitur boni quisque egerit, id agat cum humili- C tate: vt per humilitatem conseruetur quod factum fuerit. Debet autem & domus lquearia quædam habere ad discriminandam firmandámque ipsam, & lapidem lapidi copulandum, & astringendum ædificium, & postremò ad domum vniuersam decorandam. Tectum autem charitas est, quæ est perfectio virtutum omnium, vti tectum domus. Post tectum quoque corona circumponenda est. Est enim in lege præceptum, si ædificaueritis vobis domum, coronam illi circumponite, ne cadant paruuli vestri ab alto. Corona hæc humilitas est, ea enim (vt dixi) coronat & ser- D uat virtutes omnes, & omnis virtutis perfectio eget humilitate, quemadmodum lapides in structura, luto. Sanctorum namque omnium profectus, accessus est ad humilitatem. Et (vt sæpe dixi) quo quisque magis Deo adhæserit, eo se magis peccatorem agnoscet & intelliget. Qui sunt autem paruuli de quibus lex ait, ne cadant paruuli à domo? Paruuli cogitationes sunt in anima nostra conceptæ, quæ sunt per humilitatem custodiendæ, E ne ab ipsa domo corruant: & hanc dicimus perfectionem esse virtutum omnium. En iam consummata domus & perfecta est, habet lora, habet tectum, habet coronam, & cætera quæ illi opus sunt. Nunquid ei deest aliud? Aliud profectò deest quod nondum diximus. Fabricator scilicet doctus & artifex: nisi enim affuerit artifex, ædificium omne vitiabit, & fortasse ruet domus. Artifex est qui ex arte & scientia agit. Euenit enim plerunque, cùm aliquis virtutem agit absque scientia,

Patientia est angulus domus spiritualis.

Luc. 21.

Humilitas quam necessaria sit ad salutem.

Paruuli nostri, mysticè qui sint.

Architectus spiritualis ædificij.

vt illā facilè diſſoluat, neque rectam omnino agat, nec inueniat quo pacto virtutem ipſam perficiat, ſed eius ſimilis ſit, qui lapidem vnū domui apponit, alterum tollit. Alij quoque ſunt, qui cùm lapidem vnum appoſuerint, duos tollant: vt exempli gratia: Venit aliquis è fratribus, & inſolenti verbo vel impatienti te affligit & percutit. Tu verò taces & inclinatione corporis honorem defers. En lapidē vnum appoſuiſti: pòſt abis, & altero fratrum reperto illi narras, & murmuras, quòd ſis ab eo fratre iniuria affectus, & auges iniuriam, & tacuiſſe te dictitas, & inclinato corpore honorem detuliſſe. Ecce cùm lapidem vnum appoſuiſſes, duos abſtuliſti. Alius itē honorē defert inanis gloriæ gratia, & humilitatem pariter cum vana gloria inuenit, hoc eſt apponere & auferre pariter lapidem. Qui verò cum ſcientia honorem exhibet, ipſe ſibi perſuadet ſine dubio quòd peccator ſit, quòd in multis delinquat & erret, quòd cauſa fuerit iniuriæ fraternæ, atque id certiſſimū habet. Et hoc eſt cum ſcientia & cognitione honorem exhibere. Alius ſilētium ſibiipſi indicit, ſed non cum cognitione: habet enim tantum quòd ſilentium virtus eſt. Hic autem cum ſcientia tacet, quia ſe indignum putat loqui, & hoc eſt cum ſcientia & cognitione ſilere, vt definiunt Patres. Magnificat item ſe alius & magnum quid facere ſe putat, quia humilis eſt. Infœlix qui ignorat ſe nihil eſſe omnino, cùm ſine cognitione hoc agat. Nam metiri ſeipſum cum cognitione, eſt certo credere nihil ſe eſſe, & omnino indignum exiſtimare hominum conſuetudine. Vt ſeipſum acuſabat Abbas Moyſes dicens: Sterquilinium cùm ſis & cinis non homo, cur ad homines ingrederis? Miniſtrat quis infirmo, & eo animo vt mercedem laboris acquirat, & hoc vtique haud eſt cum cognitione ſeruire & miniſtrare. Quare cùm aduerſi quippiam illi contigerit, facilè à bono deſiſtit, nec cœptum opus ſuſtinet perficere, quia non operatur (vt dixi) cum cognitione. Qui autem cum ſcientia & cognitione miniſtrat, ideo miniſtrat quia ægroto compatitur, quia miſericordiæ viſceribus mouetur. Et quicunque hunc ſcopum ſibi ſtatuerit, nulla in re aduerſa vel afflictione externa mouebitur, non ſi ægrotus eum ſpreuerit, aut maledictis laceſſiuerit, ſed in ſcopum ſuum intentus feret omnia patientiſſimè, & certò credet maiori beneficio ſe affici ab ægroto, quàm ægrotum à ſeipſo. Hoc autem ignorare vos nolo, eum qui libenter ægro deſeruiat cum cognitione, releuari mirabiliter ab animi paſſionibus, & diaboli impugnationibus. Noui enim fratrem acriter oppugnatum à fornicationis dæmone, & cùm ægro ex dyſenteriis deſeruiret, ab hoc bello eſſe liberatum. Et Euagrius narrat de ſeniore quodam magno, quòd diſcipulum ſuum huiuſmodi phantaſmatibus nocte oppugnatum hac via liberauit, indicto ſcilicet illi & ieiunio & ægrorū cura.

Lapidem apponere pariter & auferre.

Metiri ſeipſum.

Ægrotis quomodo inſeruiendum, & quàm vtile ſit.

ἀναλύῃ αὐτήν, ἢ μηδὲ ὅλως ἀποστραφῇ, καὶ μὴ εὑρίσκων πληρῶσαι τὸ ἔργον· ἀλλὰ βάλλων ἕνα λίθον, καὶ ἐπαίρων αὐτόν. ἔστι δὲ ἄλλος βάλλων ἕνα, καὶ ἐπαίρων δύο· οἷον τί λέγω, ἰδοὺ ἔρχεται ὁ ἀδελφός σου, καὶ λέγει σοι ῥῆμα, θλίβων σε, ἢ πλήσσων, καὶ σιωπᾷς καὶ βάλλεις μετάνοιαν· ἰδοὺ ἔβαλες ἕνα λίθον· εἶτα ὑπάγεις καὶ λέγεις ἄλλῳ ἀδελφῷ, ὕβρισέ με ὁ δεῖνα· τόδε καὶ τόδε εἶπέ μοι· καὶ οὐ μόνον ἐσιώπησα, ἀλλὰ καὶ μετάνοιαν αὐτῷ ἔβαλον. ἰδοὺ ἔβαλες ἕνα λίθον, καὶ δύο ἐπῆρες. πάλιν βάλλει τὶς μετάνοιαν θέλων δοξασθῆναι, καὶ εὑρίσκεται ταπεινώσεις μετὰ κενοδοξίας· τοῦτό ἐστι τὸ βάλλειν ἕνα λίθον καὶ ἐπαίρειν αὐτόν. ὁ δὲ ἐν γνώσει ποιῶν μετάνοιαν, πείθει αὐτὸν ἀκριβῶς, ὅτι αὐτὸς ἐσφάλη, καὶ πληροφορεῖ ἑαυτόν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ αἴτιος. τοῦτό ἐστι τὸ ἐν γνώσει ποιεῖν μετάνοιαν· ἄλλος ἀσκεῖ σιωπήν· ἀλλ᾽ οὐκ ἐν γνώσει. ἔχει γὰρ ὅτι ἀρετὴν ποιεῖ ὁ τοιοῦτος, οὐδὲν δὲ ποιεῖ. ὁ δὲ ἐν γνώσει σιωπῶν, τοιοῦτος ἔχει, ὅτι ἀνάξιός ἐστι τοῦ λαλῆσαι, ὡς εἶπον οἱ πατέρες, καὶ αὕτη ἐστὶ σιωπὴ ἐν γνώσει. πάλιν οὐ μετρεῖ τις ἑαυτόν, καὶ νομίζει ὅτι τι μέγα ποιεῖ, καὶ ὅτι ἑαυτὸν ταπεινοῖ, καὶ οὐκ οἶδεν ὅτι οὐδὲν ἔχει, ἐπεὶ οὐκ ἐν γνώσει ποιεῖ. τὸ δὲ [μὴ] μετρεῖν ἑαυτὸν ἐν γνώσει, τουτέστι, τὸ ἔχειν ἑαυτόν, ὅτι οὐδέν ἐστιν· οὐδὲ ἄξιός ἐστι τοῦ ψηφισθῆναι μετὰ ἀνθρώπων, ὥσπερ εἶπεν ἑαυτῷ ὁ Ἀββᾶς Μωϋσῆς· σποδόδερμα μελανόν, μὴ ὢν ἄνθρωπος, τί ἔρχῃ ἐν μέσῳ ἀνθρώπων; πάλιν ὑπηρετεῖ τις ἀρρώστῳ· ἀλλὰ διὰ τὸ ἔχειν μισθὸν ὑπηρετεῖ, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδὲ τοῦτο ἐν γνώσει. καὶ λοιπὸν εἴ τι δ᾽ ἂν συμβῇ αὐτῷ λυπηρόν, εὐχερῶς ἐκκόπτει αὐτὸν ἀπὸ τοῦ καλοῦ ἔργου αὐτοῦ, καὶ οὐ φθάνει πληρῶσαι, ἐπεὶ οὐκ ἐν γνώσει ποιεῖ· ὁ δὲ ἐν γνώσει ὑπηρετῶν, διὰ τὸ κτήσασθαι συμπάθειαν ὑπηρετεῖ· διὰ τὸ κτήσασθαι σπλάγχνα οἰκτιρμῶν· ὁ γὰρ ἔχων σκοπὸν τοιοῦτον, εἴ τι δ᾽ ἂν συμβῇ αὐτῷ, κἂν θλίψις ἔξωθεν, κἂν αὐτὸς ὁ ἄρρωστος ὀλιγωρήσῃ πρὸς αὐτόν, αὐτὸς ἀπερισπάστως βαστάζει, προσέχων τῷ ἰδίῳ σκοπῷ, καὶ εἰδώς, ὅτι ὁ ἄρρωστος μᾶλλον αὐτὸν εὐεργετεῖ, ἤπερ αὐτὸς τὸν ἄρρωστον. πιστεύσατε γὰρ ὅτι καὶ ἀπὸ παθῶν καὶ πολέμων κουφίζεται ὁ ἐν γνώσει ὑπηρετῶν ἀρρώστοις· ἐγὼ γὰρ οἶδα ἀδελφὸν πολεμούμενον ὑπὸ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας, καὶ διὰ τὸ ὑπηρετεῖν ἀρρώστῳ δυσεντεριῶντι, μετὰ γνώσεως, ἀπαλλαγέντα τοῦ πολέμου. καὶ Εὐάγριος λέγει περί τινος μεγάλου γέροντος, ὅτι τινὰ τῶν ἀδελφῶν ταρασσόμενον ἐν ταῖς νυξί, τῶν τοιούτων φαντασμάτων ἀπήλλαξεν, ἀσθενέσι μετὰ νηστείας ὑπηρετῆσαι προστάξας.

καὶ ἔλεγεν ἐρωτηθεὶς τὸν ποιὸν τούτου λόγον, ὅτι οὐδὲν οὕτως ὡς ἔλεος τὰ τοιαῦτα κατασβέννυται πάθη. πάλιν ἐὰν ἀσκῇ τις, ἢ διὰ κενοδοξίαν, ἢ ἔχων ὅτι ἀρετὴν ποιεῖ, οὐκ ἀσκεῖ ὁ τοιοῦτος ἐν γνώσει, λοιπὸν ἐκ τούτου ἄρχεται ἐξουθενεῖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἔχων ἑαυτόν τι· καὶ εὑρίσκεται οὐ μόνον βάλλων ἕνα λίθον καὶ ἐπαίρων δύο, ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸν τοῖχον κινδυνεύων ῥῖψαι διὰ τοῦ κρῖναι τὸν πλησίον· ὁ δὲ ἐν γνώσει ἐγκρατευόμενος, οὐκ ἔχει ὅτι ἀρετὴν ποιεῖ· οὐδὲ θέλει ἐπαινεῖσθαι, ὡς ἀσκητής· ἀλλὰ ἔχει ὅτι διὰ τῆς ἐγκρατείας κτᾶται σωφροσύνην, καὶ ὅτι διὰ ταύτης ἔρχεται εἰς ταπείνωσιν, ὡς λέγουσιν οἱ πατέρες, ὅτι ἡ ὁδὸς τῆς ταπεινώσεώς ἐστιν οἱ κόποι οἱ σωματικοὶ ἐν γνώσει· καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἁπλῶς ἑκάστην ἀρετὴν οὕτως δεῖ τινὰ ποιεῖν, ὥστε κτήσασθαι αὐτὴν καὶ γενέσθαι ἐν ἕξει αὐτῆς. καὶ εὑρίσκεται, ὡς εἴπομεν, ὁ καλὸς τεχνίτης οἰκοδόμος δυνάμενος μετ' ἀσφαλείας οἰκοδομῆσαι τὸν ἴδιον οἶκον. ὁ θέλων οὖν σὺν Θεῷ ἐλθεῖν εἰς τοσαύτην καλὴν κατάστασιν, οὐκ ὀφείλει λέγειν, ὅτι μεγάλαι εἰσὶν αἱ ἀρεταί, καὶ οὐ δύναμαι φθάσαι αὐτάς. τοῦτο γάρ, ἢ μὴ ἐλπίζοντός ἐστιν εἰς τὴν βοήθειαν τοῦ Θεοῦ, ἢ ὀκνοῦντος ἐπιβαλέσθαι τι ἀγαθοῦ· ἐπεὶ ποίαν θέλετε ἀρετὴν καὶ γυμνάζωμεν· καὶ βλέπετε ὅτι ἐν ὑμῖν ἐστι καὶ τὸ κατορθῶσαι. ἰδοὺ λέγει, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν, μὴ προσέχῃς πόσον ἀπέχεις ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, καὶ * ἄρξῃ δειλιᾶν καὶ λέγειν· πῶς δύναμαι ἀγαπῆσαι τὸν πλησίον, ὡς ἑαυτόν; πῶς δύναμαι τὰς θλίψεις αὐτοῦ μεριμνᾶν, ὥσπερ τὰς ἰδίας, καὶ μάλιστα τὰς κεκρυμμένας ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἃς οὔτε βλέπω οὔτε γινώσκω, ὥσπερ τὰς ἐμαυτοῦ. μὴ ἀπασχολήσῃς ἑαυτὸν εἰς τὸ λογίζεσθαι ταῦτα, καὶ μὴ νομίσῃς ὑπερέκεινα εἶναι καὶ δυσκατόρθωτον τὴν ἀρετήν, ἀλλὰ βάλε τέως ἀρχήν, πιστεύων τῷ Θεῷ· δεῖξον αὐτῷ τὴν προαίρεσίν σου, καὶ τὴν σπουδήν, καὶ βλέπεις τὴν βοήθειαν ἣν παρέχει σοι εἰς τὸ κατορθῶσαι. οἷον λέγω, ὑπόθου με δύο κλίμακας εἶναι· τὴν μὲν ἀναφέρουσαν ἄνω εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν ἄλλην καταφέρουσαν κάτω εἰς τὸν ᾅδην, καὶ σὺ ἵστασαι εἰς τὴν γῆν μέσον τῶν δύο κλιμάκων. μὴ θελήσῃς λογίσασθαι καὶ εἰπεῖν, πῶς δύναμαι πετασθῆναι ἐκ τῆς γῆς, καὶ εὑρεθῆναι ἅπαξ ἄνω εἰς τὸ ἄκρον τῆς κλίμακος; οὔτε γὰρ δυνατόν ἐστιν, οὔτε ἀπαιτήσει ὁ Θεὸς τοῦτο· ἀλλὰ φύλαξαι τέως, μὴ κατελθεῖν κάτω· μὴ κακοποιήσῃς τὸν πλησίον, μὴ πλήξῃς, μὴ καταλαλήσῃς, μὴ λοιδορήσῃς, μὴ ἐξουθενήσῃς· καὶ οὕτως λοιπὸν ἄρχῃ καὶ εὐεργετεῖν μικρὸν διὰ τοῦ παρακαλεῖν λόγῳ τὸν ἀδελφόν σου· διὰ τοῦ συμπαθεῖν αὐτῷ· καὶ ἐὰν χρῄζῃ πράγματος, ἐπιδιδόναι αὐτῷ· καὶ οὕτως μίαν βαθμίδα ἀνερχόμενος,

Et de re hac interrogatus respondit: Nihil esse quod adeo passiones huiusceemodi extingueret vt misericordiam: Si quis item sese exerceat vel ex inani gloria, vel vt virtutem agere videatur, neque hic cum cognitione se exercet. Cùm enim aliquid esse se existimat, incipit fratrem contemnere. Et hic non solùm lapidem vnum adiicit, atque adimit duos, sed vniuersum parietem minari ruinam facit & periclitari, cùm proximum contemnat & iudicet. Qui autem continens est cum cognitione, non quia virtus est continentia, hanc exercet, non vt tanquam fortis & industrius laudem consequatur humanam, sed quia confidit per eam sese ad modestiam peruenturum, & ex ea postmodum in humilitatem. Senserunt etenim patres & maiores nostri per labores corporis, dum fierent cum cognitione, viam esse ad humilitatem. Et ita demum opus est vnumquemque virtutem facere, vt & illam possideat, & in habitum ipsius perueniat, & tunc sese optimum artificem intelligat, optimum ædificatorem qui securus propriam domum possit ædificare. Caueat igitur qui ad hunc perfectionis statum peruenire voluerit, vel dicere, vel cogitare, magnas esse virtutes, nec posse adiri eas à nobis. Hoc est enim nihil sperare in diuina ope, atque animo ad opus bonum torpescere & dormitare. Dicite mihi, si quam virtutem cupitis, exercenda ea est à nobis, quæcunque sit, sunt enim in nobis virtutes, & bene operari cùm volumus, possumus. Ecce in lege scribitur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ne aduertas quàm longè absis à virtute, ne timere incipias & dicere, Quomodo possum proximum meum diligere vt meipsum? Quomodo illius afflictiones & angustias scrutari possum, & eas maximè quas corde tegit: cùm eas nec videam nec agnoscam vt meas? Noli ista meditari: ita enim putabis arduum quid & difficile admodum esse virtutem. At fundamenta iacias quæcunque potes in Domino confisus. Ostende studium & desiderium tuum illi, statimque tibi auxilium cœlitus adesse ad bene agendum senties. Exempli autem gratia finge geminas scalas, vnam quæ in cœlum erecta sit, alteram quæ ad inferos vsque tendat, & te inter ambas medium puta, an non tecum cogitates & dicetes, qua possum via ex terra hac in apicem scalarum harum quæ ad cœlos diriguntur, euolare? At neque id possibile esset, neque talia Deus abs te requirit. Requirit autem tibi vt caueas ne inferiùs labaris & corruas, ne iniuria proximum afficias, ne percutias, ne obloquaris, ne conuitieris, ne despicias, & sic sensim benefacere incipis, dum fratrem tuum curas dulci sermone, dum compateris illi: & cùm re vlla ei opus fuerit, tradis. Et sic per gradus conscendens,

Continentia.

* fort. ἄρ.

Leuit. 19. Matt. 5. Iac. 2.

tandem auxiliante Domino ad ſcalarum A ſummitatem peruenies. Ex hoc enim modico auxilio proximi, ad id conſcendis vt optes commodum & vtilitatem eius ſicut tuam, & hoc eſt, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Inueniemns abſque dubio ſi quæramus, & ſi Deum ad opem ferendam inuocemus, ſtatim aderit nos illuminans. Dicit enim Euangelium; Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis: petite, vt ſcilicet orando precemur. Quærite autem, hoc eſt, ſcrutamini diligenter quo adueniat virtus in vos, quid potiſſimum ſit quod eam afferat, quid agendum nobis, vt illam conſequamur & poſſideamus: & hoc eſt, quod ait, quærite, quotidie videlicet iſta perueſtigare. Pulſare autem eſt præcepta Domini obſeruare & facere: qui enim pulſat, manibus pulſat: manus igitur ad actiones deſignandas accipiuntur. Innuit igitur nobis non ſolùm petendum eſſe, ſed & quærendum & pulſandum, ita vt iuxta Apoſtolum parati ſimus & perfecti in omne opus bonum. Quid eſt autem perfecti? Ædificaturus quis nauem, primùm præparat quæcunque neceſſaria ad eam C ſunt, & picem & ſtupam, & clauos. Et mulier cùm textrinum erigere voluerit, vel telam texere, diſponit primùm quæcunque neceſſaria, etiam fila minutiſſima, & hoc eſt perfecti, habere omnem rei neceſſitatem præparatam. Vt igitur ſimus & nos perfecti in omne opus bonum, habeamus omnem curam & diligentiam & promptitudinem noſtram, ad perficiendam diuinam voluntatem cum cognitione, quacunque in re illi placitum fuerit. Nam (vt ait Apoſtolus) voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta eſt. Omnia autem quæcunque fiunt, per- D mittente Deo vel diſponente fiunt, vt dicit ipſe in Propbeta. Ego Dominus faciens lucem & creans tenebras. Et iterum: Non eſt malum in ciuitate quod non fecerit Dominus. Malum dicit afflictiones & anguſtias quæ ad diſciplinam noſtram fiunt & mala noſtra corrigenda: Vt fames, peſtilentiæ, ſiccitas, ægritudines, bella. Hæc non fiunt ex diuina voluntate aut diſpoſitione, ſed permiſſione ipſius, permittente Deo ea nobis ingruere ad vtilitatem noſtram. Hæc tamen velle nos aut optare prohibet Deus, neque E his vult nos concurrere: vt verbi gratia, Voluntas Dei eſt per permiſſionem vt vrbs diruatur, nunquid etiam vult Deus, cùm ipſius voluntas ſit, vt vrbs ruat, vt nos pariter faces immittamus & comburamus eam? vel vt ſecures ſuſcipiamus & vnà diruamus illam? Permittit item Deus aliquem affligi vel ægrotare, nunquid quia voluntas Dei eſt, vt is affligatur, debemus pariter & nos eum affligere? an quia dicimus voluntate diuina alterum ægrotare, non miſereri eius in aliquo?

Dilectio proximi.
Matth. 7.
Luc. 11.
Rom. 12.
Iſa. 45.
Amos 3.
Cautè lege, nam malum pœna certum eſt ex theologia, nedum permittente Deo, ſed etiā efficiente, ordinante & diſponente fieri: nec ſatis explicatè ad regulas Theologiæ hic loquitur auctor.

A φθάνεις σὺν Θεῷ καὶ εἰς τὸ ἄκρον τῆς κλίμακος. Διὰ γὰρ τοῦ κατὰ μικρὸν βοηθεῖν τῷ πλησίον, ἔρχῃ καὶ εἰς τὸ θέλειν τὸ συμφέρον αὐτοῦ, ὡς τὸ σοί, συμφέρον σοί, καὶ τὴν ὠφέλειαν αὐτοῦ, ὡς τὴν σήν, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν. Ἐὰν ζητήσωμεν, εὑρίσκομεν, καὶ ἐὰν αἰτῶμεν τὸν Θεόν, φωτίζει ἡμᾶς. Λέγει γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν, ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Αἰτεῖτε λέγει, ἵνα παρακαλῶμεν διὰ τῆς εὐχῆς. Τὸ δὲ ζητεῖτέ ἐστιν, ἵνα ἐρευνῶμεν πῶς ἔρχεται B αὕτη ἡ ἀρετή· τί ἐστι τὸ φέρον αὐτήν, τί ὀφείλομεν ποιῆσαι, ἵνα κτησώμεθα αὐτήν. Τὸ οὕτως καθ' ἑκάστην ἐρευνᾶν ἐστι τὸ ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε· τὸ δὲ κροῦσαι ἐστι, τὸ ἐνεργῆσαι τὰς ἐντολάς. Ἕκαστος γὰρ κρούων, διὰ τῶν χειρῶν κρούει· αἱ δὲ χεῖρες εἰς τὴν πρᾶξιν λαμβάνονται. Θέλομεν οὖν μὴ μόνον αἰτεῖν, ἀλλὰ καὶ ζητεῖν σπουδάζοντες καὶ ποιεῖν ἔτι, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, κατηρτισμένοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν· τί ἐστι κατηρτισμένοι; ὅταν τις θέλῃ κατασκευάσαι πλοῖον, πρότερον ἑτοιμάζει πᾶσαν τὴν χρείαν τοῦ πλοίου ἕως C καὶ μικροῦ ἡλαρίου, καὶ μικρᾶς πίσσης, καὶ μικροῦ στυππίου· ὁμοίως καὶ ἱστάριον ἐὰν θέλῃ γυνὴ στῆσαι, ἑτοιμάζει ἕως καὶ μικροῦ ῥάμματος· τοῦτο λέγεται κατάρτιον τὸ ἔχειν πᾶσαν τὴν χρείαν ἡτοιμασμένην τοῦ πράγματος. Οὕτως οὖν ἵνα ὦμεν καὶ ἡμεῖς κατηρτισμένοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν, ἔχοντες πᾶσαν τὴν ἑτοιμασίαν ἡμῶν, εἰς τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ μετὰ γνώσεως, ὡς θέλει καὶ ὡς ἀρέσκει αὐτῷ. Τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Ἀπόστολος, τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον; πάντα τὰ γινόμενα, ἢ κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ γίνεται, ἢ κατ' εὐδοκίαν, ὡς λέγει ἐν D τῷ προφήτῃ· ἐγὼ Κύριος ποιῶν φῶς, καὶ κτίζων σκότος· καὶ πάλιν, οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν ὁ Κύριος οὐκ ἐποίησε· κακίας λέγει πάντα τὰ κακωτικά· οἱονεὶ τὰ θλιβερὰ τὰ γινόμενα πρὸς παίδευσιν ἡμῶν διὰ τὴν κακίαν ἡμῶν· ἅ τινά ἐστι, λιμός, σεισμός, ἀβροχία, νόσοι, πόλεμοι, ταῦτα οὐ γίνονται κατ' εὐδοκίαν Θεοῦ, ἀλλὰ κατὰ συγχώρησιν, συγχωροῦντος τοῦ Θεοῦ ἐπενεχθῆναι ταῦτα ἡμῖν πρὸς τὸ συμφέρον. Ταῦτα οὖν οὐ θέλει ἡμᾶς θέλειν ὁ E Θεός, οὐδὲ συνεπέχειν αὐτοῖς· οἷον τί λέγω· ἔστι θέλημα Θεοῦ, ὡς εἴπομεν κατὰ συγχώρησιν, τὸ στραφθῆναι πόλιν. Οὐ θέλει οὖν ἡμᾶς, ἐπειδὴ θέλημα Θεοῦ ἐστι στραφθῆναι αὐτήν, ἵνα βάλλωμεν καὶ ἡμεῖς πῦρ, καὶ καύσωμεν, ἢ ἵνα λάβωμεν ἀξίνας καὶ καταστρέψωμεν· πάλιν εὑρίσκεται συγχώρησις Θεοῦ, ἵνα θλιβῇ τις, ἢ ἵνα ἀρρωστήσῃ, οὐκ ἐπειδὴ θέλημα αὐτοῦ ἐστιν, ἵνα θλιβῇ, θέλει ἡμᾶς ἵνα θλίβωμεν αὐτόν, ἢ ἵνα εἴπωμεν, ὅτι ἐπειδὴ θέλημα Θεοῦ ἐστιν ἵνα ἀσθενήσῃ, μὴ ἐλεήσωμεν αὐτόν.

τοῦτο οὐ θέλει ὁ Θεός, οὐ θέλει ἡμᾶς ὑπουργῆσαι τῷ τοιούτῳ αὐτοῦ θελήματι. τοιούτους θέλει ἡμᾶς εἶναι ἀγαθούς, ὅτι αὐτὸς ὁ ποιεῖ, οὐ θέλει ἵνα θελήσωμεν αὐτό· ἀλλὰ τί θέλει; θέλει ἡμᾶς τὸ θέλημα αὐτοῦ θέλειν τὸ ἀγαθόν, τὸ κατ' εὐδοκίαν, ὡς εἶπον, γινόμενον. τοῦτο δέ ἐστι, πάντα τὰ κατ' ἐντολὴν γινόμενα, τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν, τὸ συμπάσχειν, τὸ ποιεῖν ἐλεημοσύνην, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἰδοὺ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθόν· τί δέ ἐστι καὶ εὐάρεστον; οὐδὲν γάρ, ὃ ποιεῖ τις ἀγαθόν, πάντως ὅτι εὐάρεστον αὐτὸ ποιεῖ. καὶ λέγω πῶς. συμβαίνει ὅτι εὑρίσκει τις μίαν ὀρφανὴν καὶ πτωχὴν εὔμορφον, καὶ ἀρέσκεται διὰ τὴν εὐμορφίαν, καὶ λαμβάνει καὶ ἀνατρέφει αὐτήν· δόξαντος αὐτοῦ, ὡς ὀρφανὴν πτωχὴν εὔμορφον. ἰδοὺ καὶ θέλημα Θεοῦ ἐστι καὶ ἀγαθόν ἐστιν, οὐ μέντοι καὶ εὐάρεστον. τὸ δὲ εὐάρεστον, ὅταν ποιῇ τις ἐλεημοσύνην οὐ διά τινα λογισμὸν ἀνθρώπινον, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλόν, διὰ τὴν συμπάθειαν, τοῦτό ἐστιν εὐάρεστον τῷ Θεῷ· τὸ δὲ τέλειόν ἐστιν ὅταν ποιῇ τις ἐλεημοσύνην, μὴ κατὰ κνιπείαν, μηδὲ κατὰ ὄκνον, μηδὲ κατὰ ὀλιγωρίαν, ἀλλὰ πάσῃ δυνάμει, καὶ πάσῃ προαιρέσει, οὕτως παρέχων, ὡς αὐτὸς λαμβάνων, οὕτως εὐεργετῶν, ὡς αὐτὸς εὐεργετούμενος. καὶ τότε γίνεται τέλειον. καὶ οὕτως εὑρίσκεταί τις ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὡς λέγει ὁ Ἀπόστολος, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. ἰδοὺ τοῦτό ἐστι τὸ ἐν γνώσει ποιεῖν. θέλει γὰρ τις γινώσκειν αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν τῆς ἐλεημοσύνης, αὐτὴν τὴν χάριν αὐτῆς ὅτι μεγάλη ἐστίν, ὅτι δύναται καὶ ἁμαρτίας ἀφιέναι, καθὼς λέγει ὁ προφήτης· λύτρον ἀνδρός, ὁ ἴδιος πλοῦτος· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει, ἐλεημοσύναις λύτρωσαι τὰς ἁμαρτίας σου. καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος εἶπε· γίνεσθε οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν· οὐκ εἶπε, νηστεύσατε, ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος νηστεύει· οὐδὲ εἶπε, γίνεσθε ἀκτήμονες, ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀκτήμων ἐστίν. ἀλλὰ τί λέγει; γίνεσθε οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν. ἰδικῶς γὰρ ἡ ἀρετὴ αὕτη μιμεῖται Θεόν· χαρακτηρίζει αὐτόν. χρεία οὖν ἐστιν, ὡς εἴπομεν, τούτῳ τῷ σκοπῷ προσέχειν ἀεί, καὶ ἐν γνώσει ποιεῖν. πολλὴ γάρ ἐστιν ἡ διαφορά, ἡ ἐπὶ τοῦ σκοποῦ τῆς ἐλεημοσύνης. ἔστι γάρ τις ποιῶν ἐλεημοσύνην, διὰ τὸ εὐλογηθῆναι τὸ χωρίον αὐτοῦ, καὶ ὁ Θεὸς εὐλογεῖ τὸ χωρίον αὐτοῦ· ἄλλος ποιεῖ ἐλεημοσύνην, διὰ τὸ πλοῖον αὐτοῦ, καὶ ὁ Θεὸς σώζει τὸ πλοῖον αὐτοῦ· ἄλλος ποιεῖ διὰ τὰ τέκνα αὐτοῦ, καὶ ὁ Θεὸς σώζει καὶ φυλάττει τὰ τέκνα αὐτοῦ· ἄλλος ποιεῖ διὰ τὸ δοξασθῆναι, καὶ ὁ Θεὸς δοξάζει αὐτόν, καὶ οὐκ ἀθετεῖ ὁ Θεὸς τινά.

A Hoc non vult Deus, vt scilicet voluntati suæ subseruiamus aut concurramus in istis. Vult nos Deus esse bonos, non quæ ipse voluerit hoc modo vt velimus. Quid igitur velle nos vult? Voluntatem ipsius bonam, & quicquid per bonam voluntatem eius fit. Huc est quæcunque nutu & præcepto eius eueniunt & fiunt, vt amare sese mutuo, compati, eleemosynas facere, atque alia huiuscemodi. En bona voluntas Dei. *Rom. 13.* Quid autem est & beneplacens? Omne bonum quod ab vllo fit, etsi semper bonum sit, non semper tamen beneplacens & gratum. Subiiciam exemplum: Occurrit quis B orphanæ puellæ & inopi: cuius pulchritudine captus & delectatus, illam suscipit in domum vt nutriat: exteriùs vt orphanam suscipit, interiùs autem in animo vt eius pulchritudine delectetur. *Voluntas beneplacens.* En hîc voluntas Dei est & bona, non autem beneplacens. Beneplacens enim est, cùm quis eleemosynam fecerit, non respectu aliquo humano, sed ob ipsum bonum, ob ipsam misericordiam & compassionem. Perfecta autem est, cùm quis petenti tribuit non parcè, non desidiosè, non negligenter, sed promptè, totis viribus, tota C intentione, sicque præbet, vt accipere, sic beneficio afficit vt beneficio affici videatur. En perfectam voluntatem Dei; Ita factitando diuinam voluntatem qualem ait Apostolus, *Rom. 13.* bonam, beneplacentem & perfectam complere quis poterit: hoc nimirum est, quod cum scientia & cognitione geritur. Optat verò aliquis vestrum agnoscere quantum sit bonum, quanta gratia eleemosynæ? *Eleemosynæ vtilitas.* magna profectò est, quæ potest peccata dimittere, (vt ait Propheta) Redemptio viri, sunt propriæ diuitiæ. *Prou. 13.* Et alio loco: In eleemosynis D redime peccata tua. *Dan. 4.* Et ipse Dominus dicit: Estote misericordes sicut pater vester cœlestis misericors est. *Luc. 6.* Non dixit, ieiunate, vt pater vester cœlestis ieiunat. Neque dixit, pauperes estote, vt pater vester cœlestis inops est. Sed quid ait? Estote misericordes sicut pater vester cœlestis misericors est. Propriè enim virtus ipsa imitatur Deum, ipsum exprimit & significat. Hoc igitur scopo & consideratione (vt dixi) semper nobis opus est; vt semper intenti simus cum scienE tia & cognitione operari. Variè enim & differenter considerari solet eleemosyna. *Eleemosyna danda multiplex finis, & ratio.* Alius enim facit eleemosynam vt benedicantur rura sua, & Deus vtique huius rura & agros benedicit. Alius eleemosynam facit, ne periclitetur nauis sua in mari, & Deus vtique istius nauem deducit in portum incolumem & saluat. Alius vt custodiat Deus filios suos, & hos quoque custodit Deus. Alius vt gloriam consequatur, & huic Deus gloriam largitur, & neminem fraudat Deus,

Sed quod quisque voluerit, hoc illi dat, dummodo id tale non sit quod animæ suæ noceat. Sed hi omnes mercedem suam amittunt, nullum enim depositum seruant apud Deum, cùm illorum intentio quam præmiserunt, non fuerit ob vtilitatem animæ. Vt benediceret Deus rura & agros tuos, fecisti, benedixit illa Deus: ob filios tuos fecisti, custodiuit filios tuos Deus: vt gloriam consequereris, fecisti, gloriam tibi largitus est Deus. Qua igitur in re debitor tuus est Deus? Reddidit tibi eorum quæ fecisti quam voluisti gratiam. Est autem & alius faciens eleemosynam vt liberetur à ventura pœna. Ecce hic facit ob vtilitatem animæ suæ, hic facit propter Deum. Non tamen & hic omnino vt vult Deus, facit. Adhuc enim in seruili statu est hic. Seruus enim non facit voluntatem Domini sui sponte & volens, sed timens ne vapulet. Similiter & hic facit, vt à pœna scilicet liberetur, & ipsum Deus à pœna liberabit. Facit alius eleemosynam vt mercedem recipiat, hoc quidem primo altius est. Sed & hic non facit omnino adhuc vt vult Deus. Neque enim adhuc est in filij statu: scilicet, vt mercenarius facit voluntatem Domini sui, vt mercedem recipiat & lucretur: ita hic facit præmij gratia. Tres autem status & dispositiones sunt, iuxta quas ex* Basilij sententia benefacere & virtutem exercere debemus, de quibus omnibus aliàs sermonem me vobis fecisse commemini. Si enim timore gehennæ benefaciamus, in seruili statu sumus: si vt mercedem recipiamus, in mercenarij: si boni ipsius gratia, ad filiorum statum transimus. Filius enim non facit patris voluntatem ob timorem, neque vt recipiat mercedem ab illo, sed volens illi deseruire, volens ipsum honorare, volens ipsi in omnibus obsequi & morem gerere. Sic igitur & nos eleemosynam faciamus ob ipsius eleemosynæ bonum: compatientes mutuò vt propriis membris, sic curam gerentes vniuscuiusque vt ab eo curari nos optaremus: sic dantes, tanquam acciperemus: & hæc est eleemosyna quæ cum cognitione fit. Ita vt dixi in filiorum statu reperimur. Nemo autem potest dicere, Pauper sum, & vnde misericordiam faciam, non habeo. Si enim non potes diuitibus & potentibus æqua distribuere, da in gazophylacium duo minuta, vt vidua illa paupercula; & illa accipit à te Deus super diuitum dona. Quod si nec etiam hoc habueris, at certè potes per ministerium ægrotantis misereri. Non potes & hoc? potes verbo fratrem tuum consolari & adhortari. Miserere igitur illius per verbum, & audi dicentem: Verbum bonum super datum optimum.

3. Hominum status. — ** Gregorij.* — *Marc.12. Luc.21. Eleemosyna multis modis.* — ** τῶν Eccl.18.*

A Ἀλλ' ὃ θέλει ἕκαστος παρέχει αὐτῷ, ὅταν μὴ βλάπτεται ἐκ τούτου ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. ἀλλ' οὗτοι πάντες ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. οὐδὲν γὰρ ἀπέθεντο ἑαυτοῖς παρὰ τῷ Θεῷ, ἐπεὶ καὶ ὁ σκοπὸς ὃν προέθεντο, οὐκ ἦν διὰ τὴν ὠφέλειαν τῆς ψυχῆς αὐτῶν. διὰ τὸ εὐλογηθῆναι τὸ χωρίον σου, ἐποίησας, εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὸ χωρίον σου· διὰ τὰ τέκνα σου ἐποίησας, ἐφύλαξε τὰ τέκνα σου ὁ Θεός· διὰ τὸ δοξασθῆναι ἐποίησας, ἐδόξασέ σε ὁ Θεός· τί οὖν χρεωστεῖ σοι ὁ Θεός; ἀπέδωκέ σοι τὸν μισθὸν ὧν ἐποίησας. ἔστι δὲ ἄλλος ποιῶν ἐλεημοσύνην, ἵνα ῥυσθῇ ἀπὸ τῆς μελλούσης κολάσεως· B ἰδοὺ οὗτος ποιεῖ διὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· οὗτος κατὰ Θεὸν ποιεῖ· πλὴν οὐκ ἔστι καὶ καθὼς θέλει ὁ Θεός. ἀκμὴν γὰρ ἐν τῇ δουλικῇ καταστάσει ἐστίν. ὁ δοῦλος οὐ ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου αὐτοῦ θέλων, ἀλλὰ φοβούμενος μὴ δαρῇ· ὁμοίως καὶ οὗτος ποιεῖ, ἵνα ῥυσθῇ τῆς κολάσεως, καὶ ὁ Θεὸς ῥύεται αὐτὸν ἀπ' αὐτῆς. ἄλλος ποιεῖ τὴν ἐλεημοσύνην, ἵνα λάβῃ μισθόν· τοῦτο ὑψηλότερον μέν ἐστι τοῦ πρώτου· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸ ἀκμὴν, ὡς θέλει ὁ Θεός. οὔπω C γάρ ἐστιν ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ διαθέσει· ἀλλ' ὥσπερ ὁ μισθωτὸς ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ δεσπότου, διὰ τὸ λαβεῖν τὸν μισθὸν τοῦ δεσπότου καὶ κερδῆσαι· ὁμοίως καὶ οὗτος ποιεῖ διὰ τὸ κερδῆσαι καὶ ἔχειν μισθόν. τρεῖς γάρ εἰσι διαθέσεις δι' ὧν ὀφείλομεν ποιεῖν τὸ ἀγαθὸν, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Γρηγόριος· ταῦτα καὶ ἄλλοτε εἶπον ὑμῖν. ἢ γὰρ φοβούμενοι τὴν κόλασιν ποιοῦμεν τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ δουλικῇ καταστάσει· ἢ διὰ τὸ λαβεῖν τὸν μισθὸν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ διαθέσει τοῦ μισθωτοῦ· ἢ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ διαθέσει τοῦ υἱοῦ. ὁ υἱὸς γὰρ οὐ ποιεῖ τὸ D θέλημα τοῦ πατρὸς ἀπὸ φόβου· οὐδὲ ὡς θέλων παρ' αὐτοῦ λαβεῖν μισθὸν, ἀλλὰ θέλων θεραπεῦσαι αὐτὸν, θέλων τιμῆσαι καὶ ἀναπαῦσαι αὐτόν. καὶ ἡμεῖς οὖν οὕτως ὀφείλομεν ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην διὰ τὸ καλὸν, συμπάσχοντες ἀλλήλοις, ὡς ἰδίοις μέλεσιν· οὕτως δὲ θεραπεύοντές τινα, ὡς ὅτι ἡμεῖς δι' ἐκείνου θεραπευόμεθα· οὕτως διδόντες, ὡς αὐτοὶ λαμβάνοντες. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν γνώσει ἐλεημοσύνη· οὕτως εὑρισκόμεθα καὶ ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ διαθέσει, E καθὼς εἴπομεν. οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν, πτωχός εἰμι, καὶ οὐκ ἔχω πόθεν ἐλεῆσαι. κἂν γὰρ οὐ δύνασαι δοῦναι, ὡς ἐκεῖνοι οἱ πλούσιοι οἱ διδόντες τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, δὸς δύο λεπτὰ, ὡς ἡ χήρα ἡ πτωχή· καὶ προσδέχεται αὐτὰ ὁ Θεὸς παρά σου ὑπὲρ τὰ δῶρα ἐκείνων. οὐδὲ οὕτως ἔχεις; ἀλλ' ἔχεις δύναμιν, καὶ δύνασαι δι' ὑπηρεσίας ἐλεῆσαι τὸν ἀσθενοῦντα. οὐ δύνασαι οὐδὲ *τοῦτο, δύνασαι λόγῳ παρακαλέσαι τὸν ἀδελφόν σου. ἐλέησον οὖν αὐτὸν διὰ τοῦ λόγου, καὶ ἄκουσον τοῦ λέγοντος, ἀγαθὸς λόγος ὑπὲρ δῶρα·

ἀπαντῆσαι, οὐδὲ λόγῳ δυνάσαι ὠφελῆσαι, δύνασαι ἐὰν παροξυνθῇ κατὰ σοῦ ὁ ἀδελφός σου, ποιῆσαι ἔλεος εἰς αὐτόν, καὶ βαστάσαι αὐτὸν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ταραχῆς αὐτοῦ, βλέπων αὐτὸν ἐπηρεαζόμενον ἐκ τοῦ κοινοῦ ἐχθροῦ· καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν αὐτῷ ἓν ῥῆμα καὶ πλέον ταράξαι αὐτόν, σιωπῆσαι, καὶ ἐλεῆσαι αὐτόν, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀποσπῶν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ· δύνασαι πάλιν ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἐλεῆσαι αὐτόν, καὶ ἀφιέναι αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, ἵνα καὶ σὺ ἄφεσιν λάβῃς παρὰ Θεοῦ. λέγει γάρ, ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· καὶ εὑρίσκῃ ποιῶν ἔλεος εἰς τὴν ψυχὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου, συγχωρῶν αὐτῷ ἃ ἡμάρτησεν εἰς σέ. ἔδωκε γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐξουσίαν, ἐὰν θέλωμεν, συγχωρεῖν ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα καὶ εἰς ἡμᾶς γινόμενα· καὶ οὐκ ἔχεις πῶς ἐλεῆσαι τὸ σῶμα, ἐλεεῖς δὲ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. καὶ ποῖον ἔλεος μέγα, ὡς τὸ ἔλεος τῆς ψυχῆς; ὥσπερ γὰρ ἡ ψυχὴ τιμιωτέρα ἐστὶ τοῦ σώματος, οὕτως καὶ τὸ ἔλεος τὸ γινόμενον εἰς τὴν ψυχήν, μεῖζόν ἐστι τοῦ γινομένου εἰς τὸ σῶμα· ὥστε οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν ὅτι οὐ δύναμαι ἐλεῆσαι. ἕκαστος δύναται πρὸς τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ πρὸς τὴν κατάστασιν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ποιεῖν ἔλεος, μόνον σπουδασάτω ἕκαστος ἐκεῖνο ὃ ποιεῖ ἀγαθόν, μετὰ γνώσεως ποιεῖν· καθὼς περὶ ἑκάστης ἀρετῆς εἴπομεν. εἴπομεν γὰρ ὅτι ὁ ἐν γνώσει ποιῶν, οὗτός ἐστιν ὁ δόκιμος καὶ τεχνίτης, ὁ οἰκοδομῶν μετὰ ἀσφαλείας τὸν ἴδιον οἶκον. περὶ τούτου λέγει καὶ τὸ Εὐαγγέλιον ὅτι ὁ φρόνιμος οἰκοδομεῖ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ οὐδὲν τῶν ἀπαντώντων δύναται παρασαλεῦσαι αὐτήν. ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος δώῃ ἡμῖν ἀκούειν καὶ ποιεῖν ἃ ἀκούομεν, ἵνα μὴ γένωνται ἡμῖν εἰς κρίμα οἱ λόγοι οὗτοι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A Sed esto quòd neque verbo possis misericordiam facere, at certè potes si in te excanduerit frater, fragilitatis illius misereri, & eum ferre in tempore turbationis suæ, cùm non ignores tentatum illum à communi hoste. Cúmque possis illi respondere, & turbatum magis incendere, si taceas, misericordiam facis in animam eius: & de hostili eum manu rapis. Potes rursum, si in te peccauerit frater tuus, illi dimittere & ignoscere peccatum eius, vt & tu à Domino misericordiam & veniam consequaris: ait enim, Dimittite & di- *Luc. 6.* B mittetur vobis: & sic misericordiam facis in animam fratris tui, dimittens illi peccatum quod in te commisit. Videtur enim Deus nobis potestatem dedisse dimittendi peccata inter nos commissa. Ita vt si non habeas, quomodo corporis eius miserearis, misereri possis animæ. Et quod obsecro, misericordiæ maius genus est, quàm misericordia animæ? Vt enim illustrior est anima quàm corpus. Ita misericordia animæ maior est quàm corporis. Ita iã potest nemo dicere non posse se misericordiam facere. Potest vnusquisque iuxta vires & statum suum misereri, dummodo studeat C quicquid erit boni, illud agere cum cognitione, vt superiùs de qualibet virtute diximus. Diximus enim, eum qui cum scientia & cognitione operatur, esse probatissimum architectum, qui domum suam securus ædificat. De talibus etiam dicit Euangelium: Quia scilicet vir prudens ædificat domum *Matth. 7.* suam supra petram, ita vt nullus incursus hostium, illam possit concutere aut mouere. Deus benignus & clemens præstet nobis audire & facere quæ diximus, ne in iudicij die sermones huiusce modi nobis ad indicium fiant. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. D Amen.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΝΙΣΤΕΙΩΝ,

Διδασκαλία ιε΄.

ΕΝ τῷ νόμῳ προσέταξεν ὁ Θεὸς υἱοῖς Ἰσραήλ, ἵνα καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀποδεκατῶσι πάντα ὅσα ἂν κτήσωνται· καὶ οὕτως ποιοῦντες, εὐλογοῦντο ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτῶν. τοῦτο εἰδότες οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἐβουλεύσαντο πρὸς βοήθειαν καὶ εὐεργεσίαν τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ τοῦτο μειζόνως καὶ ὑψηλοτέρως ἡμῖν παραδοῦναι αὐτὰς τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀποδεκατοῦσθαι, καὶ οἱονεὶ ἀφιερῶσαι τῷ Θεῷ, ἵνα οὕτως καὶ εὐλογούμεθα ἐν τοῖς ἔργοις ἡμῶν,

DE IEIVNIO SANCTO.

DOCTRINA XV.

E IN lege scriptum est imperasse Deum filiis Israel, vt singulis annis decimas *Num. 18.* darent omnium quæ possiderent: & id facientes in cunctis operibus suis benedicebantur. Hoc agnoscentes Apostoli sancti consuluere commodis & vtilitatibus animarum nostrarum, quò decimationem hanc excellentius & magnificentius redderemus: dom scilicet dierum vitæ nostræ decimas daremus, & sic Deo nostro sacrificaremus, sic ab eo benediceremur in operibus nostris,

sic quoquo anno peccata purgaremus, quæ A per integrum annum essent à nobis perpetrata. atque boc inter se tractantes consecrarunt nobis ex trecentis sexaginta diebus, septem has hebdomadas ieiuniorum. Quibus patres nostri aliam addere cogitauerunt, quo ad labores venturi ieiunij præpararemur, & ipsum ieiunium numeru sanctæ quadragesimæ quam Dominus noster integram ieiunauit, honoratius redderent. Octo enim hebdomadas, subtractis sabbatis & domioicis, quadraginta dies persiciunt, præhonorato quoque B in seipso ieiunio sabbati sancti quod inter cætera ieiunia totius anni sanctissimum & verissimum est. Septem autem hebdomadæ absque sabbatis & dominicis, triginta quinque dies complent, quibus adiecto sabbato sancto & media parte illustrius illius & splendidissimæ noctis triginta sex cum dimidio computantur dies, quæ decima pars est, si rectè numeres, trecentorum sexagiota quinque dierum anoi. Trecentorum enim dierum decima pars est triginta, sexagenarij verò numeri, sex, quinquenarij au C tem dimidius dies. Hæc est decimatio, quam nobis in pœnitentiam & purgationem peccatorum nostrorum Apostoli sancti coosecrarunt. Quicunque igitur seipsum sacris his diebus, vt decet, omni diligentia seruauerit, beatus erit, fratres, etiamsi ei vt bomini peccare interdum cootigerit, vel ex fragilitate, vel infirmitate Ad hoc eoim nobis dedit Deus sanctissimos hos dies, vt in eis scilicet studeat vnusquisque pœnitentiam agere, & purgari à peccatis toto anno commissis, vt ita purgata & releuata ab onere D anima sacratissimo die resurrectioois occurrat, & sanctissima mysteria in gratia accipiat nouus homo factus per pœnitentiam sanctorum horum ieiuniorum, sicque cum gaudio & lætitia spirituali cum Deo celebret sanctam omnem pentecosten. Pentecoste enim animæ resurrectio est, vt è senioribus vnus aiebat: Cuius sanè id signum est qoòd genua in ecclesia non flectimus per sanctam omnem pentecosten. Quisquis igitur purgari voluerit à peccatis totius anni, caueat E primum ne se nimio cibo, aut potu ingurgitet. Ciborum enim nimia ingorgitatio (vt patres nostri sensere) plurima mala homini affert. Caueat quoque ne ieiunium absque magna necessitate dissoluat, non quærat opiparas dapes, nec se ad vomitum expleat: non sollicitus sit de generibus vini, non de varietate ciborum.

Octaua quadragesima. *Sabbatum sanctum.* *Intelligit de ritu Græcanico.* *Nam Romana Ecclesia alium morem colit sabbatis in quadragesima ieiunans.* * ὀκτώ. * ἡγίασαν. *Mysteria sanctiss.* * αὐταῖς. *Pentecoste.* *Gula duplex differentia.*

A vt cùm illam fuerit quiſpiam contuitus, & omnem regium characterem viderit, putet ſeſe regem ipſum, non imaginem intueri, atque ipſum archetypum conſiderare, tantus nimirum ſplendor eſt maieſtaſque imaginis. Et nos igitur archetypum noſtrum ne contemnamus Deum, ad cuius imaginem facti ſumus. Sed puram, nitidam, honeſtam, propriam imaginem faciamus, & dignam archetypo. Si enim imaginem ſenſibilis, & ſimiliter vt nos geniti regis commaculantes puniuntur, quid nos paſſuros credimus, qui ſpernimus quæ in nobis eſt, diuinam imaginem, neque illam vt par eſt, puram & immaculatam reddimus? Honoremus fratres archetypum. Cognoſcamus myſterij virtutem, cognoſcamus pro qua cauſa Christus mortuus eſt. ipſa enim eſt virtus, ipſa myſterium eſt mortis Chriſti. Per peccatum namque imaginem noſtram deleuimus, & idcirco mortis legi addicti ſumus, vt ait Apoſtolus. Faciens enim nos Dominus ad imaginem ſuam, miſertuſque proprij plaſmatis, propter nos factus eſt homo, pro nobis mortem ſuſcepit, vt mortuos reduceret ad vitam, ex qua propter inobedientiam excideramus. Aſcendens in crucem voluntate ſua, & peccatum ruinæ noſtræ cauſam cruci affigens, captiuam duxit captiuitatem, vt ſcriptum eſt: Quid eſt captiuam duxit captiuitatem? Ex tranſgreſſione namque Adæ captiuos omnes nos fecit inimicus, & ſubiectos habuit. Vnde egredientes animæ ex corporibus hominum, inferna petebant: clauſus enim erat Paradiſus. Aſcendens igitur Chriſtus in altitudinem ſanctæ & viuificæ crucis, à captiuitate in quam nos hoſtis duxerat ob tranſgreſſionem, liberauit per ſanguinem ſuum: & iterum nos ex manibus inimici traxit, & ſuperauit eiicientem & captiuos facientem nos: & hinc dicitur, captiuam duxit captiuitatem. Hæc eſt virtus myſterij, propter hoc pro nobis mortuus Chriſtus, vt nos mortuos reduceret ad vitam. Erepti ſumus igitur ab inferis ob Chriſti humanitatem, & in noſtra manu eſt redire ad Paradiſum, non enim vſque adeò tyrannidem exercet hoſtis vt antea, neque nos ſub ea qua primùm ſeruitute habet. Reliquum igitur eſt fratres, vt caueamus & cuſtodiamus noſipſos, ne rurſus in peccati ruinam decidamus: vt enim vobis ſæpius dixi: Peccati actio ſeruos nos facit, & ſponte noſtra ſeruituri huic ſubiicimur. An non pudeat nos noſtri? Non miſereamur nobis, vt extracti ab inferis per ſanguinem Chriſti rurſum relabamur & reiiciamus noſipſos in infernum? An non ita digni videmur maiore ſupplicio & pœna?

Anima cùm ſit imago Dei non eſt peccato deformanda.

Deus clemens misereatur nostri, & det nobis studium intelligendi & opem ferendi nobisipsis, ita vt paulum quid misericordiæ mereamur ab eo inuenire.

Ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος ἐλεήσῃ ἡμᾶς καὶ δώσῃ ἡμῖν νῆψιν τοῦ συνιέναι καὶ βοηθεῖν ἑαυτοῖς, ἵνα εὕρωμεν μικρόν ἔλεος.

EXPOSITIO IN VERBA diui Gregorij decantata in sanctos Martyres.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΩΝ ΡΗΤΩΝ ΤΟΥ ἁγίου Γρηγορίου ψαλλομένων εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας.

DOCTRINA XXIII.

Διδασκαλία κγ΄.

BONVM est semper aliquid decantare ex sermonibus sanctorum patrum. In his enim semper eorum studium fuit nos edocere & erudire quæcunque extenderentur ad lumen animarum nostrarum. Quare debemus & nos parati esse ex ipsis sermonibus virtutem elicere quæ memoriam nostram mentemque perficiat. Atque hoc maximè faciendum est cùm Dominica solennitas vel sanctorum martyrum, vel quæcunque dies sancta fuerit & præclara. Ita vt psalmodiæ studium & curam adhibeamus, & mentem tamen non diuertamus à virtute sanctorum verborum. Vt scilicet, quemadmodum in historia Patrum memoratur, & os & cor pariter psallant. Didicimus igitur ex primo Psalmo quædam pro capacitate ingenij nostri de sancto paschate. Videamus etiam nunc quid docere nos gestiat diuus Gregorius de sanctis martyribus, ait enim de iis psalmus quem modò concinuimus: Sacrificia viuentia, holocaustomata rationabilia. Quid est, sacrificia viuentia? Sacrificium dicitur, quicquid sacrum Deo libatur. subùce veruecem, vel bouem, vel aliud quid simile. Quid autem ait de sanctis martyribus sacrificia viuentia? Aries ductus ad sacrificium iugulatur primùm & interficitur, postea diuiditur & in frusta conciditur, atque ita immolatur Deo. Sancti autem martyres viuentes conciderunt carnes suas, excoriati, secti, cruciati, multis laboribus & tormentis afflicti. Quorum aliis tortores manus absciderunt, aliis linguam extraxerunt, aliis oculos effoderunt, aliis latera dissuerunt, ita vt ordinem & harmoniam intestinorum suorum possent cernere. Quæ omnia & viuentes & habentes adhuc in corporibus animas patiebantur. Quare optimè sacrificia viuentia appellati sunt. holocaustomata verò rationabilia quare dicta sunt? Sacrificij genus aliud est, quod vocant, cùm scilicet totum arietem non offerunt, sed primitias eius, vt dicitur in lege: Brachium dextrum, & fibras,

ΔΙΑ τοῦτο καλόν ἐστι τὸ ψάλλειν ἐκ τῶν λόγων τῶν ἁγίων θεοφόρων, ἐπειδὴ πανταχοῦ σπουδάζουσιν ἀεὶ διδάσκειν ἡμᾶς πάντα τὰ συντείνοντα πρὸς φωτισμὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν· ἐν οἷς καὶ προσήκει ἡμῖν ἐξ αὐτῶν τῶν προσφόρων λόγων, καὶ αὐτὴν τὴν δύναμιν τῆς ἐπιτελουμένης μνήμης ἀεὶ μανθάνειν, εἴτε δεσποτική ἐστιν ἑορτὴ, εἴτε ἁγίων μαρτύρων· εἴτε πατέρων, εἴτε ἁπλῶς οἵα δήποτε ἡμέρα ἁγία καὶ περιφανής. ὀφείλομεν οὕτω καὶ ἡμεῖς μετὰ νήψεως ψάλλειν, καὶ τηρεῖν τὸν νοῦν ἡμῶν εἰς τὴν δύναμιν τῶν λόγων τῶν ἁγίων, ἵνα μὴ μόνον τὸ στόμα, καθὼς λέγει εἰς τὸ γεροντικὸν· ἀλλὰ καὶ ἡ καρδία ἡμῶν μετὰ στόματος ψάλλῃ. ἐμάθομεν οὖν ἐκ τοῦ προτέρου ψαλμοῦ ὀλίγα κατὰ τὴν δύναμιν ἡμῶν περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα· ἴδωμεν πάλιν τί θέλει διδάξαι ἡμᾶς καὶ περὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων ὁ ἅγιος Γρηγόριος. λέγει γὰρ καὶ ὁ εἰς αὐτοὺς ψαλμὸς ὃν εἴπομεν ἄρτι ἐκ τῶν λόγων αὐτοῦ· ἱερεῖα ἔμψυχα, ὁλοκαυτώματα λογικά. καὶ τὰ ἑξῆς· τί ἐστιν ἱερεῖα ἔμψυχα; ἱερεῖόν ἐστι * πᾶν τὸ ἀφιερωμένον εἰς θυσίαν Θεῷ. οἷον πρόβατον, ἢ βοῦς, ἢ τι τῶν τοιούτων. διὰ τί οὖν λέγει περὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων ἱερεῖα ἔμψυχα; ὅτι τὸ πρόβατον τὸ εἰς θυσίαν προσαγόμενον πρῶτον σφάζεται καὶ ἀποθνήσκει· εἶθ᾽ οὕτως μερίζεται καὶ κατατέμνεται καὶ προσάγεται τῷ Θεῷ· οἱ δὲ ἅγιοι μάρτυρες ζῶντες κατετέμνοντο τὰς σάρκας ξεόμενοι, βασανιζόμενοι, μελοκοπούμενοι. ἑώρων ὅτι γὰρ καὶ χεῖρας αὐτῶν ἀπέκοπτον οἱ δήμιοι, καὶ πόδας καὶ γλώσσας καὶ ὀφθαλμοὺς ἐξώρυττον, καὶ ἐπὶ τὸ τούτων ἔξεον τὰς πλευρὰς, ὥστε καὶ αὐτὴν φαίνεσθαι τὴν κατασκευὴν καὶ τὴν ἁρμονίαν τῶν ἐντοσθίων αὐτῶν. ταῦτα δὲ πάντα, ὡς εἶπον, ζῶντες ὑπέμενον οἱ ἅγιοι ἔτι ἔχοντες τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, καὶ διὰ τοῦτο λέγονται ἱερεῖα ἔμψυχα· ὁλοκαυτώματα δὲ λογικά. διὰ τί; ἐπειδὴ ἄλλο ἐστὶ θυσία. ἔστιν ὅτι οὐ προσφέρουσιν ὅλον τὸ πρόβατον, ἀλλὰ μόνον τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ, καθὼς λέγει ἐν τῷ νόμῳ, τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν, καὶ τὸν λοβὸν τοῦ ἥπατος,

* πάντων.

καὶ τοὺς δύο νεφρούς, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις· ταῦτα οἱ προσφέροντες, θυσίας προσφέρειν· οἱονεὶ τὴν ἀπαρχὴν προσφέρειν· καὶ αὕτη λέγεται θυσία. ὁλοκαύτωμα δέ ἐστιν ὅτι ὅλον τὸ πρόβατον ἢ τὸν βοῦν, ἢ εἴ τι ἐστὶ τὸ προσφερόμενον, καίουσιν ὅλον, ὡς λέγει ἐκεῖ, κεφαλὴν σὺν τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς ἐνδοσθίοις. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὴν βύρσαν, καὶ τὴν κόπρον, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς, ὅλον ἐξ ὅλου κατακαίουσιν. αὕτη λέγεται ὁλοκαύτωσις. οὕτως ἐπετέλουν καὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς ὁλοκαυτώσεις οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ κατὰ τὸν νόμον. σύμβολα δὲ ἦσαν αἱ θυσίαι ἐκεῖναι καὶ αἱ ὁλοκαυτώσεις, τῶν ψυχῶν τῶν θελουσῶν σωθῆναι, καὶ ἑαυτὰς προσφέρειν τῷ Θεῷ. καὶ λέγω ὑμῖν καὶ περὶ τούτων ὀλίγα ἐξ ὧν εἶπον οἱ πατέρες, ἵνα ὅτε ἀναγινώσκετε αὐτά, ἀνάγητε μικρὸν τὰ νοήματα ὑμῶν, καὶ πιαίνηται ἡ ψυχὴ ὑμῶν. τὸν βραχίονα λέγουσιν εἶναι τὴν πρακτικήν· λαμβάνονται δὲ εἰς ταύτην αἱ χεῖρες, καθὼς καὶ διαφόρως εἴπομεν, ὁ βραχίων ἡ δύναμίς ἐστι τῆς χειρός. προσέφερον οὖν τὴν δύναμιν τῆς δεξιᾶς χειρός, τουτέστι τῶν ἀγαθῶν ἔργων· τὴν δεξιὰν γὰρ εἰς τὸ ἀγαθὸν λαμβάνουσι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα εἴπομεν· οἷον ὁ λοβὸς τοῦ ἥπατος, καὶ οἱ δύο νεφροί, καὶ τὸ στέαρ τὸ ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἡ ὀσφύς, καὶ τὸ στέαρ τὸ ἐπὶ τῶν μηρῶν καὶ ἡ καρδία καὶ τὸ στηθύνιον καὶ ὅσα τοιαῦτα. ὁμοίως καὶ ταῦτα σύμβολά εἰσι. ταῦτα γὰρ πάντα, ὡς λέγει ὁ Ἀπόστολος, τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις. ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, καὶ λέγω ὑμῖν πῶς. ἡ ψυχή, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Γρηγόριος, τριμερής ἐστιν. ἔχει γὰρ τὸ ἐπιθυμητικόν, καὶ τὸ θυμικόν, καὶ τὸ λογικόν. προσέφερον οὖν τὸν λοβὸν τοῦ ἥπατος. τὸ ἧπαρ λαμβάνουσιν οἱ πατέρες εἰς τὴν ἐπιθυμίαν· ὁ δὲ λοβὸς τοῦ ἥπατος, ἐστὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ. προσέφερον οὖν ἐκεῖνοι συμβολικῶς τὸ ἄκρον τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μέρους, τουτέστι τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ, τὸ κάλλιστον καὶ τιμιώτερον μέρος αὐτοῦ· ὅπερ σημαίνει, τὸ μηδὲν πρὸ τοῦ Θεοῦ ἀγαπᾶν, μηδὲν ἐκ πάντων τῶν ἐπιθυμητικῶν προτιμᾶν τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἐπιθυμίας. εἴπομεν γὰρ ὅτι τὸ τιμιώτερον αὐτοῦ προσέφερον. καὶ οἱ νεφροὶ δέ, καὶ τὸ στέαρ τὸ ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἡ ὀσφύς, καὶ τὸ στέαρ τὸ ἐπὶ τῶν μηρῶν τὸ αὐτὸ κατὰ ἀναλογίαν τινὰ σημαίνουσιν. ἐκεῖ γὰρ λέγουσιν εἶναι τὴν ἐπιθυμίαν. ἰδοὺ ταῦτα ἐστὶ τὰ σύμβολα τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μέρους. τοῦ δὲ θυμικοῦ, σύμβολόν ἐστιν ἡ καρδία. ἐκεῖ γὰρ λέγουσιν εἶναι τὸν θυμόν, καὶ τοῦτο σημαίνει καὶ ὁ ἅγιος Βασίλειος λέγων· θυμός ἐστι ζέσις τοῦ περικαρδίου αἵματος· τὸ δὲ στηθύνιον, σύμβολόν ἐστι τοῦ λογικοῦ. τὸ γὰρ στῆθος εἰς τοῦτο λαμβάνουσι. διὰ τοῦτο καὶ τὸν Μωσέα λέγουσιν ἐνδύοντα τὸν Ἀαρὼν τὸ * ἄδυμα τὸ ἀρχιερατικόν, ἐπὶ τοῦ στήθους αὐτοῦ διδόναι τὸ λόγιον, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ διαταγήν. ταῦτα οὖν πάντα, ὡς εἴπομεν, σύμβολά εἰσι τῆς ψυχῆς τῆς διὰ τῆς πρακτικῆς σὺν Θεῷ καθαιρούσης ἑαυτὴν καὶ ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν ἐπανερχομένης.

A & duos renes, & his similia: qui hæc offerebant, sacrificium offerre dicebantur, hoc est, primitias: & hoc genus propriè nominatur sacrificium. Holocaustum antem est cùm totus aries, vel bos, vel qnicqnid offertur, omnino exuritur. Vt præcipitur in lege, Caput cum pedibus & intestinis comburetis: nonnunquam etiam pellem: & vt breui dicam, omnia comburebant, & hoc erat propriè holocaustum. Ita peragebant sacrificia & bolocausta filij Israël secundùm legem. Digna erant sacrificia illa & B holocausta animarum salutem quærentium, & sese offerentium Deo, de quibus etiam ego nunc vobis pauca quædam referabo, vt cùm ea legeritis & cogitatiooes vestras in illa intenderitis, foueatis animas vestras. Bracbium de quo prædiximus, interpretati sunt maiores nostri actionis esse. Accipiamus autem & pro eadem re manum, vt solemus dicere, brachium virtutem esse manus. Obtulerunt igitur virtutem maous dextræ, hoc est, bonorum operum, dexteram enim pro bono accipiunt, Et alia omnia quæcunque diximus, fibras, renes C duos, abdomen eorum, lumbos, seuum crurum, cor, pectusculum: signa erant bæc omnia, vt enim ait etiam Apostolus: In figura hæc omnia contingebant illis: & scripta sunt ad doctrinam nostram. Et hoc quo pacto, dicam: Anima nostra (vt ait diuus Gregorius) in tres partes diuisa est, in appetibilem, irascibilem, & rationabilein. Obtulerunt igitut fibras epatis. Epar interpretantur Patres appetitum: fibra autem eparis est suminum ipsius epatis. Obtulerunt igitur illi in figura summitatem appetibilis par- D tis, hoc est, primitias eius, partem sanè optimam & magis pretiosam ipsius: Quod significat nihil ante Deum esse diligendum: neque ex omnibus appetibilibus ante Deum appetendum esse. Dicimus etiam quòd partes magis pretiosas obrulêre, quales, renes, lumbos, abdomen, & crurum pioguedinem, quæ omnia excellentiam quandam significant: in his enim dicunt esse appetitum Hæc igitur signa sunt partis appetibilis. Irascibilis antem signum dicunt cor: in eo enim iram esse autumant, & hoc affirmatur etiam à Basilio, cùm iram ita definit: Ira est ebullitio sanguinis cir- E ca cor. Pectusculum autem signum est rationalis, nam pectus rationem significare aiunt, indncentes Moysen cùm Aaron fratrem indueret sacerdotale indumentum, pectori eius rationale, vt iusserat Dominns, apposuisse. Hæc igitur omnia, vt diximus, signa sunt animæ, quæ se per bona opera purgat, & redit ad propriam naturam.

*fort. ἔνδυμα

Nam, vt ait Euagrius, rationalis anima A tunc agit secundùm naturam, cùm pars eius appetibilis virtutes appetit, irascibilis ad eas acquirendas pugnat, rationabilis contemplatur & aduertit quæ facta sunt. Cùm ergo offerebatur vel bos vel ouis, vel aliud quippiam simile in sacrificium, accipiebant illud filij Israël ex manibus offerentis, & imponebant super altare in conspectu Domini, idque sacrificium dicebatur. Holocaustum autem cùm, totum ex toto offerebant, & illud omnino comburebant, B & ita, vt diximus, saluum, integrum, & perfectum erat, ad perfectorum hominum signum, qui dixerunt, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Ad quam perfectionem hortabatur illum Dominus, qui præcepta decalogi seruasse se ab adolescentiæ sua respondit, cùm dixit ei: Vnum tibi deest, vt scilicet tollas crucem tuam, & sequaris me. Sic igitur sancti martyres totos sese Deo obtulêre: neque solùm seipsos, sed & quæ ipsorum fuerant & quæ circa ipsos. Aliud enim nos sumus (vt ait Ba- C silius) aliud nostra, aliud quæ circa nos. Nos vt aliàs vobis dixi, sumus mens & anima, nostrum est corpus, circa nos sunt possessiones, & alia huiuscemodi. Obtulerunt ergo sese primùm sancti Deo, toto corde, tota anima, tota virtute, vt scriptum est: Diliges Dominum Deum tuum, toto corde tuo, tota mente, tota anima tua. Non solùm enim filios, vxores, gloriam, pecunias, & cæteram omnem substantiam contempserunt, sed & sua propria corpora tradiderunt. Quare rectè dicuntur ho- D locaustomata. Rationabilia autem, quia rationale animal est homo, & sacrificium perfectum Deo. Sequitur: Deum cognoscentes, & à Deo cognitas oues. Quo pacto Deum cognoscentes? Ostendit hoc Dominus: docuitque dicens: Oues meæ vocem meam audiunt, *Ioan. 10.* hoc est, sermonibus meis parent, præcepta mea custodiunt, & ex his cognoscunt me. Per obseruantiam enim præceptorum appropinquant Deo sancti, & quanto magis illi appropinquant, E tanto magis cognoscunt, & ab eo cognoscuntur. Dominus enim omnia nouit, & profunda & occulta, & etiam quæ nondum sunt. Cognosci autem dicuntur ab eo per obseruantiam præceptorum, vt diximus, ea similitudine qua quis ignorare & ignorari ab aliquo dicitur per elongationem, & per appropinquationem sciri & cognosci.

A λέγει γὰρ Εὐάγριος ὅτι κατὰ φύσιν ἐνεργεῖ ἡ ψυχὴ λογικὴ, ὅταν τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν μέρος αὐτῆς, τῆς ἀρετῆς ἐφίεται, τὸ δὲ θυμικὸν, ὑπὲρ ταύτης ἀγωνίζεται, τὸ δὲ λογικὸν, ἐπιβάλλει τῇ θεωρίᾳ τῶν γεγονότων. ὅτι οὖν προσέφερεν πρόβατον, ἢ βοῦν, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον εἰς θυσίας, ταῦτα ἐλάμβανον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐκ τοῦ προσφερομένου, καὶ ἐπετίθουν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἔναντι Κυρίου, καὶ λέγεται θυσία. ὁλοκαύτωμα δὲ ἐστιν, ὅτι ὅλον ἐξ ὅλου τὸ ἱερεῖον προσέφερον, καὶ κατέκαιον αὐτὸ οὕτως, ὡς ἔστι σῶον, ὁλόκληρον, τέλειον· B καθὼς καὶ ἀνωτέρω εἴπομεν. τοῦτο τῶν τελείων ἐστὶ σύμβολον· τοῦτο τῶν λεγόντων ἐστὶ, τὸ, ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· εἰς τοῦτο τὸ μέτρον ὁ Κύριος προετρέπετο ἐκεῖνον ἐλθεῖν τὸν εἰπόντα αὐτῷ, ὅτι ταῦτα πάντα ἐφύλαξα ἐκ νεότητός μου· ἀπεκρίνατο γὰρ αὐτῷ λέγων, ὅτι ἕν σοι λείπει. ποῖον; τὸ, Ἆρον τὸν σταυρόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι. οἱ οὖν ἅγιοι μάρτυρες οὕτως προσήνεγκαν ὅλους ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, καὶ οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἀλλὰ καὶ τὰ ἑαυτῶν καὶ τὰ περὶ αὐτούς. ἄλλο γάρ ἐσμεν ἡμεῖς καθὼς λέγει ὁ ἅγιος C Βασίλειος, καὶ ἄλλο τὸ ἡμέτερον, καὶ ἄλλο τὸ περὶ ἡμᾶς· ταῦτα καὶ ἄλλοτε εἶπον ὑμῖν. ἡμεῖς ἐσμεν ὁ νοῦς καὶ ἡ ψυχὴ, ἡμέτερον δὲ τὸ σῶμα· τὰ δὲ περὶ ἡμᾶς, κτήματα καὶ αἱ λοιπαὶ ὕλαι. προσήνεγκαν οὖν ἑαυτοὺς οἱ ἅγιοι τῷ Θεῷ ὅλῃ καρδίᾳ, ὅλῃ ψυχῇ, ὅλῃ ἰσχύϊ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου· οὐ μόνον γὰρ τέκνων, καὶ γυναικῶν, καὶ δόξης, καὶ χρημάτων, καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης περιουσίας κατεφρόνησαν· ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἰδίων σωμάτων· καὶ διὰ τοῦτο λέγονται ὁλοκαυ- D τώματα. λογικὰ δὲ, ἐπειδὴ λογικὸν ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ θύματα τέλεια Θεῷ. εἶτα τὸ ἑξῆς, Θεὸν γινώσκοντα καὶ Θεῷ γινωσκόμενα πρόβατα. πῶς Θεὸν γινώσκοντα; ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος ἔδειξε καὶ ἐδίδαξεν εἰπών· τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. διὰ τί εἶπε τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι; ἀντὶ τοῦ, λόγων μου ὑπακούουσι, καὶ τὰς ἐντολάς μου φυλάττουσι, καὶ διὰ τοῦτο γινώσκουσί με· διὰ γὰρ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν, ἐγγίζουσιν οἱ ἅγιοι E τῷ Θεῷ, καὶ ὅσον ἐγγίζουσιν αὐτῷ, τοσοῦτον γινώσκουσιν αὐτὸν, καὶ γινώσκονται ὑπ' αὐτοῦ· ἐπεὶ ὁ Θεὸς τὰ πάντα γινώσκει, καὶ τὰ κρυπτὰ, καὶ τὰ βαθέα, καὶ τὰ μὴ ὄντα. διὰ τί οὖν λέγει περὶ τῶν ἁγίων Θεῷ γινωσκόμενα; ὅτι, καθὼς εἶπον, διὰ τῶν ἐντολῶν ἐγγίζοντες αὐτῷ, γινώσκουσιν αὐτὸν καὶ γινώσκονται ὑπ' αὐτοῦ· ὅσον γὰρ ἀποστρέφεταί τις καὶ μακρύνει ἑαυτὸν ἀπό τινος, τοσοῦτον λέγεται ἀγνοεῖν αὐτὸν καὶ ἀγνοεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ὁ ἐγγίζων ὁμοίως λέγεται γινώσκειν καὶ γινώσκεσθαι·

κατὰ τοῦτο οὖν λέγεται καὶ ὁ Θεὸς ἀγνοεῖν τοὺς ἁμαρτωλοὺς καθὸ μακρύνουσιν ἑαυτοὺς ἀπ' αὐτοῦ. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος τοῖς τοιούτοις λέγει· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. οἱ οὖν ἅγιοι καθὼς πολλάκις εἶπον, ὅσον κτῶνται διὰ τῶν ἐντολῶν τὰς ἀρετὰς, τοσοῦτον προσοικειοῦνται τῷ Θεῷ, καὶ ὅσον προσοικειοῦνται αὐτῷ, τοσοῦτον γινώσκουσιν αὐτὸν καὶ γινώσκονται ὑπ' αὐτοῦ. ὧν ἡ μάνδρα λύκοις ἀνεπίβατος. μάνδρα λέγεται, τόπος περιπεφραγμένος, ἔνθα συνάγει ὁ ποιμὴν τὰ πρόβατα καὶ φυλάσσει, ἵνα μὴ διαρπασθῶσιν ὑπὸ λύκων, ἢ ὑπὸ λῃστῶν συληθῶσιν. ἐὰν δὲ ὑπάρχῃ ἡ μάνδρα ἀπὸ οἱουδήποτε μέρους σαθροτέρα, εὐείσακτός ἐστιν εὐεπίβατος, καὶ εὐχερῶς ἐπιβουλεύεται καὶ ὑπὸ τῶν λύκων καὶ τῶν λῃστῶν. ἡ οὖν μάνδρα τῶν ἁγίων, πανταχόθεν ἠσφάλισται καὶ πεφύλακται, ὥσπερ εἶπεν ὁ Κύριος, ἔνθα κλέπται οὐ διορύσσουσιν οὔτε ἄλλό τι τῶν βλαβερῶν ἐπιβουλεῦσαι δύνανται. εὐξώμεθα οὖν ἀδελφοὶ, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀξιωθῶμεν συμποιμανθῆναι αὐτοῖς, καὶ εὑρεθῆναι καὶ ἐν τῷ τόπῳ τῆς μακαρίας τρυφῆς ἐκείνης, καὶ τῆς ἀναπαύσεως αὐτῶν· κἂν γὰρ οὐκ ἐφθάσαμεν τὴν κατάστασιν τῶν ἁγίων, κἂν οὐκ ἄξιοι ἐσμὲν τοῦ εἶναι ἐν τῇ δόξῃ αὐτῶν, ἀλλὰ δυνάμεθα μὴ ἐκπεσεῖν τοῦ παραδείσου, ἐὰν νήφωμεν καὶ βιάζωμεν ἑαυτοὺς μικρὸν, ὡς λέγει καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης, κἂν μὴ στεφανοῦταί τις, ἀλλὰ σπουδάσῃ μὴ μακρὰν εὑρεθῆναι τῶν στεφανουμένων. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ παλατίῳ εἰσὶ μεγάλαι καὶ λαμπραὶ στρατεῖαι, ὑπόθου τὴν σύγκλητον, τοὺς πατρικίους, τοὺς στρατηλάτας, τοὺς ὑπάρχους, τοὺς σιλεντιαρίους. εἰσὶ γὰρ αὗται πολύτιμοι στρατεῖαι. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς ἐν τῷ αὐτῷ παλατίῳ στρατευόμενοι ὀλίγων νομισμάτων· ὅμως λέγονται καὶ αὐτοὶ στρατεύεσθαι τῷ βασιλεῖ, καί εἰσιν ἔσω ἐν τῷ παλατίῳ, κἂν τὴν δόξαν τῶν μεγάλων οὐκ ἔχωσιν· ἀλλά πως εἰσί. συμβαίνει δὲ ὅτι καὶ κατὰ μικρὸν προκόπτοντες, τυγχάνουσι καὶ αὐτοὶ μεγάλων στρατειῶν καὶ λαμπρῶν ἀξιωμάτων· οὕτως καὶ ἡμεῖς σπουδάσωμεν ἐκφυγεῖν τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν, ἵνα πως ἐξελάσωμεν τοῦ ᾅδου· καὶ οὕτως δυνάμεθα διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ αὐτῆς τῆς εἰσόδου τοῦ παραδείσου τυχεῖν, εὐχαῖς πάντων τῶν ἁγίων, ἀμήν.

Iuxta quod dicitur, Deum ignorare peccatores, quoniam longè fiant ab eo per peccatum. De quibus ait Dominus in Euangelio: Amen amen dico vobis, nescio vos. Sancti igitur, vt dico sæpius, quo magis præceptorum obseruatione parant virtutes, eo magis appropinquant Deo, quóque magis accedũt ad Deum, eo magis cognoscunt eum, & ab eo cognoscuntur. Sequitur: Quarum mandra lupis est inuia. Mandra dicitur locus circumseptus, huc congregat pastor oues, & custodiam illarum agit, ne rapiantur à lupis, vel abigantur à furibus. Quòd si aliqua ex parte mandra fragilis fuerit & debilis, facilè peruia fit insidiis tam luporum, quàm furum. Mandra igitur sanctorum, munita est vndique, tuta, & obseruata, &, vt ait Dominus, vbi fures non effodiunt, neque quicquam nocens afferre possunt. Oremus fratres Dominum, vt & nos illis pariter corregnemus, pariter congaudeamus in loco deliciarum & sanctę quietis. Nisi enim in eorum statum & perfectionem peruenerimus, haud vnquam digni erimus eorum gloria. At vtinam à Paradiso non cadamus: quod sanè minimè continget, si vigilauerimus, si studiosi fuerimus, si nosipsos coëgerimus. Vt enim ait sanctus Clemens: Quisquis coronam optat consequi, studeat atque operam det, vt sit apud coronatos. Vt enim in palatio magni sunt ac splendidi magistratus, finge senatum, patritios, magistros equitum, præfectos, silentiarios, qui omnes magistratus venerabiles sunt. Et alij quoque in eodem palatio sunt militiam agentes paruo ære & modico stipendio, & tamen ipsi quoque militare dicuntur regi, & quamuis summorum illorum gloriam non habeant, & ipsi tamen in palatio sunt. Contingit autem plerunque vt & ipsi sensim proficientes consequantur magistratus illos magnos & splendidos, & eandem gloriam adipiscantur. Ita & nos operam demus, vt à peccato immunes omnino simus, quo, gehenna repulsa, liberum aditum in Paradisum Christi clementia, & misericordia, & sanctorum precibus habeamus.

Matth. 25.

DE COMPOSITIONE MONACHI.

DOCTRINA XXIIII.

HÆC est modesta & grata Deo compositio: Primùm non circumferre huc & illuc oculos; sed quæ ante te sunt, solùm intueri: neque vana & otiosa loqui, sed tantùm necessaria. Vestibus ita modicis vti, quæ ad corporis necessitatem sint: & cibis, qui corpus consolident, nec gulam prouocent. Nihil discernere, de omnibus indifferenter degustare. Non cibos hos vt

viles reijcere, illos vt delicatos eligere, séque bis ad vomitum ingurgitare. Maior quacunque virtute discretiu est. Vino ne vtere extra symbolum, vel infirmitatis aut imbecillitatis gratia. Ne interrumpas sermonem altero loquente, neque vt rudis & indoctus respondeas, sed vt sapiens. Stabilis & firmus sis, & vbicunque locorum fueris, ministrum & seruum te puta fratrum tuorum. Ne denudaueris præsente aliquo vllum membrorum tuorum, neque appropinques corpori alicuius absque manifesta & summa necessitate, aut permittas alium tibi appropinquare absque rationabili causa. Fuge præsumptionem tanquam mortem. Sobrius & modestus esto. In somno ne longè fiat à te virtus quæ tibi circumuigilat. Vbi autem cubes nemo (si fieri potest) vel sciat vel videat. Ne expuas vel excrees ante aliquem. Quòd si te tussis inuaserit sedentem ad mensam, verte faciem tuam retrorsum, & cum omni modestia expue. Comede & bibe vt decet seruos Dei. Ne extendas manum impudenter, vt capias quod ante fratrem tuum est. Si sederit tecum hospes, inuita illum semel & iterum ad comedendum. Compositæ mensæ assideas modestè, & contractè, non confusè. Nullum membrorum tuorum enuda, cùm æstuas & cales. Cùm oscitas, caue os tuum quispiam videat, comprimente autem te spiritum tuum, illico pertransiet. Cùm ingrederis cellam præpositi vel amici vel discipuli tui, caue quippiam curiosius inspicias earum rerum quæ in illa fuerint. Qui enim in his impudenter se habet, mentitur monasticum habitum, & Christum, qui habitum huiuscemodi nobis gratificatus est. Cum modestia & sine strepitu aperi & claude ostia vel tua vel amici tui. Ne tumultuariè ingrediaris ad quemquam, sed prius exterius pulsans, cùm vocatus fueris ingredere. Ne studeas in incessu tuo absque necessaria causa. Cunctis pare in omni opere bono, non tamen diuitibus, locupletibus & sæcularibus multum adhæseris, ne fiat opus diabolicum. Cum mansuetudine omnibus loquere, & cum modestia homines intuere & contemplare, ne videaris faciem alicuius non cernere, sed haurire oculis tuis. Cùm ambulas in via, ne præoccupes aut præcedas maiores tuos: quòd si tuum erit præcedere, præstolare socium tuum, neque multum velis eum anteire. Qui enim hoc non egerit, insipiens iudicabitur, & similis porco exlegi. Si locutus fuerit socius tuus cum occursantibus amicis in via, expecta eum libenter, neque compelle. Sanus ægro dicat ante tempus, comedamus. Ne reprehenderis vllum aliquando peccantem vel labentem in aliquo, sed te semper suspectum habeto, & lapsus illius te causam puta. Omne opus vile adeas libenter & cum humilitate. Si coactus fueris ridere, risus tuus careat dentibus. Si compulsus fueris mulieribus congredi, auerte faciem tuam à conspectu earum, & sic loquere. Ab impudicis fuge tanquam ab igne & laqueo diaboli, & caue illas nusquam obuias habeas, alloquaris, aut aspicias: ne cor tuum luto passionum deturpetur: etiamsi sorores tibi fuerint, eas vt ignotas declina. Cognatis & affinibus tuis ne admodum commiscearis, ne refrigescat cor tuum à charitate Dei. Adolescentulorum colloquia & consuetudinem fuge, vt amicitiam diaboli. Vnicum habeto socium, vnicum amicum Deum timentem, quîcum loquaris, & consuescas, quique in domo inops sit & tenuis, in mysteriis autem Dei, diues & plenus. Secreta tua, bella animi, & quoscunque actus tuos, apud omnes cela. Ante nullum sedeas, nisi compulsus. Cum modestia egredere ad necessarios vsus necessariè. Venerare custodem tui angelum in omnibus actibus tuis. Cum timore Dei omnia perfice, téque ad orationem, meditationem, & contemplationem sæpe compelle. Melius tibi est est mortiferam æruginem manducare, quàm cum muliere comedere, etiamsi mater, si soror tua sit. Melius tibi est cohabitare serpenti, quàm cum scorto consedere, etiam si tibi soror fuerit secundùm carnem. Si à superioribus tuis cùm in itinere es, inuitatus fueris ad psallendum, ne recusa parere: quòd si nihil dixerint, lingua tace, corde tamen Dominum glorifica: ne contendas cum vllo de re aliqua, ne facias turbationes, ne mentiaris, ne iures in Dei nomine. Contemne te ipsum, non alium, te ipsum iniuria affice, non alium. Melius est omnia corporea perire cum corpore, quàm in re quauis minima lædi animam. Ne contende in iudicio cum aliquo, sed adiudicatus patientiam habe, etiamsi non meritus sis iudicium. Nihil in te diligas, quod pristinum hominem redoleat. Subiicere superioribus & ducibus tuis, & illorum nimiam consuetudinem vita. est enim laqueus negligentes & desides in perditionem inducens. O gulose qui ventrem tuum ingurgitare studes, melius tibi esset carbones ignis deuorare, vel patellas & frixorias deglutire, quàm ita ventrem enutrire. In omnes misericors esto, abstractus autem ab omnibus. A multiloquio abstine: hoc enim extinguit cordi aduenientes cogitationes rationabiles, & cœlestes. Caue dogmatizare cum alumnis prælatis Ecclesiæ, & cum alienigenis, & præsertim in publico. Si quos videris inter se verbis altercantes & ira percitos, transeas ne cor tuum quoque ira impleatur, & dominentur cordi tuo erroris tenebræ. Cum superbo ne eas, ne Spiritus sancti actio tollatur ab anima tua, & fias habitaculum omnis prauæ & immundæ passionis. Hæc præcepta, si custodieris ô homo, téque semper exercueris in Dei meditatione syncere & absque fictione, apparebit in anima tua lumen Christi, quod in æternum non extinguetur. Ipsi gloria & potestas in sæcula sæculorum, Amen.

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΑΔΕΛΦΟΝ συνοχλούμενον ὑπὸ πειρασμοῦ.

Πρῶτον μὲν, τέκνον, οὐκ οἴδαμεν τὰς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ὀφείλομεν παραχωρεῖν αὐτῷ τὴν διοίκησιν ἡμῶν· ὅπερ καὶ νῦν μάλιστα ὀφείλομεν ποιεῖν. ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς κρίνειν τὰ ἀπαντῶντα, καὶ μὴ μᾶλλον ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐπιρρίπτειν τὴν μέριμνάν σου, κοπώσῃ. δεῖ οὖν ὅτε ἔρχονται στενοῦντές σε ἐναντίοι λογισμοὶ, κράζειν πρὸς τὸν Θεὸν, Κύριε ὡς θέλεις, καὶ ὡς οἶδας, οἰκονόμει σὺ τὸ πρᾶγμα. B πολλὰ γὰρ παρ' ὃ νομίζομεν ἢ παρ' ἐλπίδας ποιεῖ ἡ πρόνοια τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλως ἐλπιζόμενα πράγματα, ἐπὶ τῆς πείρας εὑρέθησαν ἑτέρως· καὶ ἁπλῶς μὴ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς θέλει, ὡς εἶπον, ἢ νομίζει περιγίνεσθαι λογισμῶν δαιμονικῶν. ὁ Ἀββᾶς Ποιμὴν εἰδὼς ταῦτα, τὸ μὴ μεριμνῆσαι περὶ τὴν αὔριον φησὶ, ἀνθρώπῳ εἴρηται ἐν πειρασμῷ ὄντι. πιστεύων οὖν ἀληθῆ ταῦτα εἶναι, τέκνον, ἄφες πάντα λογισμὸν ἴδιον κἂν συνετὸς ᾖ, καὶ κράτει τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, τὸν ἐκ περισσοῦ ποιοῦντα C ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν. ἠδυνάμην πᾶσιν οἷς εἶπας ἀντιθεῖναι· ἀλλ' οὐ θέλω ἀντιστῆναί σοι, ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτῷ εἰ μὴ μᾶλλον τὴν ἐπὶ τὴν ἐλπίδα τοῦ Θεοῦ, ὁδὸν ὑποδεῖξαι· αὕτη γὰρ ἀμεριμνοτέρα καὶ ἀσφαλεστέρα ἐστίν. ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.

Πρὸς τὸν αὐτόν.

Μνήσθητι, τέκνον, τοῦ εἰπόντος, ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ μὴ διορίσαντος, τοιῶνδε, ἢ τοιῶνδε, ἀλλ' εἰπόντος ἀορίστως, ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων, καὶ οὕτως ὑπόμενε D τὰ ἐπερχόμενα μετ' εὐχαριστίας, ἐν γνώσει, ὡς ἡδέα, ἐὰν ἔχῃς ἁμαρτίας· εἰ δὲ μὴ ἔχῃς, ὡς καθαίροντά σε ἀπὸ παθῶν, ἢ προξενοῦντα τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος καὶ φιλόψυχος, ὁ ἐπιτιμήσας τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ποιήσας γαλήνην μεγάλην, ἐπιτιμήσει καὶ τοῖς σοῖς πειρασμοῖς τέκνον, καὶ δώῃ σοι πλάτος καρδίας, εἰς τὸ εἰδέναι τὴν κακουργίαν τοῦ ἐχθροῦ, ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΑΔΕΛΦΟΝ ἐμπεσόντα εἰς μακρὰν ἀσθένειαν, καὶ συμπτώματα διάφορα.

E

Παρακαλῶ σε, τέκνον, ὑπόμενε καὶ εὐχαρίστει ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν ἐν τῇ ἀσθενείᾳ συμπτώμασι, κατὰ τὸν λέγοντα, πάντα τὰ ἐπερχόμενά σοι, ὡς ἀγαθὰ προσδέχου, ἵνα ὁ σκοπὸς τῆς προνοίας, εἰς εὐάρεστον αὐτῇ πληρωθῇ ἐπὶ σοὶ, τέκνον μου· ἀνδρίζου τοίνυν καὶ κραταιοῦ ἐν Κυρίῳ, καὶ τῇ περὶ σὲ οἰκονομίᾳ. ὁ Θεὸς μετὰ σοῦ.

EIUSDEM AD FRATREM tentationibus oppressum.

Primò quidem, fili, nescimus Dei dispensationem, & debemus ei permittere gubernationem nostri: quod nunc præcipuè facere debemus. Si enim velis humanis rationibus ea quæ contingunt, iudicare, & non potiùs in Deum reiicere curam tuam, laborabis valde. Oportet igitur, cùm contrarij impetus tibi subeunt opprimentes te, ad Deum clamare: Domine sicut vis & sicut nosti, guberna negotium. Multa enim prouidentia Dei præterquam putamus aut speramus facit: & res aliter speratæ, experientia aliter inueniuntur, & omnino non humanis consiliis solent, vt dixi, superari diaboli insidiæ. Abbas Pastor hæc sciens, dixit homini in tentationibus existenti dictum esse: Ne de crastino solicitus sis. Crede igitur vera esse hæc, fili, dimitte proprias cogitationes, etiamsi prudentes sint, & tene spem in Deum: qui abundanter facit quæ petimus aut cogitamus. Potuissem omnibus quæ dixisti, respondere: sed nolo tecum pugnare, imo nec mecum: sed tantùm viam ad spem in Deum demonstrare. Illa enim sine sollicitudine & tranquilla est: Dominus sit tecum.

Ephes. 3.

Ad eundem.

Recordare, fili, eius qui dixit, quòd per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum cœlorũ, non adiiciens per has aut illas, sed dicens indefinitè, per multas. Et tu igitur sufferas, quæ incidunt, cum gratiarum actione in scientia, tanquam iucunda, si habes peccatum: sin minùs, tanquam purgantia te ab affectibus, aut præparaoria regnum cœlorum. Deus amans hominum & animarum, qui imperauit vento & mari, & fecit tranquillitatem magnam, imperabit etiam tuis tentationibus fili: & det tibi magnitudinem animi, vt videre possis malitiam hostis. Amen.

Act. 14.

EIUSDEM AD FRATREM qui in diuturnum morbum & varia accidentia inciderat.

Hortor fili vt toleres & gratias agas ob ea quæ in morbo accidunt tibi, secundùm eum qui dixit: Omnia quæ accidunt tibi, tanquam bona suscipe. Vt scopus prouidentiæ ad beneplacitum ipsius consummetur in te, fili mi. Virili igitur animo sis & corroborare in Domino, & in dispensatione eius erga te. Dominus sit tecum.

A

EIVSDEM AD FRATREM in tentatione existentem.

PAx in Christo, frater. Vince animum tuum, quia tu omnino occasionem dedisti tentationi tuæ, etsi nunc quidem causam non intelligis: & accusa teipsum & sustine & ora. Et credo in misericordiam boni Domini Christi, quòd tollat tentationem. Dixit enim Apostolus: Pax Christi, quæ excedit omnem intellectum, custodiet corda vestra.

Ad eundem.

Quemadmodum corpora vmbra, sic præcepta tentationes sequuntur. Nemo enim, vt magnus Antonius inquit, sine tentationibus intrabit in regnum cœlorum. Noli igitur mirari, fili, si quum tibi de salute tua consulimus, tentationes habes & afflictiones: sustine forti animo & precare, gratias agens quòd dignus reputaris ad exercitia & probationem, tentari in anima tua propter præceptum. Bonus Dominus dabit tibi resipiscentiam tempore tentationis & tolerantiam.

Ad eundem

Boni & amantissimi Dei figmentum & opus sumus, qui dixit: Viuo ego nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: Et iterum: Non veni vocare iustos, sed peccatores, ad pœnitentiam. Si igitur ita se habet: ita & credamus, iaciamus in Dominum curam nostram, & ipse enutriet nos & saluabit. Ipsi enim curæ sumus nos: Qui cor tuum fili consolabitur precibus sanctorum. Amen.

Ad eundem.

Bene Abbas Pastor intellexit illud: Ne quis curet de crastino, de homine dictum esse qui tentetur. Eiusdem generis est illud: Iacta curam tuam in Dominum. Relinque igitur cogitationes humanas, & prehende in Deum spem, facientem multa præter quàm cogitamus, & tranquillum te reddet spes in Deum. Deus adiuuet te fili precibus sanctorum. Oportet igitur nos relinquere eiusmodi cogitationes, ne habeamus curam vitæ crastinæ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΑΔΕΛΦΟΝ ἐν πειρασμῷ ὄντα.

ΕΙΡΗΝΗ σοι ἐν Χριστῷ, ἀδελφέ· νίκησον τὴν καρδίαν σου, ὅτι σὺ πάντως τὴν ἀφορμὴν παρέχεις τοῦ πειρασμοῦ καὶ νῦν, πρὸς δὲ παρὸν τὴν αἰτίαν οὐχ εὑρίσκεις· καὶ μέμψαι σεαυτὸν καὶ ὑπόμεινον καὶ εὖξαι, καὶ πιστεύω εἰς τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ὅτι παράγει τὸν πειρασμόν· εἶπεν ὁ ἀπόστολος· ἡ γὰρ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὴν καρδίαν ὑμῶν.

Πρὸς τὸν αὐτόν.

Ὥσπερ τοῖς σώμασιν αἱ σκιαί, οὕτω καὶ ταῖς ἐντολαῖς οἱ πειρασμοὶ παρακολουθοῦσιν. οὐδεὶς γάρ, φησιν ὁ μέγας Ἀντώνιος, ἀπείραστος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. μὴ οὖν θαυμάσῃς, τέκνον, ἐὰν συμβουλευόμενος περὶ τῆς σωτηρίας σου, πειρασμοὺς εὑρίσκῃς καὶ θλίψεις, ἀλλ' ὑπομένων ἀπαρέγχως καὶ εὔχου, εὐχαριστῶν, ὅτι ὅλως ἀξιοῦσαι πρὸς γυμνασίαν καὶ δοκιμὴν τῆς ψυχῆς σου πειρασθῆναι ὑπὸ τῆς ἐντολῆς. ὁ ἀγαθὸς Θεὸς χαρίσεταί σοι νῆψιν ἐν καιρῷ πειρασμοῦ καὶ ὑπομονήν.

Πρὸς τὸν αὐτόν.

Ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ ἐσμὲν πλάσμα καὶ ἔργον, τοῦ εἰπόντος, ζῶ ἐγώ, λέγει Κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. πάλιν, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. εἰ οὖν οὕτως ἐστὶ καὶ οὕτως πιστεύομεν, ἐπιρρίψωμεν ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμναν ἡμῶν καὶ αὐτὸς ἡμᾶς διαθρέψει, ὅτι αὐτῷ γὰρ μέλει περὶ ἡμῶν· αὐτὸς καὶ τὴν καρδίαν σου παρακαλέσει, τέκνον, εὐχαῖς ἁγίων, ἀμήν.

Πρὸς τὸν αὐτόν.

Καλῶς ὁ Ἀββᾶς Ποιμὴν ἐνόησε, τὸ μὴ μεριμνῆσαί τινας περὶ τῆς αὔριον, πρὸς ἄνθρωπον εἰρῆσθαι ἐν πειρασμῷ ὄντα. καὶ τό, ἐπίρριψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, εἰς τὸ αὐτὸ φέρει. ἀπόστα οὖν τέκνον τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν, καὶ κράτει τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, πολλὰ ποιοῦσαν ὑπὲρ ἃ διανοούμεθα, καὶ ἀναπαύσει σε ἡ εἰς Θεὸν ἐλπίς. ὁ Κύριος βοηθήσει σοι τέκνον διὰ τῶν εὐχῶν τῶν ἁγίων. δεῖ οὖν ἡμᾶς ἀφιστᾶν ἑαυτοὺς τῶν τοιούτων λογισμῶν, μὴ ἔχοντας φροντίδας περὶ τῆς αὔριον ζωῆς.

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΑΣΘΕΝΕΣΤΕΡΟΝ τινα ἀδελφὸν, λαμβάνοντα διαφόρους λογισμοὺς περὶ τῶν οἰκονομούντων τὰ πρὸς τὴν χρείαν αὐτοῦ.

ΕΝ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀδελφέ μου οὐδὲν ἔχομεν δίκαιον πρὸς τὸν πλησίον. χρεωστοῦμεν γὰρ τοῦτον διὰ τῆς ἀγάπης νικῆσαι καὶ καταπιεῖν. οὐδεὶς λέγει τῷ πλησίον, διὰ τί οὐκ ἀγαπᾷς με; ἀλλ' αὐτὸς ποιῶν τὰ ἄξια τῆς ἀγάπης ἐφέλκεται καὶ τὸν πλησίον εἰς ἀγάπην. περὶ δὲ τῆς χρείας τοῦ σώματος ἐάν τις ᾖ ἄξιος τοῦ ἀναπαυθῆναι, καὶ Σαρακηνῶν καρδίαν πληροφορεῖ ὁ Θεὸς ποιῆσαι μετ' αὐτοῦ ἔλεος κατὰ τὴν χρείαν αὐτοῦ. ἐὰν δὲ οὐκ ἔστιν ἄξιος, ἢ οὐ συμφέρει αὐτῷ ἐν τῇ παιδείᾳ αὐτοῦ παρακληθῆναι· καινὸν οὐρανὸν, καὶ καινὴν γῆν ἐὰν ποιήσῃ, οὐχ εὑρίσκει ἀνάπαυσιν. περὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν σε ὅτι βαρεῖς τοὺς ἀδελφοὺς, ὁμολογουμένως δικαίωμά ἐστιν. οὐδεὶς γὰρ παραξενῶν ἐντολὴν Θεοῦ ἐργάσασθαι τῷ πλησίον βουλομένῳ σωθῆναι, λέγει ὅτι βαρύ ἐστιν. ὁ μισῶν ἐρεθίζοντας μισεῖ πραΰτητα· ὁ φεύγων θλίβοντας, φεύγει τὴν ἐν Χριστῷ ἀνάπαυσιν. ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος, τέκνον, σκεπάσει ἡμᾶς τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ εὐχῶν πάντων τῶν ἁγίων, ἀμήν.

EIUSDEM AD IMBECILliorem quendam fratrem, varia cogitantem de administrante quæ ad ipsius vsum pertinebant.

IN nomine Iesu Christi. Frater mi, nihil iuris habemus in proximum. Opus habemus eum charitate vincere & deuorare. B Nemo enim dicit proximo, Cur non amas me? sed ipse faciens amore digna, allicit etiam proximum in amorem. Quod ad necessitatem corporis attinet, si quis dignus sit requie, etiam Saracenorum corda flectet Dominus, vt faciant cum eo misericordiam iuxta necessitatem ipsius. Si verò non est dignus, nec conducit ipsi vt in castigatione sua consolationem accipiat, nouum cœlum & nouam terram si faciet, inueniet requiem. Quòd autem dicis quòd graues fratres tuos, apertè C iustificari vis. Nullus enim cupiens præcepta Dei custodire proximo cupienti saluari dicit, quòd eum grauet: Odio habens irritantes, odit lenitatem: fugiens afflictos, fugit requiem in Christo. Deus amator hominum, fili, custodiat nos sua gratia propter preces omnium sanctorum. Amen.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΜΑΡΚΟΥ ἐρημίτου καὶ ἀσκητοῦ τὰ διασωζόμενα συγγράμματα.

SANCTI PATRIS NOSTRI MARCI EREMITÆ OPERA QVÆ EXTANT.

Ex ed[illegible] Parisie[illegible] no 1563 [illegible] Guil. Morellum.

Μάρκος περὶ παραδείσου καὶ νόμου πνευματικοῦ. 1
Κεφάλαια περὶ τῶν οἰομένων ἐξ ἔργων δικαιοῦσθαι. 2
Περὶ μετανοίας. 3
Ἀπόκρισις πρὸς τοὺς ἀπορουμένους περὶ τοῦ θείου βαπτίσματος. 4
Νουθεσίαι ψυχωφελεῖς. 5
Ἀντίγραφον παρὰ Νικολάου πρὸς Μάρκον ἀσκητήν. 6
Κεφάλαια νηπτικά. 7
Τοῦ αὐτοῦ Μάρκου ἀντιβολὴ πρὸς σχολαστικόν. 8
Συμβουλία νοὸς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. 9

De Paradiso & Lege Spirituali. 1
De his qui putant se ex operibus iustificari. 2
De Pœnitentia. 3
De Baptismo. 4
Præcepta salutaria. 5
Rescriptum à Nicolao ad Marcum Monachum. 6
Capitula Temperantiæ. 7
Marci disputatio cum causidico. 8
Consultatio intellectus cum sua ipsius anima. 9

ΕΚ ΤΩΝ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ.

ΦΑΣΙ δὲ Μάρκον μὲν καὶ ἐν τῷ νέῳ τῆς ἡλικίας εἰς ἄγαν πρᾷον καὶ σώφρονα, καὶ μνήμονα ἱερῶν γραφῶν γενέσθαι· θεοφιλῆ δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ὡς ἰσχυρίζεσθαι Μακάριον, τὸν αὐτὸν πρεσβύτερον ὄντα τῶν Κελλίων, μηδὲ πώποτε παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, ἃ θέμις ἱερεῦσι διδόναι τοῖς μεμυημένοις περὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν· ἄγγελος δ' αὐτῷ ἐδίδου, οὗ τὴν χεῖρα μέχρι τοῦ καρποῦ μόνον ἔλεγε θεωρεῖν.

Ex Sozomeni Ecclesiasticæ Historiæ, Lib. 6. cap 29.

MARCVM *ferunt etiam in ætate iuuenili admodum fuisse placidum, prudentem, & sanctarum scripturarum memorem: denique vsque adeò Deo charum, vt Macarius affirmauerit, quòd cum presbyter Cellinorum esset, abs se nunquam acceperit, quæ sacerdotes initiatis ad mensam sacram dare decet: sed Angelus ei dederit, cuius se manum ad iuncturam vsque tantùm vidisse dixit.*

De sancto Marco Eremita ex Palladij Lausiaca Historia.

MACARIVS *Alexandrinus nobis narrauit (erat enim presbyter) se obseruasse tempore communionis Christi sacramentorum, se Marco Exercitatori nunquam dedisse oblationem, sed ei Angelum dedisse ex ara: solum autem se vidisse digitum manus eius qui dabat. Cùm esset autem hic Marcus iunior, dicebat memoriter vetus & nouum Testamentum, eratque insigniter mitis, & summè temperans. Quodam ergo die cùm satis otij haberem in cella mea, in extrema iam eius senectute ad eum venio, & ostio eius cellæ assideo. Quem ego, vtpote qui essem adhuc rudis, existimabam esse supra hominem, sicut erat: & auscultabam quidnam diceret vel faceret. Is autem intus solus, cùm iam centum annos transegisset, & dentes amisisset, secum pugnabat, & cum diabolo, & dicebat; Quid vis deinceps κακόγηρε, id est male senex? Ecce iam & vinum bibisti, & oleum attigisti. Quid vis deinceps πολυφάγε, id est, vorax in canicie, & γαστρίδουλε, id est ventri seruiens, probro & contumelia teipsum afficiens? Et diabolo dicens: Recede à me diabole: consenuisti mecum in dissensionibus. Iniecisti mihi imbecillitatem corporis. Fecisti me bibere vinum, & sumere oleum, me reddens voluptuarium. Adhùcne tibi aliquid debeo? Apud me nihil inuenis, quod velis diripere? Recede à me deinceps inimice hominum. Ac veluti se prouocans & irritans, secum loquebatur, dicendo, Adesdum ò nugator, in canicie veterator, & helluo in senectute. Quandiu ero tecum?*

Ex Nicephori Historiæ Ecclesiasticæ, Lib. 14. cap. 54.

IPSE *quoque Marcus in Monastica priùs versatus, multa post se reliquit scripta. Eorum, qui ad nos peruenerunt, libri octo sunt, vniuersalium affectionum numerum æquantes: & alij triginta & duo, in quibus vias totius Asceticæ vitæ omnes persequitur, ad quæ loca secedendum, & quomodo ad voluntatem Dei gressus dirigendi sint: quomodo etiam homo dæmonum tentationes superet, mentemque repurget: atque ad veterem dignitatem progrediatur, & cum Deo, cœleste institutum sectatus, viuat.*

Ex Zonara in vita Leonis Imperatoris; & eum sequuto Glyca, Parte 3. Annalium: & Constantino Manasse in Annal. 141.

MARCVS *Monachus, qui Tetraodium magni sabbati suppleuit tum præsens: Imperator (inquit) istud à Dauide prædictum est, his verbis, Quæ hostis tuus in sancto improbè egit, & qui te oderunt, in medio festiuitatis gloriati sunt. Scito igitur, te ab hoc tempore decem annos regnaturum. Quemadmodum dixit, ita factum est. Nam Leo post decennium, ea ipsa die, qua caput ictus fuerat, est mortuus.*

Cæterùm hic Marcus Monachus, qui Leoni VI. Imperatori ab amente quodam grauiter in capite icto salutem, & decennium ampliùs vitæ prædixit, vt Curopalates, Cedrenus & Græci alij historici produnt longè diuersus est ab illo Marco, de quo posita hîc habentur relationes Palladij, Sozomeni atque Nicephori: nam ille centum iam vitæ annos excesserat cùm eum inuisit Palladius, qui sub Theodosio magno vixit. Hic autem multò posterior decennium vitæ Leoni VI prænuncians circiter annum Domini 900 fermè quingentis annis altero illo Marco recentior. Vtri autem horum opera, quæ hîc subijciuntur tribuenda sint, in ambiguo est. Forsan neutri: nam si opus ab hæreticis non sit deprauatum (quod facilè contingere potuit) indignum planè est, quod vel illi, vel huic Marco adscribatur, cùm vterque vir fuerit sanctissimus. & opus ipsum multas contineat sententias à recta fidei regula exorbitantes. Si ob ea quæ Nicephorus scribit, priori Marco, qui tempore Palladij nimiùm senex erat, scriptiones istæ tribuuntur, vt indicat etiam disputatio cum causidico infra posita, moneimus lectorem forte hæretica externa manu temeratum opus. Vtcumque sit cautissimè semper, & cum acri iudicio legendum, propter sentes, & vepres errorum, in quæ nonnunquam offendi possit.

A

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΔΕΙΣΟΥ, ΚΑΙ ΝΟΜΟΥ πνευματικοῦ.

Ὥσπερ ἐκ τῶν φανερῶν ἔργων ἔστι νοῆσαι τὰ κεκρυμμένα βουλεύματα, οὕτως ἐκ τῶν τῆς ψυχῆς πραγμάτων ἔστι συνιέναι τὰ τῆς γραφῆς διηγήματα. τοῦτο δὲ οὐ πάντες, ἀλλ' ὅσοι διὰ κακουχίας μερικῶς ἀπάθειαν ἐκτήσαντο. ὥσπερ γὰρ τὰ μέλλοντα ἡ γραφὴ διηγεῖται· οὕτω καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πράγματα. τὰ γὰρ μέλλοντα πάντα εἰς αὐτὴν πνευματικῶς ἐγκέκρυπται, ὑφ' ὧν τις μετέχων, ἀπεντεῦθεν τούτων κἀκείνων μέτοχος τυγχάνει. ὅταν οὖν ἀκούσῃς τῆς γραφῆς διηγουμένης τὰ τοῦ παραδείσου, καὶ τὰ τοῦ Ἀδάμ, καὶ τὰ τοῦ ὄφεως, πρόσεχε ἀπαθῶς τῇ καρδίᾳ σου, καὶ εὑρήσεις παράδεισον μὲν, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· τὴν δὲ ἐν αὐτῷ ἀπόλαυσιν, τὴν μετοχὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὄφιν δὲ, τὴν προσφιλιασομένην ἡδυπάθειαν, διὰ τῆς συνουσίας προσέρπουσαν, καὶ ἀπατῶσαν ἡμᾶς τοῦ γεύσασθαι τοῦ ξύλου, τουτέστι μερίμνης βιωτικῆς· καὶ ἀποκτείνουσαν διὰ τῆς παρακοῆς. μὴ μεριμνήσητε γὰρ περὶ τῆς αὔριον. τὰ συναμφότερα δὲ ὁ αὐτὸς Θεὸς εἶπε· τὸ εἰρημένον, ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε τοῦ ξύλου, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· καὶ τὸ, βλέπετε μὴ βαρυνθῶσιν αἱ καρδίαι ὑμῶν ἐν κραιπάλῃ. ἀποθανατίζει γὰρ τὴν ψυχὴν τὸ ἐκ τῆς μερίμνης καὶ κραιπάλης ἐπιγενόμενον σκότος, ἐκβάλλον αὐτὴν ἐκ τοῦ πνευματικοῦ λόγου, καὶ ὑστερῶν αὐτὴν τῆς θείας ἐνεργείας. τούτου οὖν τοῦ ξύλου ἀπείργει ἡμᾶς ὁ Κύριος λέγων, μηδὲν μεριμνήσητε πλὴν τὴν βασιλείαν. ὅσοι γὰρ εἰσῆλθον εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ παράδεισον, καὶ ἐφύλαξαν τὴν ἐντολὴν ταύτην, οὐκ ἐξελύθησαν, ἀλλ' ὅσον γήινον ἐπέχοντο, τὸν πνευματικὸν ἑκατονταπλασίονα ἀπολαύουσιν, ἐνεργῶς καὶ ὁμαλιζόντως τῆς χάριτος παρακαλούσης. δεξώμεθα τοίνυν καὶ ἡμεῖς φυλάξαι αὐτήν, ἵνα ἐμμείναντες εἰς τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, ἀπολαύσωμεν τῆς τοῦ πνεύματος τρυφῆς, καὶ ὧδε, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. ὥσπερ γὰρ ἐκβάλλεται Ἀδὰμ ἀπογευσάμενος τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως, οὕτως οὐ δύνανται μένειν εἰς τὸν τοῦ Χριστοῦ λόγον, οἱ τὰ γήινα φρονοῦντες, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι ἡ φιλία τοῦ κόσμου τούτου, ἔχθρα τοῦ Θεοῦ ἐστι. διὸ ἡ γραφὴ λέγει, πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν, ἵνα τις ὡς παράδεισον φυλάσσων τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, ἀπολαύσῃ τῆς χάριτος, μὴ ἀκούων τοῦ ἔνδον εἰλισσομένου ὄφεως, συμβουλεύοντος τὰ πρὸς ἡδονήν, δι' ἧς γεννᾶται θυμὸς ὁ ἀνδροκτόνος, καὶ ἀποθνήσκει ψυχὴ ἡ κτείνουσα. ἀλλ' ἄκουε τοῦ Κυρίου λέγοντος, ἐπιμελεῖσθε πίστεως καὶ ἐλπίδος, δι' ὧν γεννᾶται

DE PARADISO, ET lege spirituali.

Proœmium istud integrũ habetur homiliarum Macarij 37.

QVEMADMODVM secreta consilia perspiciuntur ex operibus manifestis: sic ex his quæ fiunt ab anima eloquia scripturæ licet intelligere. Hoc autem non omnes capiunt, sed quicunque per ærumnas aliqua ex parte deuenerunt ad vacuitatem affectionum. Sicut enim scriptura narrat futura: ita quæ geruntur ab anima. Nam in ea spiritali modo recondita sunt omnia futura: quæ quicunque fuerit adeptus, hæc & illa consequitur. Cùm igitur scripturam audieris enarrantem, quæ pertinent ad Paradisum, ad Adamum, & ad serpentem, omnibus affectionibus semotis, ad cor tuum conuerte animum, & reperies paradisum nempe verbum Dei: delectationem autem, quæ percipiuntur in eo, participationem Spiritus sancti: serpentem quoque, nimitum voluptatem carnalem, quæ propter conuictum quem habet nobiscum, irrepit, & dolosè nos prouocat ad gustandum de ligno, hoc est, de curis victus: qui quidem serpens per inobediẽtiam interimit. Nolite enim solliciti esse in crastinum: vtrunque dixit Deus: & id quod dictum est: Quacunque die comederitis de ligno: morte moriemini: & illud: Attendite, ne grauentur corda vestra in crapula. Nam tenebræ quæ gignuntur ex sollicitudine & crapula, animam interficiunt, deturbantes eam à verbo spiritali, ac priuantes virtute diuina. Ab hoc igitur ligno nos arcet Dominus, dum, inquit: De nulla re soliciti sitis, præterquam de regno. Quicunque enim Dei paradisum ingressi, custodiunt mandatum illud, non sunt expulsi: sed quantum paradiso terreno potiti sunt primi parentes, centies tantum in paradiso spiritali oblectamur, verè nos & continenter consolante gratia Dei. Quare nos quoque summopere desideremus ipsum seruare mandatum: vt permanentes in verbo Domini, fruamur nunc & in futuro sæculo deliciis spiritus. Vt enim expulsus est Adam qui degustarat de ligno scientiæ: ita qui terrena sapiunt, permanere non possunt in verbo Christi, quemadmodum scriptum est: Amicitia huius mundi inimica est Dei. Quocirca iubet scriptura, hominem omni custodia seruare cor suum conseruans in eo verbum, tanquam paradisum: fruatur gratia: nec audiat serpentem intus se implicantem, & consulentem quæ faciunt ad voluptatem, vnde nascitur iracundia, quæ ad fratricidium admittendum impellit, & moritur anima quæ interfecit. Verùm audito Dominum dicentem: Curam habete fidei ac spei, è quibus oritur

Matth. 6. *Gen. 2.* *Luc. 21.* *Iacob. 4.* *Prou. 4.*

B C D E

charitas, vnicè complectens Deum & homines, quæ vitam confert æternam In huiusmodi paradisum ingressus est Noë, mandatum seruans & exequens: ac per charitatem seruatus est ab iracundia. Hunc Abraham custodiens, paruit voci diuinæ. Hunc custodiens Moses, gloriam in facie recepit. Itidem & Dauid hunc conseruans, opere compleuit: vnde dominatus est hostibus. Quinetiam Saul quandiu custodiuit cor, prosperè agebat: quando verò prorsus transgressus est, prorsus est expugnatus. Nam moderatè & ex proportione peruenit ad vnumquemque verbum Domini. Quantum quis possederit, tãtum possidebitur: quantumque seruauerit, tantum seruabitur. Propterea chorus vniuersus sanctorum prophetarum, Apostolorum & Martyrum custodierunt verbum in cordibus suis, nullius alterius rei soliciti: sed contemnentes terrena, permanserunt in mandato spiritus sancti, eligentes quod bonum erat & Deo gratum: non verbo solo aut simplici cognitione, sed verbo & opere ac rebus ipsis, pro diuitiis amplectentes paupertatem: pro gloria, honorum contemptum: pro voluptate, ærumnas: vnde etiam pro ira, dilectionem: & quæ suauia sunt in hac vita odio habentes, illos vehementiùs diligebant, qui hæc eriperent, tanquam adiuuarentur ab illis in scopo assequendo, bonum à malo non discernentes. Neque enim bonos repellebãt, nec accusabant improbos: illos omnes existimabant legatos administrationis dominicæ. Idcirco erga omnes bene affectum gerebant animum. Cùm enim audirent Dominum dicentem: Dimittite & dimittemini: tunc beneficos reputabant, qui illos læderent, tanquam ab ipsis nacti occasionem remittendi. Rursus cùm audirent dicentem: Quemadmodum vultis vt faciant vobis homines, vos etiam illis facite similiter: tunc probos in conscientia diligebant. Relinquentes enim suam iustitiam, & quærentes iustitiam Dei, consequenter inuenerunt charitatem, naturaliter in ipsa reconditam. Siquidem Dominus, cùm de charitate multa præciperet, iustitiam Dei quærere iussit, quam nouerat esse matrem charitatis. Nam aliter saluari non possumus, quàm per proximum, sicuti Dominus præcipiens ait: Dimittite, & dimittemini. Hæc est lex spiritalis, quæ in cordibus fidelibus scribitur, nempe complementum prioris legis. Non veni enim, ait, soluere legem, sed adimplere. Quo itaque modo impleatur, accipe. Prior lex accepta occasione benedicendi eum qui peccauerat, condemnauit eum qui læsus est. In quo enim quis iudicat alterum, seipsum condemnat: in quo verò remittit, remittetur ei. Ita enim lex ait: In medio iudicij iudicium, & in medio remissionis remissio. Plenitudo ergo legis, est remissio. Porrò priorem legem diximus,

Dauid. *Saul.* *Martyrum studia.* *Luc. 6.* *Matth. 7.* *Iustitia mater Charitatis.* *Luc. 6.* *Matth. 7.*

Qua ratione potest ob infidelitatem studere voluptatibus, & cum cogitationibus conspirare, qui seipsum reclusit in cellulam, quotidie ieiunans, dans operam continentiæ, pauperis & peregrini more vitam agens, vigilans, deprecans, multasque eius generis perfereos afflictiones?

Responsio.

Rectè dixisti, multas eum sufferre tribulationes, qui talia gerit. Nam si absque vllo afflictionis sensu claras virtutes antedictas cum gaudio & laboris amore compleremus, nunquam voluptates ex animo sectaremur. Non potest enim fieri vt qui in suscipiendis corporeis laboribus angitur, non ad eundem modum sermocinetur cum insilientibus cogitationibus, ac soletur contractam ex laboribus mœstitiam, quod quidem si is repudiaret, non ægrè ferret labores. Hoc autem ideo nobis accidit, quòd non desiderio futurorum bonorum malè patimur: sed metu nobis obuenientium in hac vita tentationum. Vnde malam quidem actionem nostrum esse peccatum iudicamus; præeuntem verò illi cogitationem, alienam vim esse dicimus, quam non possunt auertere, qui non propriam, sed externam arbitrantur. Est igitur cogitatio quædam molesta citra familiaritatem: quæ dum est odiosa, more latronis irruentis ex improuiso, vi corripit animum ad seipsam. Disce nihilominus accuratè, illam à nobis occasionem sumere. Quoniam si post baptisma peruersæ cuipiam cogitationi ad actum vsque nosipsos tradiderimus, ob idque etiam præter opinionem rei constituamur, aut semina quædam viarum vltrò teneamus, vnde fortior euadat diabolus: illa quidem quæ seminibus nos detinet, non recedit, donec ea proiiciamus: quæ verò per operationem malam perdurat, tum fugatur, cùm Deo dignos labores obtulerimus.

Perpessionis malorum duplex finis.

Cogitatio molesta.

Cogitatio mala quemodo vincatur.

A ὦ ἄνθρωπε, ὁ λέγων ἐκ τῆς αἰτίας ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίας μετὰ τὸ βάπτισμα, καὶ διὰ τῶν ἀγώνων ταύτην ἐκκόπτειν ἐπαγγελλόμενος, γνῶθι ἀκριβῶς ὅτι ἠναντίωσαι, καὶ περιπέπτωκας τοῖς ἑαυτοῦ ῥήμασι. Εἰ γὰρ λέγεις τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς εἶναι τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, μάθε παρὰ τοῦ ἁγίου Παύλου, ὅτι διὰ τοῦ βαπτίσματος Χριστὸν ἐνδυσάμενος, ἔχεις δύναμιν καὶ ὅπλα καθαιρεῖν αὐτούς. τὰ γὰρ ὅπλα φησὶ τῆς στρατείας ἡμῶν, οὐ σαρκικά, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαι- B ροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ ἔχων τὴν κατ' αὐτῶν δύναμιν οὐ καθαιρεῖς αὐτοὺς ἐκ προσβολῆς, δηλονότι φιληδονεῖς ἐξ ἀπιστίας, καὶ συνδυάζεις αὐτοῖς· καὶ σὺ αἴτιος εἶ τῆς τοιαύτης ἐνεργείας, οὐχὶ Ἀδάμ.

Ἐρώτησις.

Πῶς δύναται ἐξ ἀπιστίας φιληδονεῖν, ἢ συνδυάζειν τοῖς λογισμοῖς, ὁ ἑαυτὸν καθείρξας ἐν τῷ κελλίῳ, καὶ καθ' ἡμέραν νηστεύων, καὶ ἐγκρατευόμενος, καὶ πτωχεύων, καὶ ξενιτεύων, καὶ ἀγρυπνῶν, καὶ προσευχόμενος, C καὶ πολλὰς τοιαύτας θλίψεις ὑποφέρων;

Ἀπόκρισις.

Καλῶς εἴρηκας, ὅτι πολλὰς θλίψεις τοιαῦτα ποιῶν ὑποφέρει. Εἰ γὰρ ἀθλίπτως καὶ μετὰ χαρᾶς καὶ φιλοπονίας, τὰς προειρημένας φανερὰς ἀρετὰς ἐπετελοῦμεν, οὐκ ἂν κατὰ νοῦν ἦμεν φιλήδονοι. ἀδύνατον γάρ τινα ἐπὶ τοῖς σωματικοῖς πόνοις ἀλγυνόμενον, μὴ κατὰ ἀναλογίαν προσομιλεῖν ταῖς προσβολαῖς, καὶ παραμυθεῖσθαι τὴν ἐπὶ τοῖς πόνοις ἀηδίαν· Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐβούλετο ὁ τοιοῦτος, οὐκ ἂν ἐπὶ τοῖς πόνοις ἐθλίβετο. τοῦτο δὲ πάσχομεν, ἐπειδὴ οὐ πόθῳ τῶν μελ- D λόντων ἀγαθῶν κακοπαθοῦμεν, ἀλλὰ φόβῳ τῶν ἐν ἡμῖν νῦν ἐπερχομένων πειρασμῶν. ὅθεν, τὴν μὲν κακὴν πρᾶξιν, ἑαυτῶν ἁμαρτίαν εἶναι νομίζομεν, τὸν δὲ πρὸ ταύτης λογισμόν, ἀλλοτρίαν λέγομεν εἶναι ἐνέργειαν. ἀδύνατον δέ, τὴν ἐνέργειαν ταύτην ἀποστραφῆναι, τοὺς μὴ ἰδίαν αὐτὴν, ἀλλὰ ἀλλοτρίαν ἡγουμένους. ἔστι μὲν οὖν καὶ δίχα συνδυασμοῦ λογισμός τις ἀηδής, καὶ μισούμενος καθάπερ λῃστὴς ἀπροσδοκήτως ἐπιβαλών, βίᾳ κατέχει τὸν νοῦν πρὸς ἑαυτόν. ὅμως E μάθε ἀκριβῶς, ὅτι καὶ τοῦτο ἐξ ἡμῶν ἔχει τὰς ἀφορμάς. Εἰ γὰρ μετὰ τὸ βάπτισμα τινὶ πονηρῷ λογισμῷ ἑαυτοὺς ἕως πράξεως ἐπιδώκαμεν· καὶ διὰ τοῦτο ὑπεύθυνοι καὶ παρὰ γνώμην γεγόναμεν, ἤ τινα σπέρματα ἑκουσίως κρατοῦμεν κακίας· καὶ διὰ τοῦτο ἰσχύρωται ὁ πονηρός· καὶ ὁ μὲν διὰ σπερμάτων κρατήσας ἡμᾶς, οὐκ ἀναχωρεῖ, ἕως ἂν αὐτὰ ῥίψωμεν· ὁ δὲ διὰ τῆς κακῆς πράξεως παραμένων, τότε φυγαδεύεται, ὅταν πόνους ἀξίους τῷ Θεῷ προσενέγκωμεν.

Quare

Διὰ τοῦτο οὐκ αὐτὴν ἐγὼ λέγω τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἢ μᾶλλον τοῦ πράξαντος τὸ κακὸν, καὶ τοῦ ἔχοντος τὰ σπέρματα. Εἰ δὲ λογισμοὶ, (ὅτι καὶ τῶν δύο τούτων λογισμοὶ προηγήσαντο) καὶ λῃστής τις ἐπὶ τούτων αἴτιος, κἀγώ σοι λέγω, ὅτι ὁ ἔχων ἐξουσίαν καθαρίσαι αὐτὸν ἐκ προσβολῆς, καὶ μὴ καθαρίσας, ἀλλ' ἕως πράξεως προσομιλήσας αὐτῷ. Εἰ δὲ ὅλως πρὸ τῆς πράξεως οὐκ ἐδυνάτο αὐτὸν καταβαλεῖν διὰ τὴν τοῦ νοὸς ἀσθένειαν, πῶς μετὰ τὴν πρᾶξιν ἐπαγγέλλεται ἐκκόπτειν αὐτόν; νόησον ὅτι καὶ πρὸ τῆς πράξεως εἰ ἤθελες, ὁ Θεὸς ἐβοήθησέ σοι· καὶ ὅταν ἴδῃς διὰ τῆς καρδίας σου γινομένην σοι τὴν βοήθειαν, σύνες ἀκριβῶς, ὅτι οὐκ ἔξωθεν μεταβατικῶς ἐλήλυθεν ἡ χάρις· ἀλλ' ἡ δεδομένη σοι διὰ τοῦ βαπτίσματος κρυπτῶς νῦν ἐνήργησε τοσοῦτον ὅσον καὶ σὺ μισήσας τὸν λογισμὸν ἀπεστράφης. καὶ διὰ τοῦτο λύσας ἡμᾶς πάσης βίας ὁ Χριστὸς, τὴν προσβολὴν τῶν λογισμῶν οὐκ ἀπεκώλυσε τῆς καρδίας, ἵνα οἱ μὲν μισούμενοι ἐκ καρδίας εὐθὺς ἐξαφανίζωνται· οἱ δὲ ἀγαπώμενοι ὅσον ἀγαπῶνται, τοσοῦτον καὶ παραμένωσιν, ὅπως δειχθῇ καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ θέλημα τοῦ ἀνθρώπου τί ἀγαπᾷ· τοὺς πόνους διὰ τὴν χάριν, ἢ τοὺς λογισμοὺς διὰ τὴν ἡδονήν. καὶ μὴ ξενιζώμεθα, ὅτι οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀγαπωμένων βιαίως ἐνεργούμεθα· καθ' ὅ, τι ὡς τὸ πονηρὸν αὐτῶν συζυγία, οὕτω ταῖς ἡμῶν ἐπιθυμίαις αἱ προσβολαὶ συνεργοῦσιν ἀλλήλαις, καὶ ἑκάστη τὸν ἑαυτῆς ἐργάτην συγχρονίσασα, λοιπὸν τῇ πλησίον παραδίδωσιν, ὡς ὑπὸ τῆς δευτέρας καὶ παρὰ γνώμην ἴσως ἀπάγεσθαι τῇ πρὸς τὴν προτέραν συνηθείᾳ βιαίως ἑλκόμενον. τίς γὰρ κενοδοξίας ἐμπλησθεὶς, ὑπερηφανίαν διαφυγεῖν δυνήσεται; ἢ τρυφῆς ἀπολαύσας λογισμῷ πορνείας οὐ κρατηθήσεται; ἢ τῇ πλεονεξίᾳ ἑαυτὸν ἐπιδοὺς, ὑπὸ ἀσπλαγχνίας οὐ σφίγγεται; πῶς δὲ οἱ τούτων πάντων παρὰ γνώμην ἀποπειρώμενοι, οὐ θυμωθήσονται καὶ δεινῶς ἐλασθήσονται; διὸ χρὴ νοῆσαι, ὅτι καθ' ἡμετέραν αἰτίαν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐνεργούμεθα, κατὰ δὲ τὸ πνεῦμα τῆς κατὰ βίαν δουλείας ἐλευθερούμεθα. ὁ γὰρ νόμος, φησὶ, τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς, ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. καὶ ἐφ' ἡμῖν λοιπὸν ἐστὶ τοῖς ἀκούσασι καὶ μαθοῦσι τὰ ἐντάλματα τοῦ πνεύματος, ἢ κατὰ σάρκα περιπατῆσαι, ἢ κατὰ πνεῦμα. ἀδύνατον δὲ κατὰ πνεῦμα περιπατῆσαι, τοὺς ἔπαινον ἀνθρώπων ἢ ἄνεσιν σώματος ἠγαπηκότας· καὶ ἀμήχανον κατὰ σάρκα βιῶσαι τοὺς τὰ μέλλοντα τῶν παρόντων ἐνδιαθέτως προκρίνοντας. διὸ χρὴ πολλὰ πλανηθέντας ἡμᾶς λοιπὸν μισῆσαι ἔπαινον ἀνθρώπων καὶ ἄνεσιν σώματος, δι' ὧν οἱ πονηροὶ λογισμοὶ καὶ μὴ θελόντων ἡμῶν ἀναφύονται.

Quarę non hoc eſſe dico peccatum Adæ, ſed eius potiùs, qui malum committit, aut ſemina recipit. Sin cogitationes (præeunt enim cogitationes his duobus) & latro quidam illorum eſt author: ego etiam tibi dicere audeo, illum, qui cùm poſſit primo congreſſu purgare cogitationem, nón tamen purgat, ſed eâ familiariter vtitur, donec opere compleat, eſſe authorem eorum. Sin antequam perueniretur ad actum, propter imbecillitatem animi non poterat eam prorſus euertere, vbi iam opere compleuit: quo pacto promittit ſe illam amputaturum? intelligito etiam, antequam prodires ad agendum, Deum opem tibi laturum fuiſſe, ſi voluiſſes. Cùm itaque ſenſeris in corde tuo auxilium tibi ſuppetere, intellige diligenter non extrinſecus tranſitiuo motu gratiam aduenisse: ſed per baptiſmum tibi donatam occultè, nunc operari pro modo quo cogitationem odio proſecutus auerteris. Hac de cauſa Chriſtus, cùm omni violentia nos eximeret, cogitationum inſultationem non cohibuit ab animo: vt quę ex animo odio haberentur, quamprimùm delerentur: quæ verò gratæ eſſent, quandiu diligerentur, tandiu permanerent: quò perſpicua fieret gratia Dei, & voluntas hominis, quidnam amaret: an labores, propter gratiam: an cogitationes, ob voluptatem. Neque peregrinum nobis videatur, quòd non ab his duntaxat quas diligimus, violentè tractamur: quia quemadmodum peruerſa eſt illarum cognatio, ita cogitationum inſultationes mutuò cooperantur cum concupiſcentiis noſtris, & vnaquæque apud eum qui eam operatur, commorata, poſtea tradit proximæ, vt etiam præter ſententiam forſan abducatur à ſecunda, vi tractus, ex conſuetudine quam iniit cum prima. Quis enim plenus vana gloria, poterit effugere ſuperbiam: aut fruens deliciis, cogitatione ſtupri non detinebitur? Aut quis auaritiæ deditus, affectu experti miſericordiæ non perſtringetur? Verùm qui fiet, vt ab his omnibus præter opinionem ſuperari, non indignentur & grauiter exagitentur? Quapropter intelligere debemus, culpâ noſtrâ vexari nos à peccato: ſed per ſpiritum à violentâ ſeruitute liberari. Lex enim ait: Spiritus vitæ liberauit me à lege peccati & mortis. Itaque nos, qui audiuimus ac didicimus mandata ſpiritus, habemus facultatem ambulandi ſecundùm carnem aut ſecundùm ſpiritum. Nequit porrò fieri, vt ſecundùm ſpiritum ambulent, qui laudem humanam aut remiſſionem corporis ſectantur: nec poſſunt ſecundùm carnem viuere, qui toto affectu futura præſentibus anteponunt. Quamobrem nos, qui mirum in modum ſeducti ſumus, debemus poſthac odiſſe laudem humanam, corporiſque relaxationem, vnde peruerſę cogitationes nobis etiā nolentibus renaſcũtur.

Gratia tranſitiuus motus.

Cogitationes vincunt nos conſuetudine.

Rom. 8

Secundùm Spiritum ambulare.

Psal. 138. & ex animo dicere Domino illud Prophetæ dictum: Nónne qui oderunt te, Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Et reuera cogitationes prauæ sunt inimici Dei, prohibentes ne fiat voluntas eius; *1.Tim.2.* Siquidem hic vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: illæ verò per affectionem seducunt nos, & excludunt à salute. De quibus etiam Dominus dixit, eas non ab Adamo, sed ex corde prodire, & idcirco coinquinare hominem. Certum autem est, eas non a fide, sed à vana gloria exoriri. *Ioan.5.* Quomodo enim, inquit, potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis? Quando igitur oderimus vanam gloriam, ac de omnibus Deo fidem habuerimus, omnem cordis cogitationem & rationis fiduciam in eo tanquam fundo figentes: tum, sicut initio fidei per baptismum quæsitæ, corpus Christi cibus erat viri fidelis: sic in spe intellectuali, & cogitationum abnegatione, firma fide præditus ac purus animus, fit cibus Iesu, dicentis: Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei: *Ioan 4.* *1.Tim.2.* vt omnes homines salui fiant, & veniant ad agnitionem veritatis, secundùm Pauli sermonem. Veritatem autem dicit eius fidei, quæ reperitur in mente iuncta spei, vt antè diximus: quæ quidem non iam ex auditu, sed per efficaciam sacrosancti Spiritus creditur: quæ est substantia eorum quæ sperantur, ex scriptura. *Rom 10.* *Hebr.11.* Est enim fides ex auditu, & est fides sperandarum substantia rerum. At non baptizatus, aut vanæ gloriæ deditus, ad agnitionem huiusce veritatis peruenire non potest. In primis enim baptizabitur in Ecclesia Catholica: & per baptismum donatur mysticè gratia Spiritus sancti, quæ clàm inhabitat: & deinceps pro modo impletionis mandatorum ac spei intellectualis reuelatur iis qui ita credunt Domino dicenti: *Ioan.7.* Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Hanc ob rem credimus, per baptismum nos libertatem & purgationem mysticè consecutos esse, ex sententia eius qui dicit: *1.Cor.6.* Sed nunc abluti estis, nunc iustificati estis, nunc purgati estis. Ac talia scribit Corinthiis, nondum secundùm spem intellectualem, per abnegationem cogitationum, expurgatis, & per operationem spiritus in corde sanctificatis: sed improbis adhuc, iniuriam facientibus, ac fraudantibus, & hæc in fratres committentibus: vt ostendat baptizatos dono quidem Christi mysticè purgationem adeptos esse:

καὶ ἐκ διαθέσεως εἰπεῖν τῷ Κυρίῳ τὸ τοῦ προφήτου ῥητόν, οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε Κύριε ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. καὶ ὄντως ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ εἰσιν οἱ πονηροὶ λογισμοί, οἱ τὸ θέλημα αὐτοῦ γενέσθαι διακωλύοντες. εἴπερ ὁ μὲν θέλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ἐκεῖνοι δὲ διὰ προσπαθείας ἡμᾶς πλανῶσι, καὶ τῆς σωτηρίας ἡμᾶς ἀπείργουσι. περὶ ὧν καὶ ὁ Κύριος εἴρηκεν, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ Ἀδάμ, ἀλλ' ἐκ τῆς καρδίας εἶπεν ἐκπορεύεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο κοινοῦσι τὸν ἄνθρωπον· δῆλον δὲ ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ἐκ κενοδοξίας. πῶς γὰρ δύνασθέ φησι πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητοῦντες; ὅταν οὖν τὴν κενοδοξίαν μισήσωμεν, καὶ περὶ πάντων αὐτῷ πιστεύσωμεν, πάντα λογισμὸν καρδιακῆς καὶ μονολογίστου ἐλπίδος αὐτῷ προσεδαφίζοντες. τότε, καθὼς ἐν ἀρχῇ τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος πίστεως, ἐγένετο τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ βρώματα τοῦ πιστοῦ· οὕτως ἐν τῇ νοερᾷ ἐλπίδι καὶ ἀρνήσει τῶν λογισμῶν, μετὰ τῆς βεβαιότητος καὶ καθαρὸς νοῦς, βρῶμα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ εἰπόντος, ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου, πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, κατὰ τὸν λόγον Παύλου. ἀλήθειαν δὲ λέγει τῆς κατ' ἐλπίδα νοερᾶς πίστεως διερχομένης καθὼς προειρήκαμεν, ἥτις οὐκέτι ἐξ ἀκοῆς, ἀλλ' ἐξ ἐνεργείας τοῦ παναγίου πνεύματος πιστεύεται, ἥτις ἐστὶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις, κατὰ τὴν γραφήν· ἔστι γὰρ πίστις ἐξ ἀκοῆς, καὶ ἔστι πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις. ἀβάπτιστος δὲ ἢ κενόδοξος εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ταύτης ἐλθεῖν οὐ δύναται. πρότερον γὰρ ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ βαπτίζεσθαι, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος χάρις δίδοται μυστικῶς, καὶ ἐνοικεῖ κρυπτῶς. εἶθ' οὕτως κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν καὶ τῆς νοερᾶς ἐλπίδος ἀποκαλύπτεται τοῖς οὕτω πιστεύουσι τῷ Κυρίῳ εἰρηκότι, ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ πνεύματος οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. διόπερ ἡμεῖς πιστεύομεν διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὸν καθαρισμὸν μυστικῶς εἰληφέναι κατὰ τὸν λέγοντα, νῦν δὲ ἀπελούσασθε, νῦν δὲ ἐδικαιώθητε, νῦν δὲ ἐκαθαρίσθητε. καὶ τοιαῦτα γράφει Κορινθίοις, μήπω κατ' ἐλπίδα νοερὰν διὰ τῆς τῶν λογισμῶν ἀρνήσεως κεκαθαρμένοις, καὶ διὰ τῆς καρδιακῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργείας ἡγιασμένοις· ἀλλ' ἔτι κακοῖς οὖσι καὶ ἀδικοῦσι, καὶ ἀποστεροῦσι, καὶ ταῦτα ἀδελφούς, ἵνα δείξῃ ὅτι οἱ βαπτισθέντες, κατὰ μὲν τὴν δωρεὰν τοῦ Χριστοῦ, τὸν καθαρισμὸν μυστικῶς εἰλήφασι·

κατὰ δὲ τὴν ἰδίαν ὀλιγοπιστίαν ἕκαστος ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος· καθὼς γέγραπται· εἶτα ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον. οὐκοῦν ἐκ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἡ λογικὴ ἁμαρτία, ἐκ δὲ ταύτης τὸ ἀποτέλεσμα τῆς κατ' αὐτὴν πράξεως, ὃ ἡ γραφὴ ὠνόμασε θάνατον. ὅτι δὲ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἐν ἡμῖν ἐστιν ἡ χάρις τοῦ πνεύματος, διδάσκουσα ἡμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, μάθε πάλιν ἀπὸ τῆς γραφῆς καὶ τῶν πραγμάτων. ἰδοὺ ἐν ταῖς πράξεσι τί λέγει τῷ πλήθει ὁ μακάριος Πέτρος· μετανοήσατε, φησί, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος. καθὸ αὖ δέ τις ἀπιστεῖ, εὐθέως ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κρατεῖται. ἰδοὺ καὶ τοῖς ἐν Ἐφέσῳ δέκα καὶ δύο ἀνδράσιν ἀπίστως βαπτισθεῖσι, πῶς ἐγκαλεῖ ὁ ἀπόστολος, καί φησιν, εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; οἱ δὲ, πρὸς αὐτὸν εἶπον, ἀλλ' οὐδ' εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν. εἶπεν οὖν πρὸς αὐτούς, εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; οἱ δὲ, εἶπον, εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. εἶπε δὲ Παῦλος, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας, λέγων τῷ λαῷ, εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι, τοῦτ' ἔστιν εἰς τὸν Ἰησοῦν. ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς. ἐπείσθης ἄρα κἂν νῦν, ὅτι εὐθέως ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος δίδοται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς βεβαιοπίστοις· τοῖς δὲ ἀπίστοις, ἢ κακοπίστοις, καὶ μὴ βαπτισθεῖσιν οὐ δίδοται; ὅτι δὲ ἡμεῖς ἐσμὲν, οἱ λυποῦντες αὐτὸ, καὶ ἐν ἑαυτοῖς ἀποσβεννῦντες, μάθετε παρὰ τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε, προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε· καὶ πάλιν, μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. ταύτας δὲ τὰς μαρτυρίας εἰσάγομεν, οὐχ ὡς πάντα ἄνθρωπον βεβαπτισμένον καὶ λαβόντα τὴν χάριν, λοιπὸν ἄτρεπτον λέγοντες, καὶ μηκέτι χρῄζοντα μετανοίας, ἀλλ' ὅτι ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος, κατὰ μὲν τὴν δωρεὰν τοῦ Χριστοῦ, τελεία ἡ χάρις ἡμῖν τοῦ Θεοῦ δεδώρηται, πρὸς ἐκπλήρωσιν πασῶν τῶν ἐντολῶν. λοιπὸν δὲ ἕκαστος αὐτὴν λαβὼν μυστικῶς, καὶ μὴ τελεσιουργῶν τὰς ἐντολὰς, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐλλείψεως ἐνεργεῖται ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἥτις οὐκ ἔστι τοῦ Ἀδὰμ, ἀλλὰ τοῦ ἀμελήσαντος· καθότι λαβὼν τὴν δύναμιν τῆς ἐργασίας, τὸ ἔργον οὐκ ἐπιτελεῖ. ἡ δὲ ἔλλειψις, ἐξ ἀπιστίας ἐστίν· ἡ δὲ ἀπιστία, οὐκ ἔστιν ἁμαρτία ἀλλοτρία, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἀπιστήσαντος, ἥτις λοιπὸν πάσης ἁμαρτίας μήτηρ καὶ εἰσαγωγή ἐστιν. εἴτε οὖν ταχέως τελειωθῆναι βουλόμεθα, εἴτε βραδέως, ὀφειλέται ἐσμὲν τελείως τῷ Χριστῷ πιστεῦσαι.

ob suam verò exilitatem fidei, vnumquemque torqueri à concupiscentia sua abstractum & illectum: vt scriptum est; Deinde concupiscentia, cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem. *Iacob. 1.* Igitur ex propria concupiscentia nascitur conceptum peccatum: cuius executionis consummatio est, quam scriptura mortem appellauit. Quòd autem à baptismate sit in nobis gratia spiritus sancti, quæ nos docet omnem veritatem, iuxtà verbum Domini, disce denuò ex scriptura & rebus ipsis. En in Actis Apostolorum quid dicit beatus Petrus turbæ: Pœnitentiam agite, inquit, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine Domini nostri Iesu Christi, in remissionem peccatorum: & accipietis donum Spiritus sancti. *Act. 2.* Quatenus autem quis non credit, mox obsidetur à peccato. En etiam apud Ephesum quomodo Apostolus increpat duodecim viros sine fide baptizatos, & ait: Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus. *Act. 19.* Ille verò ait illis: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, In Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus: Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est, in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu. Et cùm imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos. Nunc etiam tibi persuasum est, statim à baptismo donari Spiritum sanctum firmiter credentibus: infidelibus autem, aut malè credentibus ac non baptizatis non conferri. Quòd autem nos sumus ij qui contristant illum, aut in seipsis extingunt, discito ab Apostolo, dicente: Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. *1 Thes. 5.* Et iterum: Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. *Ephes. 4.* Ista verò testimonia adducimus, non quòd dicamus, omnem hominem qui baptizatus est, & gratiam adeptus, posthac immotari non posse, & vltrà non egere pœnitentia: sed quòd à baptismo per Christi beneficentiam plena gratia Dei nobis donata est ad implenda cuncta mandata. Quod reliquum est, quicunque mysticè illam accepit, non tamen facto implet mandata, pro modo defectus torquetur à peccato: quod quidem Adamo non est imputandum, sed negligenti, eo quòd consecutus facultatem operandi, opus non peregit. Defectus autem ab infidelitate nascitur: infidelitas autem haud peccatum alienum, sed eius qui non credit: quod quidem postea fit omnis peccati mater & introductio. Itaque siue celeriter siue lentè volumus euadere perfecti, debemus integrè Christo credere,

& omnia mandata eius operi mandare; quippe qui ab ipso sic operandi facultatem accepimus: non quòd vnumquodque sigillatim & particulariter sit assequendum, sed in generalioribus singularia comprehendere debemus, & hac ratione, vniuersa compendiariè peragere. Sunt enim præcepta generaliora, quæ complectuntur in se magnam reliquorum multitudinem. Hoc igitur certamen duntaxat ineundum nobis est aduersus nostram ipsorum perfidiam; neque negligenda sunt vniuersalia præcepta, per quæ reuelatur apertè donata nobis gratia. Quod quidem sanctus Paulus nobis euenire precatur, dum ait: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi; vt det vobis Dominus virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus vestris, cum omni plenitudine & sensu. Sed iam opportunum fuerit, etiam rebus ipsis hoc testimonium confirmare, vt antea diximus. Ecce enim, quantum credentes peragimus mandata, tantum etiam proprios fructus edit in nobis spiritus sanctus. Fructus autem spiritus apud sanctum Paulum sunt, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Quis ergo post acceptum baptisma effectibus istis omnino non est initiatus, vt à baptismo gratiam sancti spiritus accepisse se, negare audeat? Quis autem è diuerso, nondum peractis mandatis, quotidie sine intermissione sic in his fructibus exercetur, vt dicere possit: Perfectus ego sum, & immutabilis? Ex quibus declarat, quemadmodum perfecta quidem est gratia, nos autem, quia mandata non facimus, imperfecti; sic sanctum baptismum erga nos esse perfectum, nos autem erga illum imperfectos esse. Tu te igitur, ô homo qui baptizatus es in Christo, exhibe duntaxat operationem, ad quam facultatem es adeptus: teque ipsum præparato, ad manifestandum eum qui inhabitat; & ita Dominus, prout pollicitus est, spiritaliter quemadmodum ipse nouit, tibi seipsum manifestabit. Dominus autem, spiritus est: vbi autem spiritus Domini, ibi libertas. Túmque intelliges quod dictum est, nempe: Regnum cœlorum intra vos est. Hoc quoque necessariò sciendum est, quòd particularia præcepta, quæ de numero particularium sunt, eademque singularia vocantur, implentur ab ipsis: & qui particulariter exequuntur mandata, iuxta proportionem illam intrant in regnum. At qui perfectionem attingere desiderant, debent comprehensim cuncta seruare mandata. Comprehensiua autem omnium mandatorum est abnegatio animæ, quæ est mors. Et quemadmodum qui viuit in carne,

Ephes. 3.

Galat. 5.

2. Cor. 3.

Luc. 17.

A καὶ πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ἐργάζεσθαι, εἰληφότες τῆς τοιαύτης ἐργασίας παρ' αὐτοῦ τὴν δύναμιν. καὶ τοῦτο δὲ οὐχ ὡς κατὰ μίαν ἐντολὴν ὀφείλοντες καὶ μονομερῶς ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ περιεκτικῶς συλλαβεῖν τὰς ἑνικάς, καὶ οὕτω πάσας τελεσιουργῆσαι συντόμως. εἰσὶ γὰρ ἐντολαὶ κεφαλαιωδέστεραι, ἐν αἷς πολὺ πλῆθος τῶν λοιπῶν περιέχουσι. τοῦτον μόνον οὖν τὸν ἀγῶνα χρεωστοῦμεν ἡμεῖς τῆς ἑαυτῶν ἀπιστίας καταγωνίσασθαι, καὶ μὴ ἀμελῆσαι περιεκτικῶν ἐντολῶν, δι' ὧν ἡ δοθεῖσα ἡμῖν χάρις
B ἐναργῶς ἀποκαλύπτεται. ὅπερ καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος γενέσθαι ἡμῖν προσεύχεται λέγων, τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα δῴη ἡμῖν ὁ Κύριος δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ καὶ αἰσθήσει, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν διὰ τῆς πίστεως. καιρὸς δὴ ἂν εἴη καθὼς προειρήκαμεν, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων τὴν μαρτυρίαν ταύτην βεβαιῶσαι· ἰδοὺ γὰρ καθόσον πιστεύοντες τὰς ἐντο-
C λὰς ἐργαζόμεθα, κατὰ τοσοῦτον καὶ τοὺς ἰδίους καρποὺς ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. οἱ δὲ καρποὶ τοῦ πνεύματος κατὰ τὸν ἅγιον Παῦλόν εἰσιν, ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια. τίς οὖν καθόλου τούτων τῶν ἐνεργημάτων ἀμύητος μετὰ τὸ βάπτισμα τυγχάνει, ἵνα ἀρνήσηται λέγων τὴν τοῦ πνεύματος χάριν μὴ εἰληφέναι ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος; τίς δὲ πάλιν καθ' ἡμέραν ἀδιαλείπτως ὑπὸ τῶν καρπῶν τούτων ἐνεργεῖται, μήπω τελεσιουργήσας τὰς ἐντολάς, ἵνα εἴπῃ, τέλειός εἰμι καὶ ἄτρεπτος, ὅθεν δηλοῖ
D ὅτι ὥσπερ τελεία μέν ἐστιν ἡ χάρις, ἡμεῖς δὲ οὐ τέλειοι διὰ τὴν τῶν ἐντολῶν ἔλλειψιν· οὕτω δὲ καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα, τέλειόν ἐστιν εἰς ἡμᾶς, ἡμεῖς δὲ ἀτελεῖς πρὸς αὐτὸ τυγχάνομεν. σὺ οὖν ὦ ἄνθρωπε, ὁ ἐν Χριστῷ βεβαπτισμένος, μόνον δὸς τὴν ἐργασίαν, εἰς ἣν τὴν δύναμιν εἴληφας, καὶ σεαυτὸν πρὸς τὴν ἐμφάνειαν τοῦ ἐνοικοῦντος εὐτρέπισον. καὶ οὕτω σοι ἐμφανίσει ἑαυτὸν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν ὁ Κύριος πνευματικῶς, ὡς οἶδεν αὐτός. ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν· οὗ δὲ τὸ πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. καὶ τότε νοή-
E σεις τὸ εἰρημένον, ὅτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. καὶ τοῦτο δὲ ἀναγκαίως εἰδέναι χρή, ὅτι τὰς ἐντολὰς μερικὰς μερικῶν ἐντολῶν οὔσας, καὶ ὑπ' ἐκείνων πληροῦσθαι, αἳ καὶ ἑνικαὶ λέγονται· καὶ οἱ μερικῶς τὰς ἐντολὰς ἐργασάμενοι, κατὰ ἀναλογίαν εἰς βασιλείαν εἰσέρχονται· οἱ δὲ βουλόμενοι εἰς τὸ τέλειον φθάσαι, ὀφείλουσι περιεκτικῶς πάσας τὰς ἐντολὰς ἐργάσασθαι. περιεκτικὴ δὲ πασῶν ἐντολῶν, ἡ τῆς ψυχῆς ἄρνησίς ἐστιν, ὅ ἐστι θάνατος. καὶ ὥσπερ ζῶν ἐν σαρκί,

ἐλλιπὴς ἐστὶ τῆς τελεσιουργίας ταύτης, οὕτως ἕως ἐξόδου ἄδεκτος εἶναι προσβολῆς οὐ δύναται διὰ τὴν προειρημένην ἔλλειψιν. εἴ τις οὖν τῶν πιστῶν καλῶς διὰ τῶν ἐντολῶν πολιτευσάμενος, τινὰ πνευματικὴν ἀναλόγως εὕροι ἐνέργειαν, πιστευέτω ὅτι ἤδη προείληφε τὴν ταύτης δύναμιν, καθότι ἔλαβε διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, τὴν πάντων ἀγαθῶν αἰτίαν· λέγω δή, οὐ μόνον τῶν κρυπτῶν καὶ πνευματικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν φανερῶν ἀρετῶν πρόξενον. καὶ μηδεὶς τῶν ἐναρέτων ὑπολαμβανέτω, διὰ μόνης τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως πεποιηκέναι τι ἀγαθόν. ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ, φησὶν ὁ λόγος, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας προφέρει τὸ ἀγαθόν, θησαυρὸν λέγων, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν πιστῶν κεκρυμμένον. ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπελθὼν ἐπώλησε πάντα, καὶ ἠγόρασε τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον. τοῦτο γὰρ πάνυ τοῖς εἰρημένοις προσφυὲς ἔχει· ὁ γὰρ νοήσας ἀκριβῶς, ὅτι ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ κεκρυμμένον ἔχει, κατὰ τὸν ἀπόστολον, πάντα ῥίψας τὰ τοῦ κόσμου τούτου πράγματα, παραμένει ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ, πάσῃ φυλακῇ τηρῶν αὐτήν, καὶ ζητῶν τὴν ἔξοδον τῆς ζωῆς κατὰ τὴν παροιμίαν. διὰ τοῦτο οὐ χρὴ οἴεσθαι δι᾽ ἀγώνων ἐκκόπτειν τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν. ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰς ἰδίας ἁμαρτίας τὰς μετὰ τὸ βάπτισμα γινομένας, εἰ μὴ διὰ Χριστοῦ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. προσθεὶς δὲ τὸ ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, δείκνυσιν ὅτι τὸ εὐδοκεῖν ἐν ταῖς ἀρεταῖς ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστι. καὶ τὸ εἰπεῖν δέ, ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν· καὶ τό, οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ᾽ ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, εἰς τὸ αὐτὸ συντείνει νόημα. τάχα δὲ οὕτω νοητέον, καὶ τό, πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν· εἴπερ ἐν τοῖς πᾶσίν ἐστι καὶ τὰ ἡμέτερα. καὶ τό, οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι᾽ ἐμοῦ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης οὐκ εἶπεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὸν ναόν σου σοὶ οἴσουσι βασιλεῖς δῶρα, (τὸ εἰκὸς καὶ γινόμενον,) ἀλλὰ τὸ ἐναντίον, ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ σοὶ οἴσουσι βασιλεῖς δῶρα· διότι ἑκάστου βασιλικωτάτου νοῦς ἀπὸ τοῦ κρυπτοῦ τῆς καρδίας ναοῦ πρῶτον λαμβάνει τὰς καλὰς καὶ ἀγαθὰς ὑποθέσεις ὑπὸ τοῦ ἐνοικοῦντος Χριστοῦ, καὶ ἄγει αὐτὰς ἐπὶ τὴν ἐνάρετον πολιτείαν, ἣν Ἱερουσαλὴμ ὠνόμασε. καὶ πάλιν αὐτὰς αὐτῷ προσφέρει διὰ τῆς ἀγαθῆς ἐννοίας προσδεδωρημένῳ Χριστῷ. ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν, οὐκ ἀποκλείοντες τὰ μέλλοντα, ἀλλ᾽ ὁμολογοῦντες, ὅτι τὴν δύναμιν τῶν ἐντολῶν εἰλήφαμεν, καὶ τῶν δεσμῶν τοῦ θανάτου ἐλύθημεν. ὀφειλέται δὲ ἐσμὲν τῆς ἐργασίας λοιπόν·

A destitutus est hac operationis perfectione: sic ob antè dictum defectum non potest vsque ad exitum non esse susceptiuus insultantium affectionum. Si quis ergo fidelium rectè versatus in præceptis, pro modo illo, spiritalem quandam affectionem nactus sit, credat se iam antè adeptum esse vim illius, cùm per baptismum gratiam sancti spiritus acceperit, omnium bonorum causam: dico sanè non modò occultarum & spiritualium virtutum, sed etiam manifestarum procuratricem. Nemóque studentium virtuti existimet, se suapte duntaxat facultate boni B quippiam fecisse: quia bonus homo non à seipso, inquit verbum, sed de bono thesauro cordis profert bonum: thesaurum appellans spiritum sanctum in corde fidelium absconditum. Nam simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit: & abiens vendidit vniuersa, & emit agrum illum. Istud enim magnam cum iis quæ dicta sunt, habet affinitatem. Nam qui exactè, secundùm Apostolum, perspicit in seipso, à baptismo se Christum reconditum haC bere, abiectis omnibus huiusce mundi negotiis, permanet in suo ipsius corde, omni custodia conseruans illud; quærens, iuxta parœmiam, exitum è vita. Quare non est existimandum, Adæ peccatum certaminibus amputari posse, neque etiam propria peccata, quæ post baptisma susceptum accidunt, nisi per Christum. Ipse enim est, qui operatur in vobis, velle & perficere, pru bona voluntate. Adducens enim istud, pro voluntate, demonstrat bene velle circa virtutes, in nostra sitam esse voD luntate. Dum autem ait: Sine me nihil potestis facere: & hoc: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: in eandem concurrit sententiam. Ac fortè sic etiam illud intelligi debet: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est; si quidem nostra sunt de numero omnium; & illud: Nemo venit ad patrem, nisi per me. Ea quoque de causa Propheta non dixit: Ab Ierusalem in templum tuum offerent tibi reges munera (quod verisimile erat, & fieri solebat) sed, A templo tuo in Ierusalem tibi offerent reges munera. Quoniam animus E cuiusque, maximè regius, ab occulto cordis sui templo primùm sumit honestas & bonas suggestiones, quæ suggeruntur ab inhabitante Christo; quas etiam adducit ad politiam virtutibus plenam, quam Ierusalem nominauit; iterumque per intentionem bonam offert eas ipsi, qui donauit, Christo. Cæterùm ista diximus, non quòd futura velimus excludere; sed confitentes, quòd implendorum mandatorum accepimus facultatem, & vinculis mortis exoluti sumus. Quod superest, operari debemus;

Luc. 6.

Matth. 13.

Philipp. 2.

Ioan. 5.
Ioan. 15.

Ioan. 1.

Ioan. 14.

Psalm. 67.

Suggestiones honestæ sunt à Christo.

ae nisi mandata Dei peragamus, gratia nobis donata manifestari non potest. Quo enim pacto nos, qui mortui eramus in peccato, potuissemus à nobisipsis boni quippiam agere, nisi Dominus ipse per lauacrum regenerationis viuificasset nos, & contulisset nobis gratiam Spiritus sancti? Vnde cognoscimus, perfectam sancti Spiritus gratiam nobis esse donatam, ad explenda omnia mandata: quę promouendi in Christo præstat accessionem, suósque operarios confirmat vsque ad mortem: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, iuxta seriem paternam, de qua sumus ante locuti.

Ephes. 4.

Interrogatio.

Baptizatus ergo quem mysticè recipit, Christum, an Spiritum sanctum? Interdum enim Christum, quandoque Spiritum sanctum inhabitare dixisti.

Responsio.

In baptismo Spiritum sanctum suscipimus. At quoniam dicitur etiam spiritus Dei, & spiritus Christi, hac de causa, per Spiritum sanctum, patrem & filium recepimus.

Interrogatio.

Sanctus igitur spiritus est Trinitas?

Responsio.

Non sic in vnica persona Trinitatem consistere dicimus, sed quia Spiritus sanctus à patre filióque non separatur, propterea in ipso, secundùm suam ipsius diuinitatem, Trinitatem esse confitemur. Sicut enim in patre est filius ac spiritus sanctus, & rursum in filio pater & spiritus, sic & in spiritu sancto est pater & filius: non confusione trium hypostaseon, sed vnione eiusdem & vnius essentiæ ac deitatis: Adeò vt nos, siue Patrem, siue Filium, siue Spiritum sanctum particulariter nominemus, hoc vnico nomine Trinitatem vocemus, vt modò diximus.

Interrogatio.

Qua ratione scriptura dicit, Ierusalem cœlestem, tu verò illam esse in corde dixisti?

Responsio.

Scimus non modò Ierusalem, sed etiam reliqua bona, quæcunque in resurrectione iusti sunt accepturi, sursum esse: sed horum arrabones & primitias spiritali modo exercere vim suam, etiam, in hoc sæculo, in cordibus firmiter credentium: vt certam de futuris habentes persuasionem, euocta præsentia contemnamus, & diligamus Deum vsque ad mortem. Quapropter non dixit: Potestis accedere: sed, Accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cœlestem.

Hebr. 12.

A καὶ εἰ μὴ ἐργασώμεθα τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, ἡ δεδομένη ἡμῖν χάρις οὐκ ἀποκαλύπτεται. πῶς γὰρ οἱ ἀποθανόντες ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, τὸ καλὸν ἐφ' ἑαυτῶν ποιεῖν ἠδυνάμεθα, εἰ μὴ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Κύριος διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἐζωοποίησε, καὶ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος ἐδωρήσατο; ὅθεν νοήσωμεν, ὅτι τελεία ἡ χάρις ἡμῖν δεδώρηται τοῦ πνεύματος, εἰς ἐκπλήρωσιν πασῶν τῶν ἐντολῶν, προσθήκην τῆς κατὰ Χριστὸν αὐξήσεως παρέχουσα, ἐνδυναμοῦσα ἕως θανάτου τοὺς ἰδίους ἐργάτας, μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν B ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν πατρικὴν ἀκολουθίαν, ἣν προειρήκαμεν.

Ἐρώτησις.

Ὁ οὖν βαπτισθεὶς, τίνα δέχεται μυστικῶς, τὸν Χριστὸν, ἢ τὸ ἅγιον πνεῦμα; ποτὲ γὰρ εἴρηκας τὸν Χριστὸν ἐνοικεῖν, ποτὲ δὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

Ἀπόκρισις.

Τὸ ἅγιον πνεῦμα δεχόμεθα διὰ τοῦ βαπτίσματος. C ἐπεὶ δὲ καὶ πνεῦμα Θεοῦ λέγεται, καὶ πνεῦμα Χριστοῦ· τούτου χάριν διὰ τοῦ πνεύματος τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν δεχόμεθα.

Ἐρώτησις.

Οὐκοῦν τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ τριάς;

Ἀπόκρισις.

Οὕτω μονοπροσώπως οὐ λέγομεν εἶναι τὴν τριάδα, ἀλλ' ἐπεὶ οὐ χωρίζεται τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, διὰ τοῦτο ἐν αὐτῷ τὴν τριάδα ὁμολογοῦμεν κατὰ τὴν αὐτοῦ θεότητα. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ πατρί ἐστιν ὁ υἱὸς καὶ τὸ D πνεῦμα, καὶ πάλιν ἐν τῷ υἱῷ ὁ πατὴρ καὶ τὸ πνεῦμα, οὕτως ἐν τῷ πνεύματι ὁ πατὴρ καὶ υἱός ἐστιν, οὐ συγχύσει τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ἀλλὰ τῇ ἑνώσει τῆς αὐτῆς μιᾶς βουλῆς καὶ θεότητος. ὥστε καὶ ἡμεῖς εἴτε τὸν πατέρα μονομερῶς ὀνομάζομεν, εἴτε τὸν υἱὸν, εἴτε τὸ πνεῦμα, ἐν τῷ ἑνὶ ὀνόματι τὴν τριάδα ὀνομάζομεν, κατὰ τὸν νῦν ὃν εἰρήκαμεν λόγον.

Ἐρώτησις.

Πῶς ἡ γραφὴ λέγει ἐπουράνιον εἶναι τὴν Ἱερουσαλὴμ, E σὺ δὲ εἴρηκας ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτὴν εἶναι;

Ἀπόκρισις.

Οὐ μόνον τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ, ὅσα μέλλουσιν ἐν τῇ ἀναστάσει λαμβάνειν οἱ δίκαιοι, οἴδαμεν ὅτι ἄνω εἰσί. τούτων δὲ οἱ ἀῤῥαβῶνες καὶ ἀπαρχαὶ ἐν ταῖς καρδίαις τῶν βεβαιοπίστων ἀπὸ τοῦ νῦν πνευματικῶς ἐνεργοῦσιν· ὅπως πληροφορηθέντες περὶ τῶν μελλόντων, τῶν παρόντων ἁπάντων καταφρονήσωμεν, καὶ ἕως θανάτου τὸν Θεὸν ἀγαπήσωμεν. διὰ τοῦτο προσελθεῖν ἔχετε, οὐκ εἶπεν, ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ·

δεκτικοὶ γὰρ τούτων ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος γεγόναμεν· τυχεῖν δὲ αὐτῶν μόνοι καταξιοῦνται οἱ βεβαιόπιστοι, οἱ διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀγάπην καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκοντες, τοῦτ' ἔστι πᾶσαν ἔννοιαν τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ὑπερβαίνοντες, καὶ μηδὲν ἕτερον ἐννοοῦντες ἢ μόνον, πότε καταντήσουσιν εἰς τελείαν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, ἥτις ἐστὶν ἐνδότερον ἄνοιγμα τῆς καρδίας, ὅπου πρόδρομος εἰσῆλθεν Ἰησοῦς. τοῦτο ζητῶν παρὰ τὰς ἀρχὰς ὁ ἅγιος Παῦλος ἔλεγε· διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην, τοῦτ' ἔστιν ἵνα ἀγαπήσω, ἐφ' ᾧ καὶ ἠγαπήθην ὑπὸ Χριστοῦ. μετὰ δὲ τὸ καταλαβέσθαι ταύτην τὴν ἀγάπην, οὐκέτι ἕτερόν τι ἐννοεῖν κατεδέχετο, οὐ τὰ θλιβερὰ τούτου τοῦ σώματος, οὔτε τὰ θαύματα τῆς κτίσεως, ἀλλὰ πᾶσαν σχεδὸν ἔννοιαν παρῃτεῖτο, μηδὲ πρὸς ὥραν τῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργείας ἀποστερηθῆναι καταδεχόμενος. ἐφανεροποίησε δὲ, ὅσα διὰ τὴν πνευματικὴν ἀγάπην παρῃτεῖτο, καί φησι, τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμός, ἢ λιμός, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν, πέπεισμαι, φησὶν, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, καθότι οὐδὲν τοιοῦτον ἐννοεῖν ἠνείχετο, ἢ μόνον ἐκεῖ παραμένειν.

Ἐρώτησις.

Πῶς πρὸ βραχέος εἴρηκας, ὅτι τελείως ἐνοικεῖ ἐν ἡμῖν τὸ πνεῦμα;

Ἀπόκρισις.

Ἀπαρχὴν εἶπον, οὐ μέρος τι τοῦ πνεύματος, οὐδὲ ὡς τομήν τινα τοῦ πνεύματος εἰσάγων (οὔτε γὰρ τέμνεται, οὔτε ἀλλοιοῦται) ἀλλὰ τὸ ἡμῶν χωρητικὸν ἐμφαίνων μὴ δυνάμενον χωρῆσαι πᾶσαν τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν, εἰ μὴ διὰ τῆς τελείας ἐντολῆς, τοῦτ' ἔστι διὰ θανάτου. εἴπερ καὶ ὁ ὑπὲρ ἀληθείας Χριστοῦ θάνατος ἐντολὴ Θεοῦ ἐστιν. ὥσπερ οὖν ὁ ἥλιος ὢν τέλειος, τελείαν καὶ ἁπλῆν καὶ ἴσην ἅπασι τὴν ἑαυτοῦ χάριν ἐπιβάλλει, λοιπὸν δὲ ἕκαστος καθ' ὅσον ἔχει τὸ ὄμμα κεκαθαρμένον, κατ' αὐτὸν καὶ εἰς λαϊκὸν εἰσδέχεται φῶς· οὕτω καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, πασῶν μὲν ἐνεργειῶν καὶ δωρεῶν τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ δεκτικοὺς ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἐποίησε. λοιπὸν δὲ οὐ πᾶσιν ὁμοτίμως τὰς δωρεὰς ἐνεργεῖν, ἀλλ' ἑκάστῳ πρὸς ἀξίαν, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν, ὅσον μαρτυρῆσαι τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις, καὶ φανεροποιῆσαι τὸ μέτρον τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. διὸ, φησὶν, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν κρᾶζον, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ.

Nam à baptismo capaces horum facti sumus: At hi soli digni putantur, qui consequantur ea, nempe firmiter credentes: qui Christi amore quotidie moriuntur, hoc est, omnem cogitationem humanam excedentes, nihil aliud versant animo, quàm illud duntaxat, vt occurrant aliquando ad perfectam dilectionem Christi: quæ est cordis interior apertio, quò præcursor introiit Iesus. *Philip. 3.* Hoc in primis quærens sanctus Paulus, dicebat: Sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo comprehensus sum: hoc est, vt diligam, in quo & dilectus sum à Christo. Hac autem ipsa dilectione comprehensa, non vltrà poterat aliud quippiam animo complecti: non afflictiones corporis huius, neque miracula creaturæ: sed omnem propè cogitationem auersabatur, non ferens si vel ad horam priuaretur effectu Spiritus sancti. Declarauit autem, quæ spiritalis dilectionis causa repudiabat, & ait, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? & quæ sequuntur. *Rom. 8.* Et rursum: Certus sum, inquit, quòd neque mors, neque vita, & reliqua. *Ibidem.* Iterúmque: Neque vlla alia creatura poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro: *Ibidem.* propterea quòd tale nihil animo concipiebat, præter hoc solum vt in eo statu permaneret.

Interrogatio.

Quomodo paulo antè dixisti, perfectè Spiritum sanctum in nobis habitare?

Responsio.

Primitias dixi, non quòd partem aliquam totius aut diuisionem quandam sancti Spiritus introducere vellem (neque enim diuiditur, nec alteretur) sed capacitatem nostram ostendere: quæ vim vniuersam Spiritus sancti capere non potest, nisi per mandatum perfectum, id est, per mortem. Siquidem & mors pro veritate Christi, mandatum Dei. Quo igitur modo sol perfectus, plenum, simplex, & æquale cunctis suum ipsius beneficium confert: quisque verò quatenus purgatum habet oculum, hactenus, etiam si plebeius fuerit, lucem recipit: ita Spiritus sanctus à baptismo suscepto credentes ei omnium actionum ac donorum capaces reddidit: *Spiritus sancti ad Solem analogia.* non tamen omnibus concessit, vt æqualiter dona exercerent: sed cuique pro dignitate & pro modo executionis mandatorum, quatenus testificatus est operibus bonis, & perspicuam edidit suæ in Christum fidei mensuram. Quapropter, inquit, misit Deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem, Abba pater. *Galat. 4.* Et, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. *Rom. 8.*

Verùm quòd nemo sibiipsi peccatum Adæ possit amputare, sed solus Christus, iuxta proportionem fidei in illum, audi Apostolum dicentem, Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundùm scripturas. Et rursum: Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et, Consepulti sumus cum illo per baptismum: vt quomodo Christus surrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: & reliqua. Et, Qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Et, Gratia estis saluati per fidem, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Et iterum: Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate. Et rursus: Nos non sumus ancillæ filij, sed liberæ. In libertate igitur, qua Christus nos liberauit, state. Et iterum: Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ, libertatem. Vides, vt scriptura hæc appellet nouitatis, libertatis, ac lucis opera, quorum certamine dicis rescindi peccatum? Declarat etiam liberi arbitrij conuersiones: quas Adæ dicis esse peccatum. Istud enim, Habere libertatem vt velamen malitiæ: &, Contristare spiritum sanctum: &, Facere voluntatem carnis & cogitationum: & hoc, Qui spiritu cœperunt, nunc carne consummari: &, Debitores sumus, non carni, vt secundùm carnem viuamus: hæc & similia cùm sciat scriptura, in nostra facultate positum esse, vt agamus, necne; propterea non Satanam, neque peccatum Adæ, sed nos increpat. Atqui si velis attentè audire, compendium omnium tibi rescro. Tu cogitationes & transformationes (animi) asseris esse peccatum Adæ: & ecce, beatus Paulus clarè & studiosè propter hanc mentis nequitiam, nos velut authores accusat, & inquit, Nolite conformari huic sæculo: sed reformamini in nouitate mentis vestræ. Sin autem ista non pendent à nostra voluntate, sed à tyrannide Satanæ, & à reliquus peccati per Adamum contracti, quamobrem nos accusamur à scriptura, qui nolentes vexamur à peccato, à Satana tyrannicè tractamur? Nónne immeritò puniemur? Aut forsan etiam iniustus est Deus, qui præcepit ea quæ sunt supra naturam: & præter naturam exigit à nobis, quæ vires excedant? Sed hoc non ita est. Absit. Nam ego interrogabo te: & da mihi responsum. Quantamcunque pietatis vim habet natura nostra, hancne quotidie debemus offerre Deo, necne? Planè dices mihi, vtique fieri debere, cùm Deus liberaliter hoc naturæ largitus sit ac pro modo virium nostrarum dederit mandata.

1. Cor. 15.

Rom. 5.

Rom. 6.

Ibidem.

Ephes. 2.

Ephes. 5.

Galat. 4.

1. Petri 2.

Arbitrij liberi conuersiones.

Rom. 8.

Rom. 12.

Deus non præcipit impossibilia.

A ὅτι δὲ οὐδεὶς ἑαυτοῦ ἐκκόπτει τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς μόνος κατὰ ἀναλογίαν τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, ἄκουε τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς· καὶ πάλιν, συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ἡμῶν ὄντων, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε· καὶ, συνετάφημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν· καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ, ὅτι ὁ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὅτι χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται· καὶ πάλιν, ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ, ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε· καὶ πάλιν, ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας. τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν, ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, στήκετε· καὶ πάλιν, ὡς ἐλεύθεροι, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν. βλέπεις πῶς δι' ὧν σὺ λέγεις ἀγώνων ἐκκόπτειν τὴν ἁμαρτίαν, ταῦτα καινότητος, καὶ ἐλευθερίας, καὶ φωτὸς ἔργα λέγει ἡ γραφή; φανεροῖ δὲ καὶ αὐτεξουσίου περιτροπὰς, ἃς σὺ λέγεις εἶναι C τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν. τὸ γὰρ ὡς ἐπικάλυμμα τῆς κακίας ἔχειν τὴν ἐλευθερίαν, καὶ λυπεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ποιεῖν τὸ θέλημα τῆς σαρκὸς, καὶ τῶν διανοιῶν· καὶ τὸ διαρξαμένους πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθαι· καὶ ὅτι ὀφειλέται ἐσμὲν, οὐ τῇ σαρκὶ τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν, ταῦτα καὶ τοιαῦτα εἰδυῖα ἡ γραφὴ, ὅτι ποιεῖν αὐτὰ ἢ μὴ ποιεῖν ἐφ' ἡμῖν ἐστι· διὰ τοῦτο, οὐχὶ τὸν σατανᾶν, οὐδὲ τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἡμᾶς μέμφεται. εἰ δὲ βούλει νουνεχῶς ἀκοῦσαι, εἴπω σοι τῶν πάντων κεφαλαιωδέστερον· σὺ D τοὺς λογισμοὺς μετασχηματικοὺς λέγεις εἶναι τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν. καὶ ἰδοὺ ὁ μακάριος Παῦλος φανερῶς καὶ ἀειδίλως περὶ τῆς κακονοίας ταύτης, ὡς αἰτίους ἡμᾶς ἐγκαλεῖ, λέγων, μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ἡμῶν. εἰ δὲ ταῦτα οὐκ ἔστι τοῦ ἡμετέρου θελήματος, ἀλλὰ τῆς τοῦ σατανᾶ τυραννίδος, καὶ ἐγκαταλείμματα τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίας, διὰ τί ἡμεῖς ὑπὸ τῆς γραφῆς ἐγκαλούμεθα, οἱ ἀκουσίως ὑπὸ τῆς ἁ- E μαρτίας ἐνεργούμενοι, καὶ ὑπὸ τοῦ σατανᾶ τυραννούμενοι; ἆρα καὶ ἀναιτίως μέλλομεν κολάζεσθαι; ἢ τάχα καὶ ἄδικος ὁ Θεὸς τὰ ὑπὲρ φύσιν προστάξας, καὶ παρὰ φύσιν ζητῶν ἡμῖν τὰ ὑπὲρ δύναμιν; ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, μὴ γένοιτο· ἐπεὶ ἐγώ σε ἐρωτήσω, καὶ δός μοι ἀπόκρισιν, ὅσην ἔχει ἡ φύσις ἡμῶν εὐσεβείας δύναμιν, ταύτην καθημέραν κεχρεωστήκαμεν τῷ Θεῷ προσφέρειν ἢ οὔ; πάντως ἐρεῖς μοι ὅτι ναὶ, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς τῇ φύσει κεχάρισται, καὶ κατὰ δύναμιν τὰς ἐντολὰς ἔθετο·

οὐκοῦν εἰ σήμερον αὐτὴν προσφέρεσθαι ἀγαθὸν, σημερινόν ἐστι χρέος, δεῖξόν μοι λοιπὸν τῆς παλαιᾶς ἁμαρτίας ἀνταπόδομα, ἤτοι τῆς σῆς, ἤτοι τῆς Ἀδάμ. ἐγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι οὐ μόνον τοῦτο οὐκ ἔχεις δεῖξαι, ἀλλ' οὐδὲ τὸ καθ' ἡμέραν ἀνελλιπῶς ἀποδοῦναι. καὶ πόθεν δῆλον τοῦτο; ἐκ τοῦ μὴ πάντοτε ἐν ταῖς αὐταῖς ἀρεταῖς εὑρίσκεσθαι. ὅσον γὰρ ἂν σήμερον προσθείης τῇ ἀρετῇ, τοσοῦτον ἠλέγχθης χρεώστης εἶναι τῆς παρελθούσης, φανεροποιήσας τὴν τῆς φύσεως δύναμιν. ἐδείχθη γὰρ διὰ τῆς σήμερον προσθήκης, ὅτι οὐ φύσεως ἀλλὰ θελήματος πρόσθεσίς ἐστιν ἢ ἔλλειψις, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀναιρούμεθα.

Ἐρώτησις.

Δέδοται ταῦτα οὕτως ἔχειν, ὅμως ἓν οἶδα, ὅτι εἰ μὴ ὁ Ἀδὰμ παρέβη, ἐγὼ τῆς τοῦ κακοῦ προσβολῆς πεῖραν οὐκ ἐλάμβανον.

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲ τοῦτο ὀρθῶς εἴρηκας· τὸ γὰρ τῆς τοῦ κακοῦ προσβολῆς ἄπειρον εἶναι, ἀτρέπτου φύσεώς ἐστιν, οὐχὶ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης· ἡμεῖς γὰρ καὶ ὁ Ἀδὰμ, μιᾶς φύσεως ἐσμέν. ἔδει κἀκεῖνον καθ' ἡμᾶς εἶναι, καὶ ἡμᾶς κατ' ἐκεῖνον. οὐκοῦν πειθέτω σε αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ὅτι οὔτε ἄτρεπτος ἦν, οὔτε μονομερῶς κακότρεπτος, καὶ οὐκ ἀνάγκῃ φύσεως παρέβη τὴν ἐντολὴν, ἀλλ' εὐδοκίᾳ θελήματος. ὥσπερ ἐκεῖνος, δεκτικὸς μὲν ἦν τῆς τοῦ σατανᾶ προσβολῆς ὑπακοῦσαι, εἶχε δὲ τὴν ἐξουσίαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς.

Ἐρώτησις.

Τάχα νῦν ἀνέχομαί σου, ὅτι τὴν προσβολὴν τοῦ σατανᾶ οὐκ αἴρεις.

Ἀπόκρισις.

Ἐγὼ μὲν οὐδὲ ἐν τοῖς προειρημένοις ἀρνοῦμαι πώποτε· οἶδα γὰρ καὶ τὸν Ἰὼβ πειρασθέντα ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ τὴν γραφὴν λέγουσαν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. καὶ πάλιν, ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐν ἑτέρῳ, ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ. ἀλλ' ἐπεὶ ἡμᾶς τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς, οὐχ ἡμῶν, ἀλλ' ἑτέρων τινῶν εἶναι νομίζομεν, ποτὲ μὲν λέγοντες αὐτοὺς εἶναι τὴν Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, ποτὲ δὲ αὐτὸν τὸν σατανᾶν, ποτὲ δὲ τὴν τοῦ σατανᾶ προσβολὴν, τούτου χάριν λέγομεν, ὅτι ἄλλο μέν ἐστιν ἡ τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτία, καὶ ἄλλο ὁ σατανᾶς, καὶ ἄλλο ἡ τοῦ σατανᾶ προσβολὴ, καὶ ἕτεροι οἱ πονηροὶ ἡμῶν λογισμοὶ, κἂν ἐκ προσβολῆς τὰς ἀφορμὰς ἔχωσι. σατανᾶς μὲν γάρ ἐστιν, αὐτὴ ἡ τοῦ διαβόλου ὑπόστασις, ἡ καὶ τὸν Κύριον πειράζειν ἐπιχειρήσασα.

A Ergo si bonum, quod illi offertur hodie, debitum est hodiernum: ostende mihi, quid pensatum sit pro tuo vel Adæ veteri peccato. Ego verò tibi dico, te non modò hoc ostendere non posse: sed ne illud quidem, te debitum quotidianum absque vllo defectu persoluere. Et vnde hoc liquet? Ex eo quòd non semper inueniare perseuerans in eisdem virtutibus. Quantum enim addideris hodie virtuti, tantundem præteritæ debere conuinceris, dum vires naturæ declarasti. Siquidem per adiectionem hodiernam ostensum est, non naturæ, sed voluntatis accessionem esse, B vel defectum, eaque de causa interimimur à peccato.

Nemo præstat Deo quod debet.

Interrogatio.

Donetur hæc ita se habere: vnum tamen scio, si non esset Adam transgressus, me non expertum fuisse oppugnationem vitij.

Responsio.

Neque hoc rectè dixisti: quia insultantis expertem esse vitij, pertinet ad naturam conuersioni non obnoxiam, non autem ad humanam. Nos enim vnius cum Adamo C sumus naturæ. Decebat illum nostri, nósque illius esse similes. Quare tibi persuadeat ille ipse primus homo, se non fuisse mutationis expertem, nec ad vitium particulariter conuertibilem, neque necessitate naturæ, sed beneplacito voluntatis transgressum esse mandatum. Quemadmodum ille parere poterat oppugnationi Satanæ, habebat autem potestatem, sic & nos.

Peccatum fuit per Adæ voluntatem.

Interrogatio.

Nunc fortè suffero te, quia non tollis impetum Satanæ.

D

Responsio.

Ego quidem superioribus sermonibus nunquam negaui: Scio enim etiam Iob à diabolo tentatum esse, scripturamque dicere: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Et iterum, Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Et alibi, Aduersarius vester diabolus, tanquam Leo E rugiens, circuit quærens quem deuoret. Sed cùm nos prauas cogitationes non à nobis, sed ab aliis quibusdam manare putemus, dicentes, interdum ipsas esse peccatum Adæ, quandoque ipsum Satanam, aliquando violentam ipsius Satanæ aggressionem: hac de causa dicimus, aliud esse peccatum Adæ, aliud Satanam, & aliud impetum Satanæ, aliud etiam peruersas cogitationes nostras, licèt ab impetu sumant occasionem. Satanas quidem est ipsa diaboli persona, quæ etiam Dominum tentare conata est:

Petri 4.

1. Petri 5.

Satanas tentauit Christũ & Adamum.

ΑΚΟΥΕ ψυχὴ λογική, κοινωνὲ τῶν ἐμῶν βουλευμάτων· βούλομαί σοί τι μυστικόν, καὶ κοινὸν διηγήσασθαι πρᾶγμα, ὥσπερ ὅτι οὐ καθαρθεῖσαν τῶν παθῶν, κατείληφα, ἀλλὰ χάριτι Χριστοῦ μικρὸν αἰσθητόν. ἔγνων γὰρ ὡς ὦ ψυχή, ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ παρὰ φύσιν ἐνεργούμενοι, ἀπὸ ἀγνοίας πλανώμεθα, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας, ἑτέρους μεμφόμεθα, ἔξωθεν ἡμῶν τὴν κακίαν εἶναι λέγοντες· καί ποτε μὲν τὸν Ἀδάμ, ποτὲ δὲ τὸν Σατανᾶν, ποτὲ δὲ τοὺς ἀνθρώπους αἰτιώμεθα. καὶ ἐν τούτῳ δοκοῦντες ἑτέρους πολεμεῖν, ἑαυτοὺς πολεμοῦμεν· καὶ νομίζοντες ἀλλήλων ὑπερασπίζειν, ἐγώ τε καὶ σὺ κατ' ἀλλήλων στρατευόμεθα· καὶ ἑαυτοὺς εὐεργετεῖν οἰόμενοι, ἑαυτοὺς αἰκίζομεν, κόπους καὶ ὀνειδισμοὺς ἀδοιήτους δικαίως ὑπέχοντες· τὰς μὲν ἐντολὰς τῷ δοκεῖν ἀγαπῶντες, τὰς δὲ αἰτίας αὐτῶν διὰ τὴν τῶν ἀνέμων μισήσαντες. ὅθεν ἔγνων ἀκριβῶς, ὅτι οὔτε εἰς τὸ ἀγαθόν, οὔτε εἰς τὸ κακὸν ὑπό τινος ἐξ ἰδίας ἀδίκως ἑλκόμεθα, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν πραγμάτων, ᾧ ἂν πρὸς τὸ θέλημα δουλεύσωμεν, ἤτοι τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦ διαβόλου, αὐτὸς ἡμᾶς δικαίως λοιπὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον καταστρέφει μέρος. αἱ δὲ ἀρχαὶ τῶν πραγμάτων εἰσὶν ἀπαράλογιστοι προσβολαὶ δύο, ἔπαινος ἀνθρώπων, καὶ ἄνεσις σώματος, αἵτινες ἑκουσίως προσβάλλουσι πρὸ τοῦ θελήματος ἡμῶν, οὔτε κακίαι εἰσί, οὔτε ἀρεταί, ἀλλ' ἔλεγχοι τῆς ἡμετέρας προθέσεως που ῥεπούσης· τοῦ γὰρ Κυρίου βουλομένου ἡμᾶς ὑπομένειν ὀνειδισμοὺς καὶ κακοπαθεῖν, τοῦ δὲ διαβόλου τὰ ἐναντία θέλοντος, ἡμεῖς ὅταν θέλωμεν ἐπὶ ταῖς προσβολαῖς ἐκείναις, φανερὸν ὅτι τὴν ῥοπὴν ἐδώκαμεν τῷ φιληδόνῳ πνεύματι, παρακούσαντες τοῦ Κυρίου· ὅταν δὲ ἐπὶ τὰς προειρημένας προσβολὰς θλιβώμεθα, δῆλον ὅτι τὴν ῥοπὴν ἐδώκαμεν τῷ Θεῷ, τὴν στενὴν ἀγαπήσαντες.

EIVSDEM CONSVLTATIO intellectus cum sua ipsius anima.

AVDI rationalis anima, socia consiliorum meorum: mysticum quippiam, rémque vtrisque nostrûm communem commemorare tibi desidero: qua deprehendi, te non prorsus expurgatam in perturbationibus, sed per gratiam minùs fore deditam. Certò equidem scio, ô anima, cùm C tu & ego præter naturam agitamur, nos ignoratione falli: ob idque, dum vitium extra nos esse dicimus, de nostris ipsorum peccatis alios accusare: atque interdum quidem ipsi Adamo, quandoque Satanæ, aliquando hominibus culpam ascribimus. In quo dum aliis bellum inferre putamus, ipsi bellum nobiscum gerimus: dum nos tueri mutuò arbitramur, ego & tu inuicem pugnamus: dum de nobis ipsis bene mereri existimamus, nosipsos percutimus, labores inutiles & probra non immeritò perferentes; specie D quidem amplectentes mandata, ipsorum autem causas, vtpore seducti, prosequentes odio. Vnde certò scio, nos à nulla potestate siue ad bonum, siue ad malum, iniuria trahi; sed statim à baptismo in ipsis rerum initiis, cuicunque ad nutum inseruierimus, siue Deo, siue diabolo, is meritò in posterum nos ad suas partes adigit. Cæterùm initia rerum sunt obiecta duo, quæ non animaduertuntur, laus humana, & remissio corporis, quæ sponte sua obtrusa, antequam voluntas nostra accedat, nec vitia E sunt neque virtutes, sed propensionem animi nostri, quóve inclinemus, arguunt. Nam cùm Dominus iubeat ferre contumelias & molestias, diabolus autem velit contraria, vbi placuerimus nobis in obiectis illis, perspicuum est, obaudito Domino, propensionem animi nos tradidisse spiritui voluptuario; quando verò suggestionibus suprà dictis angimur, certum est amplexus angustias, inclinationem Deo deditam habere.

Peccati settius vnde.

Hanc igitur ob rem duo illa obiecta hominibus proponi permissa sunt, vt qui mandata Dei colunt, momentum voluntatis suæ tradant Christo; qui nactus introitum, deducat mentem in veritatem. Ad eundem modum intelligito mihi contrarium. Nam è diuerso, quicunque gloriam humanam amplectuntur, & remissionem corporis, præbent aditum diabolo; qui etiam ipse ingressu peculiari reperto, sua suggerit vitia, quæ tandiu crescere non desinunt, quandiu cogitant quę grata sunt ei; donec ex corde oderint, quæ priùs diximus obiecta. At nos vsque adeò diligimus ea, vt eorum gratia non solùm prodamus virtutem, sed etiam illorum ipsorum alteri, data occasione, commutemus: interdum voluptatis gratia subimus ignominiam. Quando verò citra dolorem illis assentimur, postmodum illorum promotricem materiam indagamus. Atqui vanæ gloriæ voluptatisque materia est auaritia: quæ ex sententia scripturæ diuinæ, radix est omnium malorũ. Verùm, dices equidem mihi, anima charissima, nos aurum in thesaurum non recondere, neque possessiones habere: Et ego tibi dico, aurum aut possessiones non nocere, sed, vt antè dixi, inhærentem affectui abusum eorum. En, quidam citra affectionem locupletes Deo pergrati fuerunt, velut sanctus Abraham, Iob, & Dauid: Nonnulli verò etiam carentes opibus, affectum auaritiæ fouemus in rebus leuissimis, ideóque miseriores sumus his qui multa possederunt: quia relictis vniuersim prauis affectionibus, quasi Deum lateamus, calliditati voluptatis affectum adjũgimus. Fugientes enim auaritiam, non fugimus voluptatem: non recondentes aurum, res viles coaceruamus: magistratum atque imperium repudiamus, gloriam tamen & honorem eorum quouismodo venamur. Reliquimus possessiones, harum tamen fruitionem non auersamur: si quando verò auersari videmur, non quòd auaritiam fugiamus, sed velut execrantes Dei creaturas, dicimus: Ne tetigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris. Cùm audieris, anima charissima, Adami & Euæ transgressionem, credas equidem initio per illos propriè commissam esse: nunc autem, quod ad intellectũ, per me ac te committi reperies. Hæc enim in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, &c. Quandoquidem, ecce, per baptismum renati, transgressi sumus mandatum eius qui nos regenerauit: quia cum Dominus præcepisset, vt omnes eandem fidem profitentes diligeremus, & ex omnibus prodeuntem fructum toleranter ederemus, quemadmodum dictum est, vt ederent ex omni ligno quod erat in paradiso: nos suasionibus serpentis vsi, quosdam, vt bonos dileximus; alios, tanquam malos, habuimus odio: quod est lignum cogitationis boni

Auaritia est voluptatis & vana gloria materia.

Diuites quidã Deo grati.

Paupertas nõ voluntatis, qualis sit.

Coloss. 2.

1. Cor. 10.

Gen. 1.

A Διὰ τοῦτο δὲ αἱ δύο αὗται προσβολαὶ τοῖς ἀνθρώποις προσβάλλειν συνεχωρήθησαν, ὅπως οἱ τὴν ἐντολὴν ἀγαπῶντες δώσωσι τῷ Χριστῷ τὴν ῥοπὴν τοῦ θελήματος. καὶ αὐτὸς εἴσοδον εὑρὼν, ὁδηγήσῃ τὸν νοῦν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. οὕτω δὲ μοι νόει καὶ τὸ ἐναντίον. ὅσοι γὰρ πάλιν ἀγαπῶσι τὴν ἀνθρωπίνην δόξαν, καὶ τὴν ἄνεσιν τοῦ σώματος, διδόασιν εἴσοδον τῷ διαβόλῳ, ὃς καὶ αὐτὸς εὑρὼν ἰδίαν εἴσοδον, τὰ ἴδια λοιπὸν ὑποτίθεται κακά· καθὸ ἂν αὐτῷ ἡδέως λογίζωνται, προσθήκας ποιεῖν οὐ παύονται, ἕως οὗ τὰς προειρημένας B προσβολὰς ἐκ καρδίας μισήσωμεν· ἡμεῖς δὲ οὕτως αὐτὰς ἀγαπῶμεν, ὥστε οὐ μόνον τὴν ἀρετὴν ἀντ' αὐτῶν προδιδόαμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς ἐκείνας ἑτέρας τῇ ἑτέρᾳ ἐν καιρῷ καταλλάσσομεν, ποτὲ ἀτιμίαν ὑποφέρομεν διὰ φιληδονίαν, ὅταν δὲ καὶ τούτοις ἀλύπως συνθώμεθα, λοιπὸν τὰς αὐξητικὰς ὕλας αὐτῶν ζητοῦμεν. ὕλαι καὶ κενοδοξίας καὶ ἡδονῆς φιλαργυρεία, ἡ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν κατὰ τὴν θείαν γραφήν. πάντως δὲ ἐρεῖς μοι, ὦ φίλη ψυχὴ, ὅτι οὔτε χρυσίον θησαυρίζομεν, οὔτε κτήματα ἔχομεν· κἀγὼ σοι λέγω, ὅτι οὔ- C τε χρυσὸς, οὔτε κτήματα πέφυκεν τὴν βλάβην, ἀλλὰ καθὼς προείρηκα, ἡ ἐμπαθὴς αὐτῶν παράχρησις. ἰδοὺ γάρ τινες ἀπαθῶς πλουτήσαντες εὐηρέστησαν, ὡς ὁ ἅγιος Ἀβραὰμ καὶ Ἰὼβ, καὶ Δαβίδ. τινὲς δὲ καὶ ἀκτήμονες τὸ πάθος τῆς φιλοχρηματίας ἐν εὐτελεστάταις ὕλαις ἐτρέψαμεν· ὅθεν τῶν πολλὰ κεκτημένων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι· διότι ἀφέντες τὸ καθολικὸν κατὰ πάθη μετὰ πανουργίας, ὡς λανθάνοντες Θεὸν, ἡδυπαθοῦμεν· τὴν γὰρ φιλαργυρίαν διαφεύγοντες, τὴν φιληδονίαν οὐ φεύγομεν· χρυσὸν οὐ θησαυρίζομεν, καὶ τὰς λεπτὰς ὕλας συνάγομεν· ἀρχὰς καὶ ἡγεμονίας οὐ λαμβάνο- D μεν, τὰς δὲ δόξας αὐτῶν καὶ τοὺς ἐπαίνους ἐκ παντὸς τρόπου θηρεύομεν· τὰς κτήσεις καταλείπομεν, καὶ τὰς ἀπολαύσεις αὐτῶν οὐ παραιτούμεθα· ὅταν δὲ καὶ παραιτεῖσθαι δόξωμεν, οὐχ ὡς τὴν πλεονεξίαν φεύγοντες, ἀλλ' ὡς τὰ κτίσματα τοῦ Θεοῦ βδελυσσόμενοι, μὴ ἅψῃ, μὴ γεύσῃ, μὴ θίγῃς. ὅταν ἀκούσῃς, ὦ φίλη ψυχὴ, τὴν παράβασιν τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας, ἐν ἀρχῇ μὲν ἰδικῶς ἐπ' ἐκείνοις γεγενημένην πίστευε· νυνὶ δὲ νοητῶς ἐπ' ἐμοὶ καὶ σοὶ γινομένην εὑρήσεις. ταῦτα γὰρ τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ E τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν. ἰδοὺ γὰρ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναγεννηθέντες τὴν ἐντολὴν τοῦ ἀναγεννήσαντος ἡμᾶς παρέβημεν, καθότι τοῦ Κυρίου πάντας τοὺς ὁμοπίστους ἀγαπᾶν, καὶ τὸν ἐκ πάντων ἐρχόμενον καρπὸν δι' ὑπομονῆς ἐσθίειν κελεύσαντος, κατὰ τὸ εἰρημένον, ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγεῖν, ἡμεῖς τοῖς τοῦ ὄφεως λογισμοῖς χρησάμενοι, τοὺς μὲν, ὡς καλοὺς ἠγαπήσαμεν· τοὺς δὲ, ὡς πονηροὺς ἐμισήσαμεν· ὅπερ ἐστὶ τὸ ξύλον τοῦ γινώσκειν καλὸν

καὶ πονηρῷ, οὐκ ἀπηγγελσάμενοι τῷ διαφόρων θανατούμεθα· οὐχὶ τοῦ Θεοῦ τὸν θάνατον ποιήσαντος, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρώπου τὸν πλησίον μισήσαντος. Θεὸς γὰρ θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων, οὔτε κινεῖται πάθει ὀργῆς, οὔτε ἐπινοεῖ πρᾶγμα εἰς ἄμυναν, οὔτε ἀλλοιοῦται πρὸς τὴν ἑκάστου ἀξίαν. ἀλλὰ πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν, ὑπὸ νόμῳ πνευματικῷ κρίνεσθαι προορίσας. διὰ τοῦτο οὐ λέγει τῷ Ἀδάμ, ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, ἐγὼ θανατώσω ὑμᾶς, ἀλλ' ἀσφαλιζόμενος τὸν τῆς δικαιοσύνης προλέγει νόμον, καί φησιν, ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. καὶ ὅλως δὲ ἑκάστῳ πράγματι καλῷ τε καὶ κακῷ φυσικῶς ἐπακολουθεῖν τὸ ἴδιον ἀπένειμε, καὶ οὐκ ἐπινοητικῶς, ὥς τινες νομίζουσιν, οἱ τὸν πνευματικὸν ἀγνοοῦντες νόμον· ἡμεῖς δὲ οἱ μερικῶς τοῦτον ἐπιστάμενοι, γινώσκειν ὀφείλομεν, ὅτι εἴ τινα τῶν ὁμοπίστων ὡς κακὸν μισήσομεν, καὶ ἡμεῖς κακοὶ ὄντες ὑπὸ Θεοῦ μισηθησόμεθα· καὶ εἰ ὡς ἁμαρτωλὸν τῆς μετανοίας ἐκβάλλομεν, καὶ ἡμεῖς ἁμαρτωλοὶ ὄντες ἀποβληθησόμεθα· καὶ εἰ οὐκ ἀφίεμεν τῷ πλησίον τὰ ἁμαρτήματα, οὔτε ἡμῖν ἀφεθήσεται. τοῦτον τὸν νόμον φανεροποιῶν ὁ νομοθέτης Χριστὸς, εἴρηκε· μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· ἄφετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν. τοῦτον ἰδὼν τὸν νόμον, φανεροποιῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν, ὁ κρίνων τὸν ἕτερον, ἑαυτὸν κατακρίνει. καὶ ὁ προφήτης δὲ οὐκ ἀγνοῶν τοῦτο, ἐβόα πρὸς τὸν Θεὸν λέγων, ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· καὶ ἕτερος προφήτης ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ φησιν, ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος. καὶ τί λέγω καθ' ἕν, ὅπου γε πᾶσα ἡ γραφὴ παλαιά τε καὶ νέα, μάλιστα ὁ μέγας ψαλμῳδὸς σαφέστερον ἡμῖν τοῦτον ὑποδεικνύουσι τὸν νόμον, ὅπως πνευματικὸν εὑρόντες αὐτὸν, καὶ μυστικῶς προωρισμένον ἐπὶ πάσῃ ἡμῶν τῇ [illegible], οὐ μόνον προφανῶς, ἀλλὰ καὶ κρυπτῶς ἀγαπᾶν τοὺς ἀδελφοὺς σπουδάσωμεν. οὐ γάρ ἐστι Μωσαϊκὸς νόμος τὰ φανερὰ κρίνων, ἀλλὰ πνευματικὸς καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχων· καίτοι μὲν ὁ αὐτὸς Θεὸς ἐνομοθέτησε τοῖς ἰδίοις καιροῖς πρέποντα· τότε δὲ ἐκεῖνον ἐπλήρωσε, διὰ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἡμῶν εἰρηκότος, οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι. διὰ τοῦτο, δεῖ πάντας πραγματείας ἅπαξ λελήσθαι καὶ λοιπὸν συγχωρεῖν τῷ δοκοῦντι ἠδικηκέναι, κἂν εὔλογον εἴη κἂν ἄλογον τὸ ἀδίκημα, πάσης ἀρετῆς εἰδότας μείζονα εἶναι τὴν τῆς συγχωρήσεως. ἐπεὶ δὲ οὐ δυνάμεθα τοῦτο ποιεῖν διὰ τὴν προκατέχουσαν ἁμαρτίαν, ὀφείλομεν μετὰ ἀγρυπνίας καὶ πάσης κακοπαθείας τὸν Θεὸν παρακαλεῖν, ἕως οὗ εὕρωμεν ἱλασμὸν, καὶ λάβωμεν τὴν τοιαύτην δύναμιν. πρὸς ταῦτα ὦ ψυχὴ, ἕνα σκοπὸν ὀφείλομεν ἔχειν ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι, τὸ ὑπὸ ἀνθρώπων διαφόρως ἀδικούμενοι χαίρειν

A & mali. quod vbi gustauimus, morimur animo: non quòd Deus creuerit mortem, sed quòd proximum oderit homo. Deus enim mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuentium: non mouetur affectu iræ, nec excogitat quicquam, vt postea sumat vltionem, neque mutatur cuiusuis dignitate: sed omnia sapienter condidit, quæ per legem spiritalem iudicari præfiniuit. Propterea non dicit Adamo: Quacunque die comederitis, ego tradam vos morti: verùm certissimè prædicit iustitiæ legem, hac voce; Quacunque die comederitis, morte B moriemini. Et planè cuicunque rei, siue bona sit, siue mala, annexum natura decorum largitus est, non quòd postea excogitet illud, vt quidam legem spiritalem ignorantes putauerunt. Nos verò, qui aliqua ex parte tenemus illam, nosse debemus, si quempiam eorum qui parem nobiscum sortiti sunt fidem, vt malum oderimus, nos quoque, cùm mali simus, Deo fore odiosos; & si, velut peccatorem, illum repulerimus à pœnitentia, nos etiam, qui sumus peccatores, excludendos; & si proximo non dimittimus peccata, C nec dimittentur nobis. Hanc legem declarans legislator Christus, dixit: Nolite iudicare, & non iudicabimini; dimittite, & dimittetur vobis. Eandem legem sciens Paulus, explicabat his verbis: Qui iudicat alterum, seipsum condemnat. Quod non ignorans Propheta clamabat ad Deum, inquiens; Nempe tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Alter item propheta sub persona Dei dicit; Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Cæterùm quid singula commemoro? quando scriptura tam vetus quàm noua, & maximè summus ille psaltes, nobis omnibus D clariùs hanc subindicat legem; vt illam spiritalem & mysticè præscriptam esse inuenerimus, de vniuersa nostra inclinatione metuentes, non in speciem duntaxat, sed etiam in secretis animi diligere fratres enitamur. Non enim est lex Mosaica, quæ manifesta iudicare solet; sed spiritalis, quæ etiam occulta corripit, quanquam etiam suis temporibus congruam tulit idem Deus; impleuit autem eam, per gratiam Domini nostri, qui dixit; Non veni soluere legem, sed adimplere. E Quamobrem (vt omni de re summatim dicam) debemus posthac condonare ei qui quempiam offendisse videtur, iusta vel iniusta sit offensio; certò scientes, cōdonandi virtutem quacunque virtute præstãtiorem esse. Verùm quia præoccupante nos peccato impediti, nequimus hoc efficere, debemus obsecrare Deum cum vigiliis & maceratione carnis immodica, donec cōsequamur propitiationem, eamque cōparemus facultatem. Deinde in omni re, loco, & tempore vnus nobis, ò anima, proponendus est scopus, vt quouis modo læsi ab hominibus, gaudeamus,

Sap. 1.

Genes. 2.

Odium proximi.

Luc. 6.

Rom. 2.

Ierem. 32.

Deut. 32.

Deut. 32. Hebr. 10.

Matth. 5.

Iniuriarum condonatio est Dei donum.

& nulla afficiamur triſtitia; gaudeamus autem, non vtcunque aut temerè, ſed quòd nacti ſumus occaſionem, tum remittendi ei qui peccauit, tum peccatorum noſtrorum remiſſionem conſequendi. Hæc eſt vera Dei notitia, quæ cogitationem omnem complectitur; qua poſſumus inuocare Deum, & exaudire. Hæc eſt precationis vbertas; cuius vi licet nobis tollere crucem, & ſequi Dominum. Hæc primorum & ſummorum mandatorum mater exiſtit. Per hanc enim poſſumus diligere Deum ex toto corde, & proximum ſicut noſipſos. Huius ope, ieiuniis, vigiliis, & macerandæ carni B danda nobis eſt opera, quò animus & viſcera aperta ſuſcipiant iſthæc, & non repellant. Ita enim fiet vt ſecretò nobis donatam ſancti baptiſmatis gratiam, non iam obſcurè, ſed cum omni certitudine & ſenſus perceptione operari agnoſcamus, eò quò proximo peccata remittimus. Veruntamen hanc virtutem duo impediunt vitia, vana gloria, & voluptas, quæ conuenit in primis ex animo auerſari, & ita amplecti virtutem. Quamobrem, ô anima, quæ horum duorum vitiorum obſequendo voluntati, teipſam prodi- C diſti, neminem accuſes, non Adamum, non Satanam, non homines: ſed contende cum voluntate tua, & ne contemnas. Bellum enim eſt inteſtinum. Nam non eſt externum, vt nobis pugnandum ſit aduerſus fratres qui verſantur nobiſcum, ſed inteſtinum eſt bellum. In pugna nemo hominum nobis aderit: vnicum habemus commilitonem, qui per baptiſmum in nobis arcanè reconditus eſt, Chriſtum inuictum, & quem nihil latet. Is autem certabit à partibus noſtris, ſi mandata eius pro virili peragamus. Quæ ve- D rò bellum nobis inferunt, ſunt, vt antè diximus, voluptas permixta corpori, & vana gloria; quibus ego & tu detinemur. Illa, inquam, duo ſeduxerunt Euam, & Adamum fefellerunt. Voluptas quidem oſtendit lignum eſu bonum, & contemplatu formoſum: vana autem gloria ſubiecit illud: Eritis ſicut Dij, cognoſcentes bonum & malum. Quemadmodum ergo Adam primò formatus & Eua erubeſcebant inuicem: ita etiam nos, vbi abiecto intellectualium oculorum vitio, noſipſos nudos conſpicimus, mutuo conſcientiæ pudore ſuffundimur. Et iam folia ficus nobis E ipſis conſuimus, dum extraneis ſermonibus, figuris & iuſtificationibus nos induimus. Dominus autem parat nobis veſtimentum è pellibus, & ait: In patientia veſtra poſſidete animas veſtras. Et ſuadet quæ ſequuntur, his verbis: Qui inuenerit animam ſuam, hoc eſt, reductis in memoriam offenſionibus, perdet eam. Et qui in ea memoria perdiderit animam, in vitam æternam inueniet illam. Ipſi gloria in ſecula. Amen.

Certitudine intellige morali, & per coniecturas, non infallibili & abſoluta.

Sola voluntas peccati cauſa eſt.

Adami peccatum. Geneſ. 3.

Luc. 21.

Matth. 10.

A καὶ μὴ λυπεῖσθαι· χαίρειν δὲ οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀσκόπως, ἀλλ' ὅτι εὕρομεν ἀφορμὴν τοῦ ἀφιέναι τῷ ἁμαρτήσαντι, καὶ λαβεῖν ἄφεσιν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀληθὴς θεογνωσία πάσης γνώσεως περιεκτικωτάτη, δι' ἧς δυνάμεθα παρακαλεῖν τὸν Θεὸν καὶ ἐπακούεσθαι. αὕτη ἐστὶν ἡ τῆς εὐχῆς καρποφορία· διὰ ταύτης τὸν σταυρὸν ἆραι καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ Κυρίῳ δυνάμεθα. αὕτη τῶν πρώτων καὶ μεγάλων ἐντολῶν μήτηρ τυγχάνει· διὰ ταύτης γὰρ ἀγαπᾶν τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτοὺς B δυνάμεθα· διὰ ταύτης γὰρ νηστεύειν καὶ ἀγρυπνεῖν καὶ κακοπαθεῖν ὀφείλομεν, ὅπως ἡ καρδία καὶ τὰ σπλάγχνα ἀνοιγόμενα εἰσδέξωνται ταῦτα, καὶ μὴ ἀποβάλωσι· τότε γὰρ καὶ τὴν κρυπτῶς δεδωρημένην ἡμῖν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χάριν, οὐκέτι ἀδήλως, ἀλλ' ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ καὶ αἰσθήσει ἐνεργοῦσαν εὑρήσομεν, διὰ τὸ ἀφιέναι τῷ πλησίον τὰ ἁμαρτήματα. ταύτης δὲ τῆς ἀρετῆς κωλυτικαί εἰσι κακίαι δύο, κενοδοξία, καὶ ἡδονή, ἃς χρὴ πρότερον κατὰ νοῦ παραιτήσασθαι, καὶ οὕτω τὴν ἀρετὴν κρατῆσαι. διὰ τοῦτο, ὦ ψυχή, προδοῦ- C σα ἑαυτὴν τοῖς δυσὶ τούτοις θελήμασι, μηδένα αἰτιῶ, μήτε τὸν Ἀδάμ, μήτε τὸν Σατανᾶν, μήτε τοὺς ἀνθρώπους· ἀλλὰ πολέμησον τῷ σῷ θελήματι, καὶ μὴ καταφρονήσῃς· ἐμφύλιος γάρ ἐστιν ὁ πόλεμος· οὐκ ἔστιν ἔξωθεν, ἵνα μετὰ τῶν συνόντων ἀδελφῶν πολεμήσωμεν· ἔνδοθέν ἐστι, καὶ οὐδεὶς ἀνθρώπων συμπολεμήσει ἡμῖν. ἕνα ἔχομεν σύμμαχον τὸν μυστικῶς ἡμῖν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐγκεκρυμμένον Χριστόν, ἀνίκητον καὶ ἀλάθητον. συμμαχήσει δὲ ἡμῖν, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ κατὰ δύναμιν ποιήσωμεν. τὰ δὲ πολεμοῦντα ἡμῖν, D καθὼς προειρήκαμεν, ἡδονὴ συμμιγεῖσα τῷ σώματι, καὶ κενοδοξία, αἳ καὶ ἐμὲ καὶ σὲ κατέχουσι. ταῦτα τὰ δύο τὴν Εὔαν ἐπλάνησεν, καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐξηπάτησεν· ἡ μὲν ἡδονὴ ἔδειξε τὸ ξύλον, ὡς καλὸν εἰς βρῶσιν, καὶ ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι· ἡ δὲ κενοδοξία τό, ὡς θεοὶ ἔσεσθε, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν. καθάπερ οὖν ὁ πρωτόπλαστος Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ᾐσχύνοντο ἀλλήλους, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν κακίαν τῶν νοερῶν ὀφθαλμῶν ἀποβαλόντες, καὶ ἑαυτοὺς γυμνοὺς ὁρῶντες, ἀλλήλους κατὰ συνείδησιν αἰσχυνόμεθα· καὶ ἰδοὺ φύλλα συκῆς ἑαυτοῖς E συρράπτομεν, ἐξωτερικοῖς ῥήμασι καὶ σχήμασι καὶ δικαιολογίαις ἐνδυόμενοι. ὁ δὲ Κύριος κατασκευάζει ἡμῖν τὸ ἐκ δερμάτων ἔνδυμα, καὶ λέγει, ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. καὶ τὰ ἀκόλουθα παραινεῖ λέγων, ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, τουτέστιν ἐν μνησικακίᾳ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἐν αὐτῇ ἀπολέσας αὐτήν, εἰς ζωὴν αἰώνιον εὑρήσει αὐτήν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

HESYCHII

A

ΗΣΥΧΙΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ

πρὸς Θεόδουλον, λόγος ψυχωφελὴς περὶ νήψεως καὶ ἀρετῆς κεφαλαιώδης, τὰ λεγόμενα ἀντιρρητικὰ, καὶ εὐκτικά.

Κεφάλαιον πρῶτον.

ΝΗΨΙΣ ἐστι, μέθοδος πνευματικὴ ἐμπαθῶν νοημάτων, καὶ λόγων, καὶ πονηρῶν ἔργων παντελῶς τὸν ἄνθρωπον σὺν Θεῷ ἀπαλλάττουσα, χειρίζουσα, καὶ προθύμως ὁδευομένη· γνῶσίν τε ἀσφαλῆ Θεοῦ τοῦ ἀκαταλήπτου χαρίζεται, καθ' ὅσον ἐφικτὸν, καὶ μυστηρίων θείων καὶ ἀποκρύφων ἀποκρύφως λύσιν· ἐπαρκεῖ τε πάσης ἐντολῆς Θεοῦ παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης ποιητικὴ, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος περιεκτική· αὕτη δὲ κυρίως ἐστὶν, ἡ τῆς καρδίας καθαρότης· ἥτις διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῆς, ἢ κυριωτέρως εἰπεῖν, διὰ τὴν ἀπροσεξίαν καὶ ἀμέλειαν ἡμῶν, σπανίζει σήμερον πάνυ ἐν μοναχοῖς· ἣν ὁ Χριστὸς μακαρίζει λέγων, μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. Τοιαύτη οὖν οὖσα, πολλοῦ ἀγοράζεται. νῆψις ἐν ἀνθρώπῳ χρονίζουσα, ὀρθοῦ καὶ θεαρέστου βίου ὁδηγὸς γίνεται. τούτου καὶ ἐπίβασις, θεωρίαν τε καὶ τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς δικαίως κινεῖν ἡμᾶς ἐκδιδάσκει, καὶ τὰς αἰσθήσεις τε ἀσφαλῶς τηρεῖ, καὶ τὰς γενικὰς τέσσαρας ἀρετὰς ἐν τοῖς μετόχοις αὐτῆς καθ' ἡμέραν αὔξει.

β'. Ὁ μέγας νομοθέτης Μωσῆς, μᾶλλον δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀποδεικνύων τὸ ἄμωμον καὶ καθαρὸν, καὶ περιεκτικὸν, καὶ ὑψοποιὸν τῆς τοιαύτης ἀρετῆς, καὶ διδάσκων ἡμᾶς, ὅπως ταύτης ἄρχεσθαι καὶ ἐκτελεῖν δεῖ, πρόσεχε σεαυτῷ, φησὶ, μὴ γένηται ῥῆμα κρυπτὸν, τὴν μονολόγιστον ἐμφάνειαν ὀνομάζων πράγματός τινος μισουμένου πονηροῦ ὑπὸ Θεοῦ· ἣν δὴ καὶ προσβολὴν λέγουσιν οἱ πατέρες, προσαγομένην τῇ καρδίᾳ σου παρὰ τοῦ διαβόλου, ᾗ ἐπακολουθοῦσιν οἱ ἡμέτεροι λογισμοὶ, εὐθὺς παραφανείσῃ τῷ νῷ, ἐμπαθῶς τε αὐτῇ προσδιαλέγονται.

γ'. Νῆψίς ἐστιν, ὁδὸς πάσης ἀρετῆς καὶ ἐντολῆς Θεοῦ, ἥτις καὶ καρδία καὶ ἡσυχία, καὶ ἀφαντάστως τελεωθεῖσα φυλακὴ νοὸς ἐστὶν αὐτή.

δ'. Οὐχ ὁρᾷ φῶς ἡλίου ὁ γεννηθεὶς τυφλός· οὕτως οὐδ' ὁ μὴ νήψει ὁδεύων ὁρᾷ πλουσίως τὰς μαρμαρυγὰς τῆς ἄνωθεν χάριτος· οὔτε γε ἐλευθερωθήσεται ἐκ πονηρῶν καὶ μισητῶν Θεῷ ἔργων τε καὶ λόγων καὶ ἐννοιῶν, ὃς οὐκ ἐλευθερίως ἕξει πως ἐν τῇ ἐξόδῳ τοὺς ταρταρείους παρελάσαι ἄρχοντας.

HESYCHII PRESBYTERI AD

Theodulum sermo compendiosus, animæ perutilis, De temperantia & virtute: quæ dicuntur ἀντιῤῥητικὰ & εὐκτικὰ, hoc est, de ratione reluctandi atque precandi.

CAPVT I.

TEMPERANTIA, methodus est spiritalis: quæ sine cunctetur, siue pergat alacriter, hominem à conceptibus & sermonibus affectionum plenis, ac prauis operibus, opitulante Deo, prorsus liberat: certam etiam de Deo incomprehensibili notitiam largitur, quantùm assequi licet: necnon diuinorum & occultorum mysteriorum secretam præbet solutionem: suppeditat vires implendi cuncta Dei mandata, tam veteri quàm nouo testamento comprehensa: & tandem vniuersa bona præstat futuri sæculi. Hæc autem propriè est puritas cordis, quæ quidem propter excellentiam & bonitatem suam, vel (vt magis propriè loquar) ob ignauiam & negligentiam nostram, hodie profectò rara est in monachis: quam Christus beatam prædicat, his verbis, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cùm ergo fit eiusmodi, magnò redimitur. Temperantia quæ perdurat in homine, rectæ Deóque placentis vitæ dux efficitur: cuius progressus nos edocet, vt iustè moueamus speculationem, & triplicẽ animæ facultatem: sensus in tuto conseruat: quatuor etiam generales virtutes participio sui auget quotidie. *Matth.5.*

2 Magnus ille legislator Moses, imò verò spiritus sanctus, dum huiusce virtutis facultatem irreprehensibilem, puram, capacem, & magnificam subindicat, instruens nos qua ratione ducẽdum sit ab ea initium, atque complementum: Attende tibi ipsi, ait, ne verbum fiat occultum: singularem appellans ostentationem cuiusdam rei prauæ Deo odiosæ, quã sanè patres etiam nominant suggestionem, quæ cordi tuo obtruditur à diabolo. Quam, statim vt sese exhibuerit menti, sequuntur cogitationes nostræ, & cum ea colloquia miscent affectibus plena.

3 Temperantia est via virtutum omnium, & mandatorum Dei, quę quidem etiam est cor, & quies: eademque ad vacuitatem imaginationum perfectè redacta, mentis est custodia.

4 Qui excæcatus est, non videt solis lumen: ita qui non ambulat temperanter, pretiosos gratiæ supernę splendores nequit perspicere: neque à malis & Deo odiosis operibus, sermonibus, & cogitationibus liberabitur. Et is tẽpore exitus, nulla liberè euadẽdi ratione perpẽsa, tartareorũ principũ manus nõ effugie-

5 Attentio, est continua cordis requies, ab omnibus cogitationibus libera: quæ solum Iesum Christum Dei filium & Deum perpetuò ac sine intermissione spirat & implorat, stat cum eo viriliter in acie aduersus hostes, eique confitetur, nempe qui possit remittere peccata. Cùm enim anima inuocationibus assiduis circumplectitur Christum, qui solus secretò scrutatur corda, omnemque dat operam, ne vlli hominum notæ sint dulcedines suę interníque conflictus, nullo pacto improbus ille clàm nequitiam promouere poterit, & operationes optimas delere.

6 Temperantia, est perseuerans cogitationum constantia: quando scilicet sistuntur ipsæ pro foribus cordis, perspicit & audit illa quid dicant, quídve faciant furtim obrepentes cogitationes exitiales: quænam etiam sit forma, quæ à dæmonibus insculpitur & imprimitur: ac per seipsam imaginationibus dissoluere nititur animum. Hæc enim diligenter exculta, si velimus, admodum scitè nos docent belli intellectualis experientiam.

7 Quando deserimur à Deo, quando item occurrunt tentationes ad erudiendum aptæ, duplex ille metus attentionis magistram cõtinuationem parere solet in mente hominis: qui prauarum cogitationum operúmque conatur obturare fontem, vnde & desertiones & insperatæ à Deo tentationes ad emendationem vitæ nostræ obueniunt nobis præcipuè, qui recreationem huius boni gustauimus, & tamen negligimus. Continuatio verò gignit habitum: habitus autem, naturalem quandam temperantiæ frequentiam: hæc tandem, pro qualitate rei, sensim producit contemplationem belli: quam excipit perseuerans erga Iesum precatio, suauis tranquillitas animi imaginationibus vacua, & stabilitas in Iesu fundata.

8 Constans animus, qui Christum inuocat aduersus hostes, ad illúmque perfugit, est velut fera quędam à canibus non paucis circundata, quę seipsam ex aduerso collocat in tuto. Cùm autem procul mẽte præuideat hostium inuisibilium intellectuales insidias, quia continenter aduersum illos stat cum Iesu pacifico, permanet illæsus ab illis.

9 Si præes, ac tibi datum est, vt assistas & specteris horarum matutinarum tempore, concessum est vtique, vt sis etiam spectator. Sin minùs, vigila, & consequeris.

10 Corpus maris consistit in aquarum multitudine: compages autem & firmamentum sobrietatis, abstinentiæ, & profundissimæ quietis animæ, abyssus item contemplationum tam* quam arcanorum, exploratricis etiam humilitatis, rectitudinis ac dilectionis, est summa temperantia & deprecatio Iesu Christi carens cogitationibus: idque cum frequentibus suspiriis & continuo labore, citra tamen offensionem sui.

ε'. Προσοχή ἐστι, καρδίας ἡ ἀδιάλειπτος ἡσυχία ἀπὸ παντὸς λογισμοῦ, Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἀεὶ καὶ αἰωνίως καὶ ἀδιαλείπτως μόνον αὐτὸν ἀναπνέουσα, καὶ ἐπικαλουμένη, καὶ ἀνδρείως κατὰ τῶν ἐχθρῶν συμπαραταττομένη αὐτῷ, αὐτῷ τε ἐξομολογουμένη τῷ ἐξουσίαν ἔχοντι συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. περιπτυσσομένη γὰρ συνεχῶς Χριστὸν δι᾽ ἐπικλήσεως κρυπτῶς μόνῳ τῷ τὰς καρδίας ἐξεταζομένῳ, τοῖς ἀνθρώποις τε πάντας παντοίως λαθεῖν πειρωμένη τῆς ψυχῆς τὴν γλυκύτητα αὐτῆς, καὶ τὸν ἔνδον ἀγῶνα, μήπως ὁ πονηρὸς λαθὼν εἰσδύσῃ κακίας, καὶ ἀφανίσῃ καλλίστην ἐργασίαν.

ς'. Νῆψίς ἐστιν, ἔμμονος λογισμοῦ πῆξις, καὶ στάσις αὐτοῦ ἐν πύλῃ καρδίας, ἣ τοὺς ἐρχομένους λογισμοὺς κλέπτας ὡς ὁρᾷ καὶ ἀκούει, τί μὲν λέγουσι, τί δὲ ποιοῦσιν οἱ φόνιοι, καὶ τίς ἐστιν ἡ ἐγγλυφθεῖσα καὶ στηλωθεῖσα μορφὴ παρὰ τῶν δαιμόνων, καὶ πειρωμένη δι᾽ ἑαυτῆς φανταστικῶς καταλῦσαι τὸν νοῦν. ταῦτα γὰρ φιλοπονούμενα τὴν πεῖραν τοῦ νοητοῦ πολέμου ἐπιστημόνως ἄγαν ἡμῖν, ἐὰν θέλωμεν, διανοίγουσιν.

ζ. Οἶδε γεννᾶν φόβος ὁ διπλὸς καὶ αἱ ἀπὸ Θεοῦ ἐγκαταλείψεις, καὶ αἱ παιδευτικαὶ τῶν πειρασμῶν συμβάσεις, συνέχειαν ἐπιστατικὴν προσοχῆς ἐν τῷ ἡγεμονικῷ τοῦ ἀνθρώπου πειρωμένου τὴν πηγὴν φράξαι τῶν κακῶν λογισμῶν καὶ ἔργων, δι᾽ ἣν καὶ ἐγκαταλείψεις, καὶ οἱ ἀδόκητοι ἀπὸ Θεοῦ πειρασμοὶ πρὸς τὴν ἀνόρθωσιν τοῦ βίου διορθοῦσι, καὶ μάλιστα τοῖς γευσαμένοις τὴν ἀνάπαυσιν τοῦ καλοῦ τούτου καὶ ἀμελοῦσιν. ἡ δὲ συνέχεια γεννᾷ ἕξιν· ἡ δὲ, φυσικήν τινα πυκνότητα νήψεως· ἡ δὲ, θεωρίας πως τοῦ πολέμου ἠρέμα κατὰ ποιότητα γεννᾷ, ἣν δέχεται ἐπίμονος Ἰησοῦ εὐχὴ, ἡ ἀφάνταστος νοὸς γλυκεῖα ἠρεμία, καὶ ἡ κατάστασις ἐξ Ἰησοῦ συνεστῶσα.

η'. Ισταμένη καὶ ἐπικαλουμένη ἡ διάνοια Χριστὸν κατὰ τῶν πολεμίων, καὶ καταφεύγουσα ἐπ᾽ αὐτὸν, οἷα θήρ τις κυκλωθεὶς ὑπὸ κυνῶν πολλῶν, καὶ ἀντιστήσας ἑαυτὸν ἐν ὀχυρώματι, πόρρωθεν δὲ νοητῶς τοὺς νοητοὺς λόχους τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν προβλέπουσα, καὶ διὰ τὸ συνεχῶς ἐντυγχάνειν τῷ εἰρηνοποιῷ Ἰησοῦ κατ᾽ αὐτῶν, ἄτρωτος ἐξ αὐτῶν διαμένει.

θ'. Εἰ ἐπίστασαι καὶ ἐδόθη σοι εἰς τὰς πρωΐας παρεστάναι, καὶ ἐποπτεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐποπτεύειν, οἶδας ὃ λέγω· εἰ δὲ οὔ, νῆφε, καὶ λήψῃ.

ι'. Σύστημα θαλασσῶν ὕδωρ πολύ· σύστημα δὲ καὶ κράτημα νήψεως, καὶ νηφαλιότητος, καὶ ψυχικῆς κατὰ βάθους ἡσυχίας, καὶ ἄβυσσος θεωρημάτων καὶ ὄντων * τε καὶ ἀπορρήτων, καὶ ἐπιγνωμονικῆς ταπεινώσεως, καὶ εὐθύτητος καὶ ἀγάπης, νῆψις ἄκρα καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ χωρὶς λογισμῶν εὐχὴ, καὶ τοῦτο συνεχῶς, καὶ πυκνῶς, καὶ διηνεκῶς, καὶ ποιητικῶς, καὶ μὴ παρακακεῖν.

α'. Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε Κύριε, εἰσελεύσεται, φησὶν, ἐν τῇ βασιλείᾳ, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου. θέλημα δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐστι τοῦτο, τό, οἱ ἀγαπῶντες τὸν Κύριον, μισεῖτε πονηρά. Ἐκκόψωμεν οὖν τῇ εὐχῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ, μισήσωμεν καὶ πονηροὺς λογισμοὺς, καὶ ἰδοὺ πεποιήκαμεν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ.

ιβ'. Ἀρετῆς πάσης ὑπογραμμὸς καὶ ὑπόδειγμα ἀνθρώποις ἀνθρώποις, καὶ ἀνάκλησις τοῦ παλαιοῦ πτώματος, ὁ δεσπότης ἡμῶν καὶ Θεὸς σαρκωθεὶς, προέθηκεν ἡμῖν, ζωγραφήσας τὸν ἐν σαρκὶ αὐτοῦ πανάρετον βίον. σὺν πᾶσι δὲ τοῖς καλοῖς οἷς ἡμῖν ὑπέδειξε, μετὰ τὸ βάπτισμα ἀνελθὼν εἰς τὴν ἔρημον μετὰ νηστείας ἤρξατο πάλης νοητῆς τοῦ διαβόλου ὡς ἀνθρώπου ψιλοῦ αὐτῷ προσελθόντος, καὶ διὰ τοῦ τρόπου τῆς νίκης ἐδίδαξε καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀχρείους, δούλους ὁ δεσπότης πρὸς τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας, ὅπως χρὴ τὴν πάλην ἐνεργεῖν, τοῦτ' ἔστιν ἐν ταπεινώσει καὶ νηστείᾳ, καὶ εὐχῇ καὶ νήψει, ὁ μὴ χρῄζων τῶν τοιούτων, καθὸ Θεὸς, καὶ Θεὸς τῶν θεῶν.

ιγ'. Τὸ δὲ, πόσοι τρόποι εἰσὶ κατ' ἐμὲ τῆς νήψεως, καθαιρεῖν ἀπὸ λογισμῶν ἐμπαθῶν τὸν νοῦν κατ' ὀλίγον, ἰδοὺ σημαίνειν σοι αὐτοὺς ἀνεμποδίστῳ λέξει καὶ ἀποικίλῳ οὐκ ὀκνήσω· οὐ γὰρ ἐκεῖνα ὥσπερ ἐν τοῖς τοῦ πολέμου διηγήμασιν, ἐν τῷδε τῷ λόγῳ κρύψαι τὴν ὠφέλειαν διὰ τῶν λέξεων, καὶ μάλιστα τοῖς ἁπλουστέροις. σὺ δὲ τέκνον Τιμόθεε πρόσεχε οἷς ἀναγινώσκεις.

ιδ'. Εἷς οὖν τρόπος νήψεως, τὸ, τὴν φαντασίαν πυκνὰ σκοπεῖν, ἤγουν τὴν προσβολὴν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸν σατανᾶν χωρὶς φαντασίας λογισμοὺς δημιουργεῖν, καὶ παραδεικνύειν τῷ νῷ πρὸς ἀπάτην ψευδῆ.

ιε'. Ἕτερος δὲ, τὸ ἔχειν τὴν καρδίαν βαθέως διὰ παντὸς σιωπῶσαν καὶ ἡσυχάζουσαν ἀπὸ παντὸς λογισμοῦ, καὶ εὔχεσθαι.

ιϛ'. Ἄλλος, τὸ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Ἰησοῦν εἰς βοήθειαν συνεχῶς ἐν ταπεινώσει.

ιζ'. Ἕτερος δὲ τρόπος, τὸ, μνήμην ἔχειν θανάτου ἀδιάλειπτον ἐν τῇ ψυχῇ.

ιη'. Αὗται πᾶσαι αἱ ἐργασίαι, ἀγαπητὲ, τοὺς πονηροὺς ἐννοίας δίκην πυλωρῶν κωλύουσι. τὸ δὲ ὁρᾷν πρὸς οὐρανὸν καὶ γῆν μηδὲ ἡγεῖσθαι ὅπως ἐνεργές ἐστι σὺν τοῖς ἄλλοις, Θεοῦ διδόντος, ῥῆμα ἐν ἄλλῳ τόπῳ ἐκπληρέστερον ἐκτιθήσομεν.

ιθ'. Ἐὰν πρὸς ὀλίγον τῶν παθῶν τὰς αἰτίας ἐκκόψαντες, τοῖς πνευματικοῖς ἐνασχοληθῶμεν θεωρήμασι, μὴ ἐν αὐτοῖς δὲ διατελέσωμεν, ἀπὸ τούτων ἐργαζόμενοι, ῥᾳδίως πάλιν ἐπὶ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη ἐπιστρεψόμεθα, μηδὲν ἄλλο ἐκ τούτου καρπωσάμενοι, ἢ σκότωσιν παντελῆ τοῦ νοὸς, καὶ ἐπὶ τὰ ὑλικὰ ἐκτροπήν.

11 Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, inquit: sed qui facit voluntatem patris mei. Voluntas autem patris eius hæc est, nempe, Qui diligitis Dominum, odite mala. Accedentibus ergo precibus erga Iesum Christum, prosequamur odio cogitationes malas, & ecce, voluntatem Dei fecimus. *Matth. 7.* *Psalm. 96.*

12 Omnium virtutum typus, exemplar humani generis, ac numen inuocandum pro veteri lapsu, Dominus noster ac Deus incarnatus, vt picturam viuam proposuit nobis suam, quam in carne transegit, vitam, omni virtutum genere splendentem. Præter illa verò bona quæ nobis exhibuit, post baptismum susceptum rediens in desertum, cùm ieiunasset, pugnam intellectualem cœpit inire cum diabolo, illum, vt purum hominem aggrediente. Et ea vincendi ratione etiam nos inutiles seruos docuit Dominus, quo pacto confligendum sit cum spiritibus nequitiæ, hoc est, in humilitate, ieiunio, precibus, & temperantia: qui tamen, vt Deus, ac Deorum Deus, talibus non habebat opus.

13 Quot autem, mea sententia, sint modi mentis expurgandæ paulatim cogitationibus affectuum plenis, vt perueniatur ad temperantiam, iam indicare tibi non dubitabo, sermone haud quaquam ornato aut vario. Non enim, vt in historia bellica, statui hac oratione sub verborum lenocinius vtilitatem occultare, & maximè simplicioribus. Tu verò, fili Theodule, attende animum his quæ legis.

14 Vnus ergo modus temperantiæ comparandæ est, vt imaginationem crebrò perpendamus, obiectionem videlicet: eò quòd absque imaginatione Satanas nequeat moliri cogitationes, aut, fallendi gratiâ, menti proponere mendacia.

15 Alter verò, vt in profundo per omnia silentio, & quiete omni sermone vacua, demersum habeamus animum, ac precemur.

16 Alius, vt cum humilitate Iesum in auxilium continenter inuocemus.

17 Quartus autem modus est, vt continuam in animo habeamus mortis memoriam.

18 Vniuersæ operationes eiusmodi, charissime, more ianitorum arcere solent prauas conceptiones. Quanti verò sit momenti, cœlum intueri, & nihili facere terram, vnà cum reliquis, Deo donante facultatem dicendi, alio loco pleniùs exponam.

19 Si amputatis ad modicum tempus affectionum causis, studere incipiamus spiritalibus obseruationibus, & in eis non immoremur, eandem nauantes operam, facilè denuo reuoluemur ad carnis affectus, nullum inde fructum alium referentes, quàm omnimodam obtenebrationem mentis, & ad res sensibiles conuersionem.

Eum qui sustinet interiora certamina, eodem momento temporis, hisce quatuor prædituem esse conuenit, humilitate, attentione summa, reluctatione, & precatione. Humilitate quidem, quoniam conflictus ille est aduersus superbos dæmonas, humilitatis aduersarios: quò Christi auxilium in manu cordis habeat: cùm Dominus oderit superbos. Attentione verò, vt suum ipsius animum cogitationibus, etiam velut bonitatis speciem præ se ferentibus, immunem semper reddat. Reluctatione autem, vt cùm accedentem diligenti mentis acumine nouerit, mox excandescens contradicat illi nequam. Et respondebo, inquit, exprobrãtibus mihi mala: Nonne Deo subiecta erit anima mea? Precatione autem, vt posteaquam restiterit, confestim ex intimo corde vociferetur ad Christum gemitu inodicibili. Túmque is, qui modò certabat, vidébit hostem cum illusionibus suis, per nomen Iesu sanctum & adorandum, velut puluerem à vento, aut fumi euanescentis instar dissolui.

Psalm. 118. *Psalm. 61.*

21 Qui non est fretus precatione cogitationibus purgata, caret armis ad bellum aptis. Precationem dico, semper vigentem in penetralibus animæ: vt per inuocationem Iesu Christi & intestinum bellum castigetur, & hostis exuratur.

22 Debes equidem tu subtili & intenso mentis intuitu perspicere, vt intelligas ingredientes cogitationes. Vbi verò noris, statim resistendo conteras caput serpentis: vnáque suspirans, Christum inclamato. Et ita experiere diuinam & inuisibilem defensionem: Ac tum liquidò perspicua fiet cordis rectitudo.

23 Quemadmodum is qui speculum tenet in manu, si fortè cõsistens in medio multorum, defixis oculis intueatur in speculo, videt quidem qualis sit ipse facie, videt etiam aliorum vultum in idem speculum incumbentium. ita qui totus in cor suum incumbit, & suum ipsius statum in eo conspicit, & nigram spiritalium Æthiopum intuetur faciem.

24 Cæterùm mens per seipsam solam non potest superare illusionem dæmonum: ne sibi de eo nimiùm fidat. Nam cùm sint versuti, etiam vinci simulant, dum aliunde per inanem gloriam supplantant. Quando vero Iesus inuocatur, ne ad horam quidem subsistere, aut fallere te possunt.

25 Obserua, ne qua ducatis opinione, more populi Israëlitici: & ita tradaris hostibus intellectualibus. Ille enim beneficio Dei omnium authoris liberatus ab Ægypto, ad opem sibi ferendam excogitauit idolum conflatile.

26 Idolum conflatile intelliges, mentem nostram infirmam; quæ quandiu quidem implorat Iesum Christum aduersus nequitiæ spiritus, facilè profligat eos:

A κ'. Δεῖ τὸν ἀγωνιζόμενον ἔνδον κατὰ στιγμὴν χρόνου ἔχειν τὰ τέσσαρα ταῦτα, ταπείνωσιν, προσοχὴν τὴν ἄκραν, ἀντίρρησιν, καὶ προσευχήν· ταπείνωσιν μὲν, ὅτι πρὸς ὑπερηφάνους δαίμονας ἀντιπάλους ταπεινοφροσύνης αὕτη ἡ πάλη, ἵνα τὴν Χριστοῦ βοήθειαν ἐν χειρὶ καρδίας ἔχῃ, διὰ τὸ τὸν Κύριον ὑπερηφάνους μισεῖν· προσοχὴν δὲ, ἵνα ἀεὶ τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ποιῇ μηδένα λογισμὸν ἔχειν, κἂν δῆθεν ἀγαθὸς φαίνηται· ἀντίρρησιν δὲ, ἵνα ὁπηνίκα ὀξέως γνοὺς τὸν ἐλθόντα, εὐθὺς μετ' ὀργῆς ἀντιλογισθείη τῷ πονηρῷ. καὶ ἀποκριθήσομαι, φησὶ, τοῖς ὀνειδίζουσί μοι κακά. οὐχὶ τῷ B Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; εὐχὴν δὲ, ἵνα μετὰ τὴν ἀντίρρησιν, εὐθὺς ἐκ βάθους καρδίας κεκραγάσῃ πρὸς Χριστὸν στεναγμῷ ἀλαλήτῳ· καὶ τότε αὐτὸς ὁ ἀγωνιζόμενος βλέψεται τὸν ἐχθρὸν λυόμενον τῷ ἁγίῳ καὶ προσκυνητῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ, ὡς χνοῦν ὑπὸ ἀνέμου, ἢ ὡς καπνὸν ἐκλείποντα μετὰ τῆς φαντασίας αὐτοῦ.

κα'. Ὁ μὴ ἔχων εὐχὴν καθαρὰν λογισμῶν, ὅπλον οὐκ ἔχει εἰς πόλεμον· εὐχὴν δὲ λέγω ἀενάως ἐνεργουμένην C ἐν ἀδύτοις τῆς ψυχῆς, ἵνα τῇ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπικλήσει ὁ κρυφίως πόλεμος μαστίζηται, καὶ φλέγηται πολέμιος.

κβ'. Εὖ μὲν ὀφείλεις ὀξὺ καὶ συντόνῳ τοῦ βλέμματι βλέπειν, ὥστε νοεῖν τοὺς εἰσερχομένους· γνοὺς δὲ, παραυτὰ δι' ἀντιρρήσεως θλάσῃ τὴν τοῦ ὄφεως κεφαλὴν, καὶ ἅμα τούτῳ σὺν στεναγμῷ βόησον πρὸς Χριστὸν, καὶ λήψῃ πεῖραν τότε θείας ἀοράτου ἀντιλήψεως· καὶ τότε ὁρᾷς τηλαυγῶς εὐθύτητα καρδίας.

κγ'. Ὥσπερ ὁ κρατῶν ἔσοπτρον ἐν χειρὶ, μέσον δὲ εἰ D τύχοι πολλῶν ἱστάμενος ἀτενίζων τῷ ἐσόπτρῳ, βλέπει μὲν τὸ ἴδιον πρόσωπον ὁποῖον, βλέπει δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυπτόντων ἐν τῷ ἑνὶ ἐσόπτρῳ· οὕτως ὁ δι' ὅλου ἐγκύπτων εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ, βλέπει μὲν τὴν ἑαυτοῦ κατάστασιν ἐν αὐτῇ, βλέπει δὲ καὶ τὰ μέλανα πρόσωπα τῶν νοητῶν Αἰθιόπων.

κδ'. Ἀλλ' οὐ δυνάται ὁ νοῦς νικῆσαι φαντασίαν δαιμονικὴν δι' ἑαυτοῦ μόνου, μή ποτε τοῦτο θαρρείτω· πανοῦργοι γὰρ ὄντες καὶ ἡττᾶσθαι ὑποκρίνονται, ἀλλαχόθεν διὰ κενοδοξίας F ὑποσκελίζοντες· τῇ δ' Ἰησοῦ ἐπικλήσει στῆναι, καὶ δολιεύσασθαί σε οὐδὲ κἂν πρὸς ὥραν ὑπομένουσιν.

κε'. Ὅρα μὴ οἰηθῇς κατὰ τὸν πάλαι Ἰσραὴλ, καὶ παραδοθήσῃ καὶ αὐτὸς τοῖς νοητοῖς ἐχθροῖς· ἐκεῖνος γὰρ παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, Αἰγύπτου ἀπαλλαγεὶς, βοηθὸν ἑαυτῷ ἐπενόησεν εἴδωλον χωνευτόν.

κς'. Εἴδωλον δὲ νόησον χωνευτὸν, τὸν ἀσθενῆ ἡμῶν νοῦν, ὅστις ἕως μὲν Ἰησοῦν Χριστὸν παρακαλεῖ κατὰ τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων, εὐκόλως αὐτὰ καταδιώκει

ἡ μετ' ἐπιστήμης ἐντέχνου ἀποκρούεται τὰς ἀοράτους πολεμίας τὰς ἐχθρὰς δυνάμεις. ἐπὰν δὲ αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν ἀφρόνως θαρρήσειεν ὅλος, ὡς ὁ λεγόμενος ὀξύπτερος, καταρράξεται. Ἐπὶ τῷ Θεῷ, φησίν, ἤλπισεν ἡ καρδία μου, καὶ ἐβοηθήθην, καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου. καὶ, τίς παρὰ τοῦ Κυρίου ἀναστήσεταί με, ἢ συμπαρατάξεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένοις πολλοῖς λογισμοῖς; ὁ δὲ εἰς ἑαυτὸν θαρρῶν καὶ οὐκ εἰς Θεόν, πεσεῖται πτῶμα ἐξαίσιον.

κζ'. Καρδιακῆς ἡσυχίας ἐστὶ τύπος καὶ τάξις, εἰ βούλει ἀθλεῖν, τὸ μικρὸν ζωΰφιον· ἡ ἀράχνη ἔστω σοι πρὸς ὑπόδειγμα· εἰ δὲ μή, οὔπω ὡς δεῖ, ἡσύχασας τῷ νοΐ. ἐκείνη μὲν μυίας μικρὰς θηρεύει· σὺ δὲ εἰ οὕτω καὶ ὡς αὐτὴ ἐν ψυχῇ πονοῦσα ἡσυχάζεις, οὐ παύσῃ κτείνων τὰ νήπια Βαβυλώνια, καθ' ὧν φόνον μακαρίζῃ ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, διὰ Δαβίδ.

κη'. Ὥσπερ οὐ δυνατὸν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ἐν τῷ στερεώματι ὀφθῆναι μέσον ἀστέρων, καὶ ὡς οὐκ ἔνι ἄνθρωπον ἐν γῇ περιπατοῦντα μὴ τὸν ἀέρα τοῦτον ἀναπνεῖν· οὕτως ἀδύνατον καθαρεῦσαι τὴν ἡμῶν καρδίαν ἐξ ἐμπαθῶν νοημάτων, καὶ ἀποδιῶξαι νοητοὺς ἐχθροὺς ἐξ αὐτῆς ἄνευ συχνῆς ἐπικλήσεως Ἰησοῦ.

κθ'. Ἐὰν μετὰ ταπεινώσεως φρονήματος καὶ μνήμης θανάτου, καὶ αὐτομέμψεως, καὶ ἀντιρρήσεως, καὶ ἐπικλήσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τὰς διατριβὰς πάντοτε ποιῇς ἐν τῇ σῇ καρδίᾳ, καὶ τὴν στενὴν μέν, ἀλλὰ χαροποιὸν καὶ τερπνὴν ὁδὸν τῆς διανοίας καθ' ἡμέραν, μετὰ τούτων τῶν ὅπλων ὁδεύῃς νηφόντως, εἰς θεωρίας ἁγίας ἁγίων ἐλεύσῃ, καὶ φωτισθήσῃ μυστήρια βαθέα παρὰ Χριστοῦ, παρ' ᾧ οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι· ἐν ᾧ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· αἰσθήσῃ γὰρ παρὰ Ἰησοῦ, ὅτι πνεῦμα ἅγιον ἐφήλλατο τῇ σῇ ψυχῇ, παρ' οὗ νοῦς ἀνθρώπων διαυγάζεται ὁρᾶν ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ. Οὐδεὶς φησί, λέγει Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, δηλαδὴ βεβαιοῦν μυστικῶς τὸ ζητούμενον.

λ'. Πλὴν καὶ τοῦτο δέον εἰδέναι, τοὺς φιλομαθεῖς, ὅτι παρ' οἱ φθονεροὶ δαίμονες * τι πολλάκις καὶ κρύπτουσι καὶ ὑποστέλλουσιν ἐξ ἡμῶν τὸν νοητὸν πόλεμον, βασκαίνοντες ἡμῖν οἱ δεινοὶ τῆς ἐκ τοῦ πολέμου ὠφελείας τε καὶ γνώσεως, καὶ πρὸς Θεὸν ἀναβάσεως, καὶ ἵν' ἀμεριμνησάντων ἡμῶν ἐξαίφνης τὸν νοῦν αὖθις ἁρπάσωσι, καὶ ἀπροσεχεῖς ἵνα τῇ διανοίᾳ πάλιν ἐργάσωνται (σκοπὸς γὰρ αὐτοῖς ἄληκτος καὶ ἀγὼν φροντίζεται μηδ' ὅλως ἐᾶν ἡμᾶς τὴν καρδίαν ἡμῶν προσέχειν ἀεί) εἰδότες τὸν συναγόμενον πλοῦτον τῇ ψυχῇ, ἐκ τῆς καθ' ἡμέραν προσοχῆς. ἀλλ' ἡμεῖς γε τότε μετὰ τῆς μνήμης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκτεινόμεθα εἰς πνευματικὰς θεωρίας,

A & inuisibiles inimici copias militares arte subtili repulsat. Sin prorsus in seipsa fiduciam imprudenter collocet, velut auis quæ dicitur ὀξύπτερος, deturbabitur. In Deo, inquit, sperauit cor meum, & adiutus sum: & refloruit caro mea. (*Psalm. 27.*) Et, Quis, præter Dominum, consurget mihi, aut stabit mecum adversus innumeras cogitationes malignas? (*Psalm. 63.*) Qui verò sibi ipsi, & non Deo fidit, casu ruet grauissimo.

27 Is est typus & ordo tranquillitatis animi, Si certare statuisti, imitandum tibi propone exiguum animalculum, araneam: sin B minùs, tranquillum, vt decet, nondum geris animum. Illa quidem minutas venatur muscas. Quòd situ, illius exemplo, labore quietem animæ comparare volueris, irremissè pueros interficies Babylonicos, quo genere cædis dicêris per Dauidem beatus à spiritu sancto.

28 Quemadmodum fieri nequit, vt in firmamento situm inter astra conspiciatur mare rubrum, & homo super terram ambulans non respiret hunc aërem: Sic absque frequenti Iesu inuocatione, cor nostrum pur- C gare non possumus affectionum studiosis conceptibus, nec ab eo intellectuales hostes profligare.

29 Si cum humilitate, prudentia, mortisque memoria, conquestione, contradictione, imploratione Iesu Christi, continenter exercitia peragas in corde tuo, & per angustam quidem, sed animæ iucundam atque delectabilem viam, his quotidie armis instructus, castè incedas, ad sanctas sanctorum contemplationes peruenies: & profunda mysteria tibi manifestabuntur à Christo: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scien- (*Coloss. 2.*) D tiæ absconditi: In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. (*Ibidem.*) Senties enim ab Iesu Christo insilire in animam tuam spiritum sanctum: per quem illustratur mens hominum, vt reuelata facie possit intueri. Nemo (inquit) dicit, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto, confirmante scilicet mysticè eum qui quærit. (*1. Cor. 12.*)

30 Istud porrò scire debent, qui discendi desiderio tenentur, sæpenumero dæmones inuidos celare nos, & subtrahere à nobis E spiritale bellum: dum infesti illi nobis inuident nascentem ex eo bello fructum, cognitionem, & ascensionem ad Deum: vt negligentibus nobis, mox repentè mentem eripiant, & ignauo animo quosdam denuo efficiant (perpetua enim illorum intentio & labor in eo consistit, vt non sinant nos cor nostrum obseruare) non ignari quotæ proueniant opes animæ, ex quotidiana obseruatione. Nos verò tunc memores Domini nostri Iesu Christi, erigimur ad spiritales contemplationes,

denuóqne bellum insurgit in animum, modò cum consilio, vt ita dicam, Domini ipsius, & humilitate non modica peragamus omnia.

31 Nos qui degimns in cœnobio, spontaneo proposito & alacri animo debemus amputare omnem volunratem nostram, cùm Deus adsit prælato. Abiecti etiam nosipsi quodammodo efficiamur, & voluntate carentes. Et hanc artem callere conuenit illis, ne bili perturbemur, & nostram irascendi facultatem præter naturam & rationem moueamus, & ad committendum spiritale bellum in posterum, reperiamur timidi. Voluntas enim nostra à nobis vltrò noo abscissa, excandescere solet in eos, qui vi illam à nobis amputare nituntur. Vnde ira perinota malè oblatrans, adimit belli notitiam, quam vix multo cum labore consequi potuit. Ira siquidem naturâ facultatem habet interimendi: in cogitationes quidem diabolicas emota, perimit & dissoluit eas: sio contra homines, itidem cogitationes humanas in nobis delet. Itaque, vt video, ira quascunque corrumpit cogitationes, seu sioistras, seu, si ita contingat, dexteras. Arma enim & tela nobis aduersus dæmones à Deo donata, nisi teneantur io vtrisque, licèt varium habeaot effectum, perniciosa sunt. Noui, enim, canem, alioqui in lupos audacem, etiam oues interficere.

32 Perinde fugienda est securitas, vt aspidis venenum: & pleræque connersationes vitandæ, tanquam serpentes & viperarum fœtus: cùm hæc eam vim habeant, vt quamprimùm inducant in profundam interni belli obliuiooem, & abducant animam à sublimi lætitia, quam concipit ex puritate cordis. Quandoquidem animaduersioni non aliter aduersatur execranda obliuio, quàm aqua igni: qua hostis in singulas horas valde nititur. Quoniam ex obliuione dilabimur in negligentiam: à negligentia, in contemptum & socordiam ac desideria absurda: & ita deouo conuertimur ad ea quæ reliquimus à tergo, velut canis ad proprium vomitum. Quare fugiamus securitatem, vt lethale venenum. Exitiale autem detrimentum obliuionis, & quæ ex ea nascuntur, sanat perdiligens custodia mentis, & inuocatio Domini nostri Iesu Christi admodum assidua: quia sine eo nihil possumus facere.

33 Non solemus, nec possumus conciliari serpeoti, & eum in sinu gestare: neque corpus variis blanditiis prosequi, delinire, & redamare, non administratis iis quæ necessaria sunt & vtilia, ac virtutis itidem cœlestis curam agere. Nam ille vulnerare solet fouentem: hoc autem inseruientem volnptatibus inquinare. Idcirco, pro modo delicti, flagellis & pugnis cædatur acerrimè,

καὶ ὁ πόλεμος πάλιν εἰς τὸν νοῦν ἐπανέρχεται, μόνον μετὰ βουλῆς, ἵνα οὕτως εἴπω, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, καὶ μετὰ ταπεινώσεως πολλῆς πάντα ποιούμεθα.

λα'. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς ἐν κοινῷ βίῳ διατρίβοντας μετ' ἑκουσίου προαιρέσεως, καὶ προθύμῳ καρδίᾳ πᾶν θέλημα ἡμῶν ἐκκόπτειν, τῷ προεστῶτι τοῦ Θεοῦ συνηγορουμένου· ἄβουλοι καὶ αὐτοὶ ἡμεῖς πως γινώμεθα καὶ ἀθέλητοι. ὧδε τέχνην ταύτην ἔχειν προσήκει, ἵνα μὴ τῇ χολῇ ταρασσώμεθα, καὶ τὸ θυμικὸν ἡμῶν παραλόγως καὶ παρὰ φύσιν κινοῦμεν, καὶ ἀπειρημένοι τὸ λοιπὸν εἰς τὸν ἀόρατον πόλεμον εὑρισκώμεθα. εἴωθε γὰρ τὸ θέλημα ἡμῶν μὴ κοπτόμενον παρ' ἡμῶν αὐθεκουσίως, ὀργίζεσθαι πρὸς τοὺς ἀκουσίως ἡμῶν κόπτειν αὐτὸ ἐπιχειροῦντας. καὶ ἐκ τούτου οὕτω ὁ θυμὸς κακῶς ὑλακτῶν κινηθεὶς, ἀπόλλυσι τὴν γνῶσιν τῆς πάλης, ἣν μόγις μετὰ καμάτου πολλοῦ κτήσασθαι ἠδυνήθη. φθαρτικὸς γὰρ ὁ θυμὸς εἶναι πέφυκεν. εἰ μὲν οὖν πρὸς λογισμοὺς κινηθείη δαιμονιώδεις, φθείρει καὶ ἀπολλύει αὐτούς. εἰ δ' αὖ πάλιν κατὰ ἀνθρώπων * φθείρει καὶ οὕτως τοὺς ἀνθρωπίνους λογισμοὺς ἐν ἡμῖν. πλὴν ὁ θυμὸς ὁρῶ ὅτι φθαρτικὸς τυγχάνει λογισμῶν πάντων, εἴτε πονηρῶν, εἴτε τύχῃ καὶ δεξιῶν. ὅπλον γὰρ παρὰ Θεοῦ καὶ τόξον κατὰ δαιμόνων ἡμῖν παρασχεθὲν, εἰ μὴ ἐπέχηται ἐν ἀμφοτέροις, εἰ καὶ διαφόρως ἐνεργεῖ, ὀλέθριον ἐστί. ἐγὼ γὰρ εἶδον καὶ κύνα θρασυνόμενον ἴσως τοῖς λύκοις, ἢ τὰ πρόβατα διαφθείροντα.

λβ'. Οὕτως ἐχρῆν φεύγειν τὴν παρρησίαν, ὡς ἰὸν ἀσπίδος, καὶ ἐκτρέπεσθαι τὰς πολλὰς συντυχίας, ὡς ὄφεις καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν, δυνάμενα ταῦτα σφοδρῶς εἰς λήθην ἐμβάλλειν τοῦ ἔνδον πολέμου [illegible] τελείαν, καὶ καταγάγειν τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς ὑψηλῆς χαρᾶς, τῆς ἀπὸ τῆς καθαρότητος τῆς καρδίας. ἀντίκειται γὰρ ἡ κατάρατος λήθη τῇ προσοχῇ ὡς πυρὶ ὕδωρ· καὶ πολέμιος αὐτῇ καθ' ὥραν κραταιῶς τυγχάνει· ἀπὸ γὰρ λήθης εἰς ἀμέλειαν καταπίπτομεν, ἐκ δὲ ἀμελείας εἰς καταφρόνησιν καὶ ῥᾳθυμίαν, καὶ ἐπιθυμίας ἀτόπους· καὶ οὕτω πάλιν ἐπιστρέφομεν εἰς τὰ ὀπίσω, ὃν τρόπον κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον. φύγωμεν τοίνυν τὴν παρρησίαν, ὡς ἰὸν θανάτου· τὸ δὲ κακὸν πῆμα τῆς λήθης καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς, ἰᾶται ἀκριβὴς λίαν νοὸς φυλακὴ, καὶ συνεχὴς πάνυ ἐπίκλησις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, χωρὶς γὰρ αὐτοῦ οὐ δυνάμεθα ποιεῖν οὐδέν.

λγ'. Οὐκ ἐνδέχεται οὔτε μὴν δυνατὸν, ὄφει συμφιλιάσαι, καὶ εἰς κόλπον βαστάσαι· οὐδὲ τὸ σῶμα παντοίως κολακεύειν καὶ θεραπεύειν καὶ ἀγαπᾶν ἐκτὸς τῶν χρειωδῶν τε καὶ ἀναγκαίων, καὶ ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀρετῆς οὐρανίου. πέφυκε γὰρ, ὁ μὲν, πληγώσειν τὸν θάλποντα, τὸ δὲ μολύνειν ἐν ἡδοναῖς τὸν θεραπεύοντα· ἐν οἷς πταίει, μάστιξιν αἰκιζέσθω πὺξ ἀφειδῶς,

ὡς δοῦλος δραπέτης γλεύκους μεμεστωμένος νώτῳ μαστιγίας· τὸν κύριον μὴ καπηλευέτω, μὴ ἀγνοείτω τὴν κυρίαν καὶ ἄφθαρτον, ἡ φθαρτὴ πηλὸς, καὶ δούλη καὶ νυκτερινή. ἕως ἐξόδου μὴ θαρρήσῃς σὺ τῇ σαρκί· τὸ γὰρ φρόνημά φησι τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· καὶ, ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος· οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ἐν σαρκὶ, ἀλλὰ πνεύματι.

λδʹ. Τῆς μὲν φρονήσεως ἔργον, τὸ ἀεὶ κινεῖν τὸ θυμικὸν πρὸς συμπλοκὴν τῆς ἔνδον μάχης, καὶ πρὸς αὐτομεμψίαν· τῆς σοφίας δὲ, κινεῖν τὸ λογιστικὸν πρὸς νῆψιν ἀκριβῆ καὶ ἐνδελεχῆ, καὶ θεωρίαν πνευματικήν· τῆς δὲ δικαιοσύνης, τὸ ἰθύνειν τὸ ἐπιθυμητικὸν πρός τε ἀρετὴν καὶ Θεόν· τῆς δὲ ἀνδρείας, τὰς πέντε αἰσθήσεις κυβερνᾷν καὶ διακατέχειν, ἵνα μὴ δι' αὐτῶν μολύνηται ὁ ἐντὸς ἡμῶν ἄνθρωπος, ὅς ἐστιν ἡ καρδία· καὶ ὁ ἐκτὸς ὅς ἐστι τὸ σῶμα.

λεʹ. Ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἡ μεγαλοπρέπεια αὐτοῦ, ἐπὶ νοῦν ὁρῶντα τὸ κάλλος ὡς δυνατὸν, τῆς δόξης αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ. καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν ταῖς νεφέλαις, ἐν ψυχαῖς φωτιζομέναις ἀτενιζούσαις εἰς τὰς πρωΐας, τὸν ἐν δεξιᾷ τῇ πατρικῇ ἐφιζόμενον, φωτοβολοῦντα αὐταῖς ὡς ἥλιος νεφέλαις καθαραῖς ἀκτινοβολῶν, ἐράσμιον ἀποδείκνυσι.

λϛʹ. Ἁμαρτάνων εἷς, φησὶν ἡ θεία γραφὴ, ἀπολέσει ἀγαθωσύνην μεγάλην, καὶ ἁμαρτάνων νοῦς ἐξόλλυσι τὰ ἐν τῷ προγεγραμμένῳ κεφαλαίῳ ποτὰ καὶ βρωτὰ ἀμβροσίας.

λζʹ. Οὐκ ἐσμὲν Σαμψὼν δυνατώτεροι, οὐ Σολομῶντος σοφώτεροι, οὐ Δαβὶδ τοῦ θείου γνωστικώτεροι, οὐ Πέτρου τοῦ κορυφαίου μᾶλλον Θεὸν ἀγαπῶντες· μὴ ἑαυτοῖς τοίνυν θαρρήσωμεν· φησὶ γὰρ ἡ γραφὴ, ὁ εἰς αὐτὸν θαρρῶν, πεσεῖται πτῶμα ἐξαίσιον.

ληʹ. Μάθωμεν ἀπὸ Χριστοῦ ταπεινοφροσύνην, καὶ ἐκ Δαβὶδ ταπείνωσιν, καὶ ἐκ Πέτρου δακρύειν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν, ἀλλὰ μὴ ἀπογινώσκειν, κατὰ Σαμψὼν, καὶ Ἰούδαν, καὶ Σολομῶντα τὸν λίαν σοφώτατον.

λθʹ. Ὁ γὰρ διάβολος ὠρυόμενος ὡς λέων περιπατεῖ ζητῶν τίνα καταπίῃ σὺν ταῖς αὐτοῦ δυνάμεσι. μήποτε οὖν ἡ καρδιακὴ δι' ὅλου προσευχὴ, καὶ νῆψις, καὶ ἀντίρρησις, καὶ εὐχὴ πρὸς Χριστὸν Ἰησοῦν, τὸν Θεὸν ἡμῶν, ἀργείτω ποτὲ, πλὴν ἐξ Ἰησοῦ· κρεῖττον γὰρ βοήθημα οὐχ εὑρήσεις ἐν ὅλῃ τῇ ζωῇ σου· αὐτὸς γὰρ μόνος ὁ Κύριος γινώσκει ὡς Θεὸς τὰς τῶν δαιμόνων πανουργίας, καὶ μεθοδείας, καὶ δόλους.

μʹ. Ἡ ψυχὴ τοίνυν θαρρείτω εἰς Χριστὸν, καὶ προσκαλείτω αὐτὸν, καὶ μηδ' ὅλως δειλιάτω. οὐ γὰρ μόνη πολεμεῖ, ἀλλὰ μετὰ φοβεροῦ βασιλέως Ἰησοῦ Χριστοῦ, κτίστου πάντων τῶν ὄντων, ἀσωμάτων τε καὶ ἐνσωμάτων, ἤγουν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων.

A velut seruus fugitiuus, musto plenus, in dorso flagellis obnoxio: ne Dominum tractet vt cauponem: ne corruptibile lutum & ancilla obscura ignoret dominam, & corruptionis expertem. Adusque decessum, ne fidas carni tuæ. Sapientia enim carnis, inquit, inimica est Deo, legi enim Dei non est subiecta. Et, Caro concupiscit aduersus spiritum. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Nos verò non sumus in carne, sed in spiritu.

Rom. 8. *Galat. 5.* *Rom. 8.*

34 Prudentiæ quidem officium est, irascendi vim iugiter torquere ad conflictum interioris pugnæ, & ad sui conquestionem. Sapientiæ B verò, mouere rationalem facultatem ad exactam temperantiam & continuam, necnon ad contemplationem spiritalem. Iustitiæ autem est, cupiditatem ad virtutem & Deum dirigere: Fortitudinis verò, quinque sensus moderari & continere: ne per ipsos maculetur interior homo noster, quod est cor: néve exterior, quod est corpus.

35 In Israële est magnificentia eius: in animo vidente, quoad fieri potest, decorem gloriæ ipsius Dei. Et virtus eius in nubibus: hoc est, in animis splendentibus, intentè intuentibus in auroram matutinam, hoc est, in eum qui C sedet in dextera patris, in illos splendores emittens, veluti sol suis radiis penetrans nubes mundas, quod amabile est, ostendit. *Psalm 67.*

36 Cùm quis peccat, inquit scriptura diuina, perdet bona multa. Et mens quæ peccat, escas & potiones ambrosiæ, in antè scripto capitulo declaratas, perdit.

37 Non sumus fortiores Samsone: non Salomone sapientiores, non perspicaciores in re diuina quàm Dauid: non diligimus Deum vehementiùs quàm Petrus Apostolorum princeps. Quamobrem non nobis ipsis fidamus. D Inquit enim scriptura, Qui in seipso confidit, ruet casu grauissimo.

38 Discamus à Christo, de nobis humiliter sentire: Et à Dauide, abiectionem: A Petro, flere ob casus contingentes. Non tamen despondeamus animum, more Samsonis, Iudæ, & sapientissimi Salomonis.

37 Diabolus enim rugiens, vt leo, obambulans quærit cum omnibus potestatibus suis, quem deuoret. Quapropter ne remittatur vnquam mentis obseruatio, temperantia, re-E luctatio, & preces erga Deum nostrum Iesum Christum. Nullum enim præstantius auxilium in tota vita tua reperies, præterquam ab Iesu. Solus enim ipse Dominus nouit, vt Deus, versutias, artificia, & dolos dæmonum.

40 Confidat igitur anima in Christum, & inuocet illum: & nullatenus extimescat. Non enim sola dimicat, sed ab Iesu Christo rege tremendo adiuta: qui est creator omnium rerum, corporearum & corpore carentium, visibilium scilicet & inuisibilium.

41 Quemadmodum pluuia quanto copiosiùs effunditur super terram, tanto molliorem reddit illam: ita sanctum Christi nomen à nobis inuocatum, explosis cogitationibus, quanto frequentiùs ipsum inuocamus, tanto magis emollit terram cordis nostri, eámque gaudio & lætitia perfundit.

42 Cæterùm & hoc imperitos nosse conuenit, rem nobis esse cum hostibus incorporeis, inuisibilibus, malignis, ad affligendum callidis, velocibus, leuibus, belli peritis, ab annis Adæ ad hæc vsque tempora: qui nos crassos, tam corpore quàm sensu, aggrauant in terram. Hos nulla alia ratione superare possumus, quàm perpetua animi temperantia, & inuocatione Iesu Christi Dei & creatoris nostri. Rudibus itaque pro modo & præceptore optimo sint hæc, deprecatio Iesu Christi, & ad probandum & cognoscendum quid rectum sit, exhortatio. Peritis autem, executio, experientia, & requies, quæ ex recto & bono oritur.

43 Quemadmodum puer, paruulus scilicet & nullius capax malitiæ, vbi præstigiatorem quempiam videt, lætatur, & sua simplicitate ductus, illum imaginum effictorem sectatur: Sic anima nostra, cùm sit simplex & bona, hunc in modum à suo bono Domino creata, delectatur illusoriis suggestionibus diaboli: & decepta, properans ad id quod detenus est, pro bono amplectitur: non aliter quàm columba eum qui insidiis pullis insidiatur: & hoc pacto suas cogitationes permiscet cum illusione suggestionis diabolicæ. Si formosæ mulieris facies occurrat, aut aliud quippiam mandatis Christi planè prohibitum, cum illis quasi quippiam artificiosum moliri desiderat: vnde, quod sibi visum est pulchrum, ad effectum perducere possit, deinde vbi deuenerit ad consensum, iniquitatem intellectu sibi repræsentatam, ministerio corporis opere ipso perficit, in suam ipsius condemnationem.

44 Ea est ars spiritus nequam, iisque telis omnem venenat animam. Ideóque, antequam animus conflictu militari multam comparauerit experientiam, non est tutum sinere vt ingrediantur cogitationes in cor nostrum: idque potissimùm initio, quando delectatur adhuc anima nostra dæmoniacis suggestionibus, atque gaudet, & sectatur eas. Quin huiusmodi cogitationes sunt potiùs attendendæ, statímque amputandæ atque repellendæ vbi obiectæ fuerint. Cùm autem animus in eo admirando opere immoratus, exercitatus fuerit, intellexerit, & illæsum belli habitum acquisierit, vt & verè pernoscat eas, & (vt inquit propheta) vulpeculas facilè reprehendere possit: tum sciте permittat eas introgredi, vt illas ope Christi expugnet, coarguat, & captiuas abducat.

μα'. Ὡς γὰρ ὁ ὑετὸς ὅσῳ πλεῖον ἐπὶ τῆς γῆς καταφέρεται, τοσοῦτον καὶ τὴν γῆν ἁπαλύνει· οὕτω καὶ τὸ ἅγιον ὄνομα τοῦ Χριστοῦ παρ' ἡμῶν ἐπιβοώμενον χωρὶς λογισμῶν, ὅσον πυκνότερον αὐτὸ ἐπικαλούμεθα, ἁπαλύνει τὴν γῆν τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ χαροποιεῖ, καὶ εὐφραίνει.

μβ'. Καλὸν δὲ καὶ τοῦτο τοὺς ἀπείρους εἰδέναι, ὅτι ἐχθροὺς ἔχομεν ἀσωμάτους καὶ ἀοράτους καὶ κακοβούλους, καὶ φρονίμους εἰς τὸ κακῶσαι, καὶ ὀξεῖς καὶ κούφους, ἐμπείρους πολέμους, ἔτεσι τοῖς ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ καὶ μέχρι καὶ τοῖς δεῦρο, οἳ παχεῖς ἡμᾶς καὶ πρὸς γῆν βρίθοντας, καὶ τῷ σώματι καὶ τῷ φρονήματι· οὐδὲν ἄλλῳ τρόπῳ δυνατὸν αὐτοὺς νικῆσαι, ἀλλ' ἢ δι' ἀεννάου νήψεως καὶ ἐπικλήσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ ποιητοῦ ἡμῶν. Καὶ τοῖς μὲν ἀπείροις Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐχὴ προτροπὴ τοῦ δοκιμάσαι καὶ γνῶναι τὸ καλὸν ἔστω ταῦτα· τοῖς δὲ ἐμπείροις ἡ πρᾶξις καὶ ἡ δοκιμασία καὶ ἡ ἀνάπαυσις, τοῦ καλοῦ ἄριστος καὶ τρόπος καὶ διδάσκαλος.

μγ'. Ὥσπερ παιδίον, μικρὸν ἤγουν καὶ ἀπόνηρον, φαντασιοποιόν τινα βλέπον, ἥδεται καὶ ἀκολουθεῖ τῷ φαντασιοκόπῳ δι' ἀκακίας· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἁπλῆ τις οὖσα καὶ ἀγαθή, οὕτως ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου αὐτῆς κτισθεῖσα, ἥδεται ταῖς προσβολαῖς τοῦ διαβόλου ταῖς φανταστικαῖς, καὶ ἀπατωμένη προστρέχει ὡς καλῷ τῷ χείρονι, ὡς ἡ περιστερὰ τῷ ἐπιβούλῳ τῶν ἑαυτῆς τέκνων· καὶ οὕτω μιγνύει τοὺς ἑαυτῆς λογισμούς, τῇ φαντασίᾳ τῆς δαιμονιώδους προσβολῆς. Εἰ τύχοι γυναικὸς εὐμόρφου πρόσωπον, ἢ ἄλλό τι παρὰ τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ πάμπολυ ἀπηγορευμένον, βούλεται ὥσπερ μετ' αὐτῶν τι διαμεθοδεῦσαι, τοῦ εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὸ ὀφθὲν αὐτῇ ὡραῖον· καὶ τότε τι εἰς συγκατάθεσιν ἐλθοῦσα, εἰς ἔργον λοιπὸν ἄγει διὰ τοῦ σώματος τὸ ὀφθὲν αὐτῇ ἀθέμιτον κατὰ διάνοιαν εἰς ἑαυτῆς κατάκρισιν.

μδ'. Αὕτη ἡ τέχνη τοῦ πονηροῦ, καὶ μετὰ τούτων τῶν βελῶν φαρμακεύει πᾶσαν ψυχήν· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἀσφαλές, πρὸ πείρας πολεμικῆς τοῦ νοῦ πολλῆς, εἰσέρχεσθαι ἐᾶν τοὺς λογισμοὺς ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν, ἐν ἀρχῇ μάλιστα, ἐπειδὰν ἀκμαιὸν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τέρπεται ταῖς δαιμονιώδεσι προσβολαῖς, καὶ ἥδεται καὶ ἀκολουθεῖ αὐταῖς· ἀλλὰ μᾶλλον νοεῖν αὐτούς, καὶ εὐθὺς κόπτειν ἐξ ἀναδόσεως καὶ προσβολῆς. Ὅταν δὲ χρονίσας ὁ νοῦς εἰς τὸ θαυμαστὸν τοῦτο ἔργον ἐξασκηθῇ καὶ νοήσῃ, καὶ ἐν ἕξει ἀδιακόπτως γένηται τοῦ πολέμου, τοῦ ἀληθῶς τι νοεῖν τούτους, καὶ (ὡς ὁ προφήτης φησὶ) τοῦ εὐχερῶς δύνασθαι αὐτὸν κρατεῖν τὰς μικρὰς ἀλώπεκας, τότε μετ' ἐπιστήμης ἐᾷν αὐτοὺς ἔρχεσθαι ἔνδον, καὶ πολεμεῖν σὺν Χριστῷ αὐτούς, καὶ διελέγχειν αὐτοὺς καὶ κατάγειν.

μέ. Ὡς ἀδύνατόν ἐστιν ἐν ἑνὶ σωλῆνι πῦρ καὶ ὕδωρ ἅμα διέρχεσθαι, οὕτως ἀδύνατόν ἐστιν ἐν καρδίᾳ ἁμαρτίαν εἰσελθεῖν, ἐὰν μὴ κρούσῃ πρότερον ἐν θύρᾳ καρδίας διὰ φαντασίας προσβολῆς πονηρᾶς.

μς'. Ἔστι πρῶτον προσβολή, δεύτερον συνδυασμός, ἤγουν ἀνάμιξ γινόμενοι οἱ ἡμῶν καὶ τῶν πονηρῶν δαιμόνων λογισμοί· τρίτον συγκατάθεσις, πῶς δεῖ ἐμφέρεσθαι μεταξὺ τῶν ἀμφοτέρων λογισμῶν, βουλευομένων κακῶς· τέταρτον δέ ἐστιν, ἡ αἰσθητὴ πρᾶξις, ἤγουν ἡ ἁμαρτία. ἐὰν οὖν προσέχῃ ὁ νοῦς νήφων, καὶ δι' ἀντιρρήσεως καὶ ἐπικλήσεως τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ φυγαδεύῃ ἐξ ἀναδόσεως τὴν φαντασίαν τῆς προσβολῆς, τὰ ἑξῆς αὐτῆς ἀργὰ μένουσι. νοῦς γὰρ ὢν ἀσώματος ὁ πονηρός, οὐκ ἄλλως δύναται πλανῆσαι ψυχάς, εἰ μὴ διὰ φαντασίας καὶ λογισμῶν. καὶ περὶ μὲν τῆς προσβολῆς ὁ Δαβίδ φησιν, Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον· καὶ τὰ ἑξῆς. ὁ δὲ μέγας φησὶ Μωσῆς περὶ συγκαταθέσεως, καὶ οὐ συγκαταθήσῃ, φησί, αὐτοῖς.

μζ'. Νοερῶς οἱ ἀοράτως πρὸς μάχην συμπλέκεται, ὁ δαιμόνιος νοῦς τῷ ἡμετέρῳ νοΐ. καὶ διὰ τοῦτο χρεία ἐκ βαθέων κατὰ στιγμὴν βοᾶν πρὸς τὸν Χριστόν, ἀπελάσαι μὲν τὸν δαιμόνιον νοῦν, τὰ νικητήρια δὲ δοῦναι ὡς φιλάνθρωπον.

μη'. Τύπος σοι ἡσυχίας καρδιακῆς, ὁ κατέχων κάτοπτρον καὶ πρὸς αὐτὸ ἀτενίζων ἔσω· καὶ τότε ὄψει ἐν τῇ καρδίᾳ νοητῶς ἐγγραφόμενα πονηρά τε καὶ ἀγαθά.

μθ'. Τρέφε ἀεὶ μηδένα λογισμὸν ἐν τῇ καρδίᾳ, μὴ ἄλογον, μὴ εὔλογον, ἵνα οὕτω ῥᾳδίως ἐπιγινώσκῃς τοὺς ἀλλοφύλους, ἤγουν τοὺς τῶν Αἰγυπτίων πρωτοτόκους υἱούς.

ν'. Ὡς ἀγαθὴ καὶ τερπνή, καὶ ἡδίστη, φωτεινή τε καὶ πάγκαλος, καὶ ἀγλαόφανής, καὶ ὡραία ἀρετή, νῆψις ὑπάρχει σου Χριστὲ ὁ Θεὸς ὁδηγουμένη, καὶ ἐγρηγορότως ἀνθρωπίνου νοὸς ἐν ταπεινώσει πολλῇ ὁδευομένη· ἐκτείνει γὰρ ἕως θαλάσσης καὶ ἀβύσσου θεωρειῶν τὰ κλήματα αὐτῆς, καὶ ἕως ποταμῶν μυστηρίων τερπνῶν τε καὶ θείων τὰς παραφυάδας αὐτῆς, ποτίζει τε νοῦν ἐκ χρόνου πολλοῦ καυματισθέντα τῇ ἀσεβείᾳ ὑπὸ ἁλμυρῶν πονηρῶν λογισμῶν πόματι, καὶ τοῦ τῆς σαρκὸς δαιμονιώδους φρονήματος, ὅ ἐστι θάνατος.

να'. Νῆψις ἔοικε τῇ τοῦ Ἰακὼβ κλίμακι, ἐφ' ἧς ὁ Θεὸς ἐπεστήρικται, καὶ οἱ ἄγγελοι ἀναβαίνουσιν· αἴρει γὰρ ἐξ ἡμῶν πᾶν κακόν· αὕτη γὰρ ἐκκόπτει πολυλογίας, λοιδορίας, καταλαλιάς, καὶ πάντων τῶν αἰσθητῶν κακῶν τὸν κατάλογον, οὐκ ἀνασχομένη διὰ τοῦτο οὐδὲ πρὸς ὀλίγον στερῆσθαι τῆς ἰδίας γλυκύτητος.

νβ'. Ταύτης πρόθυμοι ἀδελφοὶ μέτοχοι γενώμεθα, καὶ ἐν ταῖς θεωρίαις αὐτῆς, καθαρᾷ διανοίᾳ σὺν Χριστῷ,

45 Quemadmodum per eundem canalem ignis & aqua simul transire ueque unt: ita fieri nequit, vt peccatum introeat in cor, nisi priùs fores cordis pulsauerit illusione suggestionis prauæ.

46 Primo loco, est suggestio: Secundo, copulatio: nempe cùm cogitationes nostræ permiscentur cum malignis cogitationibus dæmonum: Tertio, consensus: quo scilicet pacto se gerat anima inter vtrasque cogitationes malè consultas: Quarto verò loco, est ipsa sensilis operatio, videlicet peccatum. Si ergo temperans animus attenderit, & repugnando, ac Dominum Iesum inuocādo, imaginationem suggestionis prauæ fugauerit & repulerit: quæ deinceps moliuntur, manent inutilia. Nam, cùm spiritus nequam sit mens incorporea, non potest alia ratione seducere animas, quàm illusionibus cogitationum. Porrò de suggestione quidem ait Dauid. In matutino interficiebam. & quæ sequuntur. Magnus verò Moses de consensu inquit, Et non assentietur illis.

47 Mens cum mente modo non aspectabili pugnat: mens quippe dæmonis cum mente nostra. Quapropter ex intimo cordis in ipso pugnæ momento clamare debemus ad Christum, vt dæmonis quidem mentem procul abigat, ac, velut perhumanus, victoriæ præmia donet. *Psal. 100.*

48 Qui tenet speculum, & ipsum fixis oculis intuetur, sit tibi typus quietis cordis: túmque perspicies, quæ intellectuali modo insculpuntur in corde, bona & mala.

49 Vide perpetuò, ne vllam in corde conserues cogitationem, seu irrationalem, seu rationi consentaneam: vt hoc pacto facilè discernas alienigenas, filios nimirum primogenitos Ægyptiorum.

50 Quàm bona, delectabilis, suauis, splendida, præclara, venusta & speciosa virtus est temperantia: quæ à te, Christe Deus, dirigitur, & cum summa mentis humanæ humiliatione vigilanter deducitur! Extendit enim palmites suos vsque ad mare, & abyssum speculationum, & vsque ad flumina iucundorum ac diuinorum mysteriorum propagines suas: atque potu reficit animum iamdudum impietate æstuantem, præ salsugine tum prauarum cogitationum à dæmonibus inuectarum, tum hostilis (quæ mors est) prudentiæ carnis.

51 Temperantia persimilis est scalæ Iacob, cui Deus innixus est, & qua ascendunt Angeli. Tollit enim a nobis omne vitium. Nam amputat ipsa loquacitatem, conuicium, detractionem omnium denique vitiorum sensibilium catalogum, quæ idcirco ne tantisper quidem ferre potest, vt suauitate propria careat.

52 Huiusce, fratres, alacri animo desideremus esse participes: ac in speculationibus eius puro corde cum Christo

Iesu volantes, discutiamus peccatorum nostrorum & pristinæ vitæ rationem: vt peccatorum nostrorum recordatione contriti & humiliati, indiuulso à nobis Domini nostri Iesu Christi potiamur auxilio, ad bellum inuisibile peragendum. Ope siquidem Iesu destituti, per arrogantiam, humanum amorem, aut vanam gloriam, priuati sumus cordis puritate, qua innotescit homini Deus. Prius enim, vt ipse pollicetur, est causa secundi.

53 Animus qui in seipso excolendo interiorem operationem non negligit, præter reliqua bona, quæ ex continua actionis obseruatione consequetur, etiam quinque sensus corporis externis vitiis vacuos ostendet. Qui enim propriam virtutem ac temperantiam planè curat, & prælatis delectatur consiliis, non sinit occupari se quinque sensibus accessu crassarum vanarúmque cogitationum: sed harum insidias cùm norit, intra seipsum summopere cohibet eas.

54 In eadem permane sententia, & in tentationibus non laborabis, á qua si recedas, toleta quæ occurrerint.

55 Quemadmodum amarum absinthium iuuat eos qui cibos fastidiunt: ita malè moratis hominibus vtile est, vt patiantur aduersa.

56 Nisi statueris aduersa perpeti, ne decernas bene agere: cùm hoc ex illo perpetuò sequatur. Quod enim quisque seminat, hoc etiam metet. Proinde, si quæ sponte seminamus mala, inuiti metimus, iustitiam diuinam admirari debemus.

57 Hi tres affectus excæcant animum: auaritia inquam, vana gloria, & voluptas.

58 Nulla alia te, quàm his, cognitio & fides, quæ collectaneæ sunt naturæ nostræ, profligantur.

59 Furor, ira, bella, cædes, & reliquus malorum vniuersus catalogus, illarum vi vehementer inualuerunt inter homines.

60 Qui non nouit veritatem, nec verè credere potest: quia notio naturâ præcedit fidem. Eloquia siquidem scripturæ non vt intelligamus duntaxat scripta sunt, sed vt ea opere compleamus.

61 Ducamus igitur initium ab opere, hac enim ratione deinceps proficientes, reperiemus, non modò spem in Deum, sed etiam firmam fidem, notitiam interiorem, liberationem à tentationibus, charismatum dona, cordis confessionem, & assiduas lacrymas, precationis beneficio fidelibus accedere. Neque verò hæc solùm, sed etiam accidentium tribulationum tolerantiam, sinceram, quæ fit proximo, remissionem, cognitionem legis spiritalis, iustitiæ diuinæ adeptionem,

Ἰησοῦ πετόμενοι, κινῶμεν τὴν μνείαν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν καὶ τοῦ βίου τοῦ προτέρου, ἵνα ἐν τῇ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν μνήμῃ συντριβόμενοι καὶ ταπεινούμενοι, ἀδιάσπαστον ἔξ ἡμῶν ἔχωμεν τὴν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν βοήθειαν εἰς τὸν ἀόρατον πόλεμον· στερηθέντες γὰρ τῆς Ἰησοῦ βοηθείας δι' ὑπερηφανίας, ἢ φιλανθρωπίας, ἢ κενοδοξίας, ὑστερήθημεν καθαρότητος καρδίας, δι' ἧς γνωρίζεσθαι ἀνθρώπῳ Θεός· αἴτιον γὰρ ὡς ὑπόσχεσις τοῦ δευτέρου, τὸ πρότερον.

νγ'. Νοῦς μὴ ἀμελῶν τῆς ἑαυτοῦ κρυπτῆς ἐργασίας, σὺν τοῖς λοιποῖς καλοῖς οἷς ἐκ τῆς διηνεκοῦς ἐργασίας τῆς φυλακῆς εὑρήσει, καὶ τὰς πέντε αἰσθήσεις τοῦ σώματος, ἀργὰς τῶν ἔξω κακῶν ἀποδείξει. τῇ γὰρ οἰκείᾳ ἀρετῇ καὶ νήψει δι' ὅλου προσέχων, καὶ τοῖς νοήμασι τοῖς καλοῖς κατατρυφᾶν θέλων, οὐκ ἀνέχεται κλέπτεσθαι διὰ τῶν πέντε αἰσθήσεων, ἐνύλων καὶ ματαίων λογισμῶν αὐτοῦ περιερχομένων, ἀλλὰ γνοὺς αὐτῶν τὸ ἀπατηλόν, ἔνδον ἑαυτοῦ τὰ πολλὰ συστέλλει αὐτάς.

νδ'. Παραμένωμεν τῇ διανοίᾳ, καὶ οὐ κοπιάσεις ἐν πειρασμοῖς· ἐκεῖθεν δὲ ἀναχωρῶν, ὑπομένεις τὰ ἐπερχόμενα.

νε'. Ὥσπερ τοῖς κακοσίτοις, ἀψίνθιον ὠφελεῖ τὸ πικρόν, οὕτω τοῖς κακοτρόποις κακὰ πάσχειν συμφέρει.

νς'. Εἰ μὴ θέλεις κακοπαθεῖν, μηδὲ κακοποιεῖν θέλε, διότι τὸ ἓν κἀκεῖνο ἀπαραβάτως ἀκολουθεῖ· ὃ γὰρ σπείρει ἕκαστος, τοῦτο καὶ θερίσει. ἑκουσίως οὖν τὰ φαῦλα σπείροντες, καὶ ἀκουσίως θερίζοντες, τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ θαυμάζειν ὀφείλομεν.

νζ'. Ἐκτυφλοῦται ὁ νοῦς διὰ τῶν τριῶν τούτων παθῶν· φιλαργυρίας λέγω, κενοδοξίας καὶ ἡδονῆς.

νη'. Γνῶσις καὶ πίστις αἱ τῆς φύσεως ἡμῶν σύντροφοι, δι' οὐδὲν ἄλλο ἢ δι' ἐκείνας ἠμβλυώθησαν.

νθ'. Θυμὸς δὲ ὀργή, καὶ πόλεμοι καὶ φόνοι, καὶ πᾶς ὁ λοιπὸς τῶν κακῶν κατάλογος, δι' ἐκείνας ἐν ἀνθρώποις σφόδρα ἐκραταιώθησαν.

ξ'. Ὁ μὴ γινώσκων τὴν ἀλήθειαν, οὔτε ἀληθῶς πιστεύειν δύναται· ἡ γὰρ γνῶσις τῇ φύσει προηγεῖται τῆς πίστεως· τὰ γὰρ τῆς γραφῆς εἰρημένα, οὐχ ἵνα νοήσωμεν μόνον, ἀλλ' ὅπως αὐτὰ ποιήσωμεν, εἴρηται.

ξα'. Ἀρξώμεθα δὴ οὖν τοῦ ἔργου· οὕτω γὰρ ἀκολούθως προκόπτοντες, εὑρήσομεν ὅτι οὐ μόνον ἡ εἰς Θεὸν ἐλπίς, ἀλλὰ καὶ βεβαία πίστις καὶ γνῶσις ἐσωτέρα, καὶ πειρασμῶν λύτρωσις, καὶ χαρισμάτων δωρήματα, καὶ ἐξομολόγησις καρδιακή, καὶ δάκρυα ἐκτενῆ, διὰ προσευχῆς τοῖς πιστοῖς παραγίνεται. οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπερχομένων θλίψεων ὑπομονή, καὶ εἰλικρινὴς τοῦ πλησίον ἄφεσις, καὶ νόμου πνευματικοῦ ἐπίγνωσις, καὶ δικαιοσύνης Θεοῦ εὕρεσις,

καὶ πνεύματος ἁγίου ἐπιφοίτησις, καὶ θησαυρῶν πνευματικῶν δόσις, καὶ πάντα ὅσα ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς παρέχειν τοῖς πιστοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὧδε, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπαξ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἀναφαίνειν τὴν ψυχὴν ἀδύνατον, εἰ μὴ διὰ χαρίσματος Θεοῦ καὶ πίστεως ἀνθρώπου μετὰ πολλῆς ταπεινοφροσύνης, καὶ ἀμετεωρίστου προσευχῆς, τῇ διανοίᾳ παραμένοντος.

ξβʹ. Μέγα ὄντως ἀγαθὸν ὡς ἐκ πείρας παρειλήφαμεν, τὸ συνεχῶς ἐπικαλεῖσθαι Κύριον Ἰησοῦν κατὰ τῶν ἀντικειμένων πολεμίων, τὸν βουλόμενον τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν καθαίρειν· ὅρα πῶς σύμφωνος ὁ λόγος ὁ ἐκ πείρας παρ' ἐμοῦ ῥηθεὶς ταῖς γραφικαῖς μαρτυρίαις. ἑτοιμάζου, φησὶν, Ἰσραὴλ, τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου· καὶ ὁ ἀπόστολος, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε· καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν φησὶν, οὐ δύνασθε χωρὶς ἐμοῦ ποιεῖν οὐδέν· ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος φέρει καρπὸν πολύν· καὶ πάλιν, ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοὶ, ἐκβληθῇ ἔξω ὡς τὸ κλῆμα· μέγα ἀγαθὸν εὐχὴ, καὶ ἀγαθὸν πάντων περιεκτικὸν, καρδίαν καθαίρει, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς ἐμφανίζεται τοῖς πιστοῖς.

ξγʹ. Τὸ τῆς ταπεινώσεως χρῆμα, ἐπεὶ ὑψοποιὸν πέφυκεν εἶναι, καὶ Θεῷ ἀγαπώμενον, καὶ ἀναλωτικὸν σχεδὸν πάντων τῶν ἐν ἡμῖν κακῶν καὶ μισουμένων Θεῷ, δυσαπόριστον διὰ ταῦτα πέφυκεν εἶναι· καὶ ῥᾳδίως ἂν ἐν ἀνθρώπῳ ἑνὶ πολλῶν ἀρετῶν ἄλλων ἐργασίας τινὰς μερικάς. ζητήσας δ' ἐν αὐτῷ ὀσμὴν ταπεινώσεως μόλις εὑρήσεις. διὰ τοῦτο χρεία πολλῆς νήψεως, ὥστε κτήσασθαι τοῦτο τὸ χρῆμα. καὶ γὰρ ἀκάθαρτον καὶ τὸν διάβολον λέγει ἡ γραφή, ἐπεὶ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς τὸ ἀγαθὸν τῆς ταπεινοφροσύνης χρῆμα ἀπώσατο· καὶ τὴν ὑπερηφανίαν ἠγάπησε. διὸ καὶ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς προσαγορεύεται. ἐπεὶ ποίαν ἀκαθαρσίαν σωματικὴν δύναται ἐργάσασθαι τὸ ἀσώματον πάντῃ, καὶ ἄσαρκόν τι, καὶ ἄστατον καὶ ἄναιμον οἷος ὑπῆρχεν ἐξ ἀρχῆς καὶ νῦν ὁ σατανᾶς, ἵνα ἀκάθαρτος ἀπὸ τούτων λέγηται; εὔδηλον ὅτι διὰ τὴν ὑπερηφανίαν ἐκλήθη ἀκάθαρτος, καὶ ἐκ καθαροῦ καὶ φωτεινοῦ ἀγγέλου βέβηλος καὶ ἀκάθαρτος ἀπεφάνθη, καὶ ἀκάθαρτος παρὰ Κυρίῳ πᾶς ὑψηλοκάρδιος· πρώτη γάρ φησιν ἁμαρτία ἡ ὑπερηφανία· οὕτω γὰρ καὶ ὁ ὑπερήφανος Φαραὼ ἔλεγε, τὸν Θεόν σου, φησὶν, οὐκ οἶδα, καὶ τὸν Ἰσραὴλ οὐκ ἐξαποστελῶ.

ξδʹ. Εἰσὶ δὲ πολλὰ τῶν τοῦ νοῦ ἐνεργημάτων, τὰ δυνάμενα ἡμῖν τὸ ἀγαθὸν δῶρον τῆς ταπεινοφροσύνης περιποιῆσαι, εἴπερ μὴ ἀμελοῦμεν τῆς σωτηρίας ἡμῶν, τοῦτ' ἔστι μνήμη ἁμαρτημάτων, ἐν λόγοις, καὶ ἔργοις, καὶ διανοίᾳ, καὶ ἕτερα πλεῖστα εἰς ταπεινοφροσύνην ἡμῖν συμβάλλονται τῇ θεωρίᾳ ἀναλεγόμενα.

aduentum sancti spiritus, spiritalium thesaurorum largitionem, & cuncta quæ pollicitus est Deus se donaturum fidelibus hominibus, tum in hoc tum in futuro sæculo. Et vt in summa dicam, non potest anima præ se ferre imaginem Dei, nisi gratuito Dei munere, ac fide hominis ex animo perseuerantis in summa humilitate, & non hæsitante precatione.

62 Ingens profectò bonum est, sicuti experientia accepimus, vt qui suum ipsius cor expurgare desiderat, continenter inuocet Dominum Iesum aduersus hostes spiritales. Animaduerte, quantum id, quod facto periculo dixi, consonet cum testimoniis scripturæ. Præpara te, inquit, Israël, ad inuocandum nomen Domini Dei tui. Et Apostolus, Sine intermissione orate. *1. Thess. 5.* Ac Dominus noster inquit, Sine me nihil potestis facere. *Ioan. 15.* Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. *Ibidem.* Et iterum, Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes. Bonum ingens est oratio, bonum inquam, quod etiam omnia procurat: & emundat cor, in quo spectatur Deus à fidelibus.

63 Humilitatis bonum, cùm habeat vim exaltandi naturâ suâ, Deóque sit gratissimum, quod etiam omnia propemodum vitia, & quæ Deo sunt odiosa, in nobis absumat, propterea non facilè comparari solet. Itaque in vno eodémque homine, non difficile est reperire particulares quasdam multarum aliarum virtutum actiones: in eo verò si quæras humiliationis odoratum, vix reperies. Quamobrem temperantia non modica opus est, ad hoc bonum consequendum. Etenim vel diabolum scriptura dicit immundum, quoniam ab initio hoc ipsum humilitatis bonum repulit, & superbiam adamauit: propterea denominatur in vniuersa scriptura spiritus immundus. Quam enim immunditiam corpoream perpetrare queat id, quod corporis & carnis est penitus expers, nec vllo loco situm est, & sanguine caret, qualis initio & nunc est Satanas, vt ex his dicatur immundus? Perspicuum est, eum superbiæ caussa appellatum esse immundum: & ex puro & lucido Angelo inquinatus & impurus declaratus est. Quinetiam apud Dominum, quicunque superbo est corde, immundus habetur. Primum enim peccatum, inquit, est superbia. Et hunc etiam in modum superbus Pharao dicebat, Deum tuum, inquit, non noui, & Israël non dimittam. *Exod. 5.*

64 Sunt autem permultæ mentis actiones, quæ nos iuuare possunt ad vendicandum illud præclarum humilitatis donum, modò solliciti simus de salute nostra: verbi gratia, recordatio peccatorum, quæ verbis, operibus, & cogitatione contrahimus: & alia plurima, quæ speculando colligi possunt, perutilia sunt nobis ad humilitatem.

Necnon illud veram humilitatem parit, si quis res quæ quotidie prosperè geruntur, à proximis, inter quos versatur, & alia quæ natura suppeditat eis, possessiones item, apud seipsum magnifaciat: rerúmque ad eos pertinentium cum suis collatione facta, ita contempletur animo suam exilitatem, & quàm longè absit ab eorum perfectione, terram ac cinerem seipsum existimet, & non hominem, sed canem quendam: velut cunctorum qui in terra degunt hominum rationalium in omni genere infimum & postremum.

65 Os Christi, columna Ecclesiæ, magnus pater noster Basilius ait, valde conferre ad vitandum peccatum, & vt postera die in eadem crimina non dilabamur, si peracto quoque die nosipsos nostráque examinemus in conscientia nostra: quid deliquimus, quídue boni operis edidimus. Id etiam Iob faciebat, tam sua quàm filiorum causa. Quę enim quotidie ratione subducuntur, declarant quid hora quaque gestum sit ac gerendum. Rursum ille ipse Basilius dicit, Modum omnem esse optimum.

66 Denuo alius è peritis rerum diuinarum loquit, Initium fertilitatis, est flos: & principium rerum agendarum, est continentia. Continentes igitur simus: idque cum modo & statera, sicuti patres docent: totamque diem duodecim horarum in conseruando animo transigamus. Ita enim agentes, poterimus, Deo præeunte, vi quadam imminuere vitium & extinguere. Violenta siquidem est conuersatio virtutibus dedita: quâ regnum cœlorum donatur.

67 Via quæ ducit ad cognitionem, est vacuitas affectionum, & humilitas: sine quibus nemo videbit Dominum.

68 Qui assiduè dat operam rebus internis, is prudens est. Neque verò id tantùm: sed & contemplationi & theologiæ studet & precationi. Istúdque est quod ait Apostolus, Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. *Galat. 5.*

69 Qui viam spiritalem conficere nescit, non curat cogitationes affectibus deditas, sed totus de carne sollicitus est: & aut crapulatur & intemperantiam exercet, aut angitur & indignatur, ac iniurias in memoriam reuocat vnde mentem tenebris obruit: aut exercitatione immodica vtitur, & inquinat animum.

70 Qui rebus abrenuntiauit, exempli gratia, vxori, possessionibus, & reliquis, exteriorem hominem fecit monachum, nondum autem & interiorem. Qui verò cogitationibus ista affectantibus renuntiauit, interiorem hominem, nimirum animum, reddidit monachum. Et exteriorem quidem hominem, modò libeat, facilè potest quispiam monachum efficere: atqui non est exigui operis, internum hominem facere monachum. *Monachus.*

A ἐμποιεῖ δὲ καὶ ταπείνωσιν ἀληθῆ, καὶ τὸ, ἵνα τις τῶν πέλας τὰ κατορθώματα καθ' ἑκάστην ἐν οἷς περιστρέφει, καὶ ἕτερα ἑαυτῶν φυσικὰ καὶ πλεονεκτήματα ἐν ἑαυτῷ μεγαλύνῃ, καὶ συνεξετάζῃ τοῖς ἑαυτοῦ τὰ ἐκείνων. καὶ οὕτω βλέπων ὁ νοῦς τὴν ἑαυτοῦ λιτότητα, καὶ πόσον ἀπολείπεται τῆς τῶν ἀδελφῶν τελειότητος, γῆν καὶ σποδὸν ὁ ἄνθρωπος ἑαυτὸν λογίζεται, καὶ οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ κύνα τινὰ, ὡς πάντων ἐπὶ γῆς λογικῶν ἀνθρώπων εἰς πάντα ὑστερούμενα καὶ ἀπολειπόμενον.

B ξε'. Φησὶ δὲ τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα, ὁ στῦλος τῆς ἐκκλησίας, ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν Βασίλειος, μέγα ἀγαθὸν πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, μηδὲ τῇ ἐρχομένῃ ἡμέρᾳ τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν, τὸ μετὰ τὴν ἀποπλήρωσιν τῆς ἡμέρας ἀνακρίνειν ἐν τῷ συνειδότι ἡμῶν, ἡμᾶς ἑαυτοὺς τὰ καθ' ἡμᾶς, τί πεπλημμελήκαμεν, τί δὲ ἐδικαιοπραγήσαμεν. τοῦτο καὶ ὁ Ἰὼβ ἐποίει, περί τε αὐτοῦ καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ. τὰ γὰρ καθ' ἑκάστην λογιζόμενα δὲ καθ' ὥραν φωτίζουσι. καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησι, πᾶν μέτρον ἄριστον.

C ξς'. Καὶ πάλιν ἕτερος τῶν τὰ θεῖα σοφῶν ἔφη, ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος, καὶ ἀρχὴ πρακτικῆς ἐγκράτεια. οὐκοῦν ἐγκρατευσώμεθα, καὶ τοῦτο, μέτρῳ καὶ σταθμῷ, ὡς οἱ πατέρες ἐκδιδάσκουσι· καὶ τὴν ἡμέραν ὅλην τῶν δώδεκα ὡρῶν ἐν τῇ τηρήσει τοῦ νοὸς περιεργασώμεθα· οὕτω γὰρ ποιοῦντες, τὴν κακίαν βίᾳ τινὶ σβέσαι καὶ μειῶσαι δυνησόμεθα μετὰ Θεοῦ, ἐπεὶ καὶ βιαστή ἐστιν ἡ ἐνάρετος πολιτεία, δι' ἧς δίδοται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

ξζ'. Ὁδὸς ἐπὶ τὴν γνῶσιν, ἀπάθεια καὶ ταπείνωσις, ὧν χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον.

D ξη'. Ὁ ἀδιαλείπτως περὶ τὰ ἔνδον τὰς διατριβὰς ποιούμενος, σωφρονεῖ· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ θεωρεῖ, καὶ θεολογεῖ, καὶ προσεύχεται. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει ὁ ἀπόστολος, πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε.

ξθ'. Ὁ τὴν ὁδὸν τὴν πνευματικὴν ὁδεύειν μὴ ἐπιστάμενος, τῶν ἐμπαθῶν νοημάτων οὐ ποιεῖται φροντίδα, ἀλλ' ὅλην τὴν σχολὴν περὶ τὴν σάρκα ἔχει, καὶ ἢ γαστριμαργεῖ καὶ ἀκολασταίνει, λυπεῖταί τε καὶ ὀργίζεται, καὶ μνησικακεῖ· ἐξ ὧν σκοτίζει τὸν νοῦν, ἢ ἀμέτρῳ ἀσκήσει κέχρηται, καὶ θολοῖ τὴν διάνοιαν. E

ο'. Ὁ μὲν τοῖς πράγμασιν ἀποταξάμενος, οἷον τῇ γυναικὶ, καὶ τοῖς χρήμασι, καὶ τοῖς ἑξῆς, τὸν ἔξω ἄνθρωπον ἐποίησε μοναχὸν, οὔπω δὲ καὶ τὸν ἄνθρωπον τὸν ἔσω· ὁ δὲ τοῖς τούτων ἐμπαθέσι νοήμασι, τὸν ἔσω ἄνθρωπον, ὅ ἐστιν ὁ νοῦς. καὶ τὸν μὲν ἔξω ἄνθρωπον εὐκόλως τις ποιεῖ μοναχὸν, μόνον ἐὰν θελήσῃ, οὐκ ὀλίγος δὲ ἀγὼν τὸν ἔσω ἄνθρωπον ποιῆσαι μοναχόν.

οα'. Τίς ἐστιν ἄρα ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ ὁ παντάπασιν ἀπαλλαγεὶς ἐμπαθῶν νοημάτων, καὶ τῆς καθαρᾶς διὰ παντὸς καὶ ἀΰλου καταξιωθεὶς προσευχῆς, ὅπερ ἐστὶ σημεῖον τοῦ ἔνδον μοναχοῦ.

οβ'. Πολλὰ πάθη ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐγκέκρυπται· τότε δὲ ἐλέγχεται, ὅταν τὰ αἴτια φαίνωνται.

ογ'. Μὴ ὅλην τὴν σχολὴν περὶ τὴν σάρκα ἔχε, ἀλλ' ὅσον αὐτὴν κατὰ δύναμιν περὶ τὴν ἄσκησιν, καὶ ὅλον τὸν νοῦν σου περὶ τὰ ἔνδον στρέψον· ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια, εἰς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν.

οδ'. Ἐπὰν τῇ τῶν παθῶν ἀνενεργησίᾳ, ἡ ὑπερηφανία συμβαίνει, ἢ τῶν αἰτίων οὐκ ἀποκοπτομένων, ἢ τῶν δαιμόνων δολουργῶς ὑποχωρούντων.

οε'. Ἡ ταπείνωσις καὶ κακοπάθεια, πάσης ἁμαρτίας ἐλευθεροῦσι τὸν ἄνθρωπον· ἡ μὲν, τὰ τῆς ψυχῆς· ἡ δὲ, τὰ τοῦ σώματος περικόπτουσα πάθη· διὰ τοῦτο λέγει ὁ Κύριος, μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται, αὐτὸν καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ θησαυρούς, ὅταν δι' ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας ἑαυτοὺς καθάρωσι, καὶ τοσοῦτον πλέον, ὅσον τὴν κάθαρσιν ἐπιτείνουσι.

ος'. Σκοπὸς τέλειος τῶν περὶ ἀρετῆς πάσης λόγων, ἡ τοῦ νοῦ τήρησίς ἐστιν, ὡς ὁ πάλαι τοῦ Δαβὶδ σκοπὸς τὴν περιτομὴν τῆς καρδίας προεδήλου.

οζ'. Ὥσπερ αἰσθητῶς τὰ βλάπτοντα ὁρῶντες βλαπτόμεθα, οὕτω κατὰ νοῦν.

οη'. Ὥσπερ ὁ τὴν τοῦ φυτοῦ τρώσας καρδίαν, ὅλον ἐξήρανεν, οὕτω καὶ ἐπὶ καρδίας ἀνθρώπου νόει, αὐτὴν τὴν στιγμὴν προσέχειν δεῖ, ἐπειδὴ οὐκ ἀργοῦσιν οἱ κλέπται.

οθ'. Ὁ Κύριος πάσης ἐντολῆς ὀφειλομένην δεῖξαι θέλων, τὴν δὲ υἱοθεσίαν ἰδίῳ αἵματι τοῖς ἀνθρώποις δεδωρημένην, φησὶν, ὅταν πάντα ποιήσητε τὰ προστεταγμένα ὑμῖν, εἴπατε, ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν, καὶ ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν· διὰ τοῦτο οὐκ ἔστι μισθὸς ἔργων ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ χάρις δεσπότου πιστοῖς δούλοις ἡτοιμασμένη· οὐκ ἀπαιτεῖ δοῦλος ὡς μισθὸν, τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' εὐχαριστεῖ ὡς ὀφειλέτης, καὶ κατὰ χάριν ἐκδέχεται.

π'. Ὡς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοῖς εὖ δουλεύουσιν αὐτῷ τὴν ἐλευθερίαν χαρίζεται· φησὶ γὰρ, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἐγένου πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω, εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. οὔπω δὲ δοῦλός ἐστι πιστὸς, ὁ ψιλῇ τῇ γνώσει ἐπερειδόμενος, ἀλλ' ὁ δι' ὑπακοῆς τῷ ἐντειλαμένῳ Χριστῷ πιστεύων, τὸν δεσπότην τιμῶν, ποιεῖ τὰ κελευόμενα· σφαλεὶς δὲ ἢ παρακούσας, ὑπομένει ὡς ἴδια τὰ ἐπερχόμενα.

71. Quis porrò generationis huius, qui cogitationibus affectionum studiosis planè liberatus, puræ per omnia defæcatæque orationis dignitatem adipisci meruit? quod quidem signum est interni monachi.

72 Affectiones non paucæ latent in animis nostris: quæ tum deprehenduntur, cùm emerserint earum causæ.

73 Ne colloces omnem operam tuam in carne curanda: sed stato tempore pro viribus eam exerceto, atque animum tuum penitus ad interiora conuerte. Corporalis enim exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est. *1. Tim. 4.*

74 Vbi cessant affectus imperere, tum oboritur arrogantia, vel ob id, quòd non amputantur causæ, vel eo quòd insidiosè subrepunt dæmones.

75 Humilitas & afflictio liberant hominem omni peccato: cùm illa quidem rescindat affectiones animi, ista verò, corporis. Propterea Dominus ait, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: ipsum inquam, & thesauros in eo reconditos: quando per charitatem & continentiam seipsos emundauerint. Tantóque plenius videbunt, quanto se purgauerint accuratiùs. *Matth. 5.*

76 Sermonum, qui de quacunque virtute habentur, intentio est, vt integer seruetur animus: sicut antiquus Dauidis scopus circuncisionem cordis præsignabat.

77 Vt in sensibus, cùm ea videmus quæ offendunt, lædimur: ita circa animum accidit.

78 Quemadmodum qui cor alicuius plantæ vulnerauit, illam prorsus aridam reddidit: ita de eodem humano debes intelligere, & punctum ipsum animaduertere, quandoquidem fures nusquam quiescunt.

79 Cùm vellet Dominus ostendere, nos ad omnia mandata peragenda teneri: filiorum autem adoptionem esse proprio sanguine donatam hominibus, ait, Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Ea de causa regnum cœlorum non est merces operum, sed gratia Domini, fidelibus seruis præparata. Non postulat seruus libertatem, veluti mercedem: sed gratias agit, vt debitor, & velut gratuitum munus excipit. *Luc. 17.*

80 Nam mortuus est pro peccatis nostris, secundùm scripturas: ac bene seruientibus ei, libertatem gratuitò largitur. Inquit enim, Euge serue bone & fidelis, supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. At nondum est fidelis seruus, qui de nuda cognitione gloriatur: sed qui obtemperans præcipienti Christo, credit, & prosequens honore Dominum, illius iussa peragit. Qui autem errat, & non paret, casus velut peculiares ferre cogitur. *Matth. 25.*

Quocirca discendi & operandi studiosus esto: quia nuda cognitio inflare solet hominem.

81 Tentationes, quæ nobis ex insperato contingunt, dispensatione diuina nos docent, in continuo labore versari debere.

82 Stellæ proprietas, est lumen quo ambitur: pij verò ac Deum timentis viri proprietas, est simplicitas & humilitas. Nullum est enim aliud quodvis manifestius ac certius signum discipulorum Christi, quàm humilis de se existimatio, & simplex habitus. Et hoc inclamant omnia quatuor euangelia. Qui verò in ea simplicitate vitam non agit, eo priuatur beneficio, vt sponte se humiliare possit, vsque ad crucem & mortem perferendam. Quinetiam ipso diuinorum euangeliorum legislatore priuatur: qui sanciuit, nunquam non operandum esse.

Esa 55. 83 Sitientes (inquit) venite ad aquam. At qui sititis Deum, accedite cum puritate cordis. Veruntamen necesse est, eum qui huius puritatis ope volat in altum, etiam in terram suæ ipsius simplicitatis intueri: quia nemo humili viro sublimior. Vt enim absente lumine, caliginosa & tenebrosa sunt omnia: ita si desit humilitas, omnia studia nostra, quæ in Deo colendo impendimus, vana sunt & friuola.

Eccles. 12. 84 Vniuersum sermonis finem audi, Deum time, & mandata eius serua, tam animo quàm sensibus. Nam vbi coëgeris animo *Psalm. 39.* teipsum ad ea seruanda, impingens in sensus tuos, indigebis interdum illis: cùm Dauid dicat, Volui voluntatem tuam & legem tuam facere, in medio ventris mei. Nisi in medio ventris, hoc est, in medio corde, voluntatem ac legem Dei impleat homo, nec exteriùs hoc facilè poterit efficere. Conueniet itaque Deum intemperans & vagus homo, his verbis, Viam tuam scire nolo: vtique ob defectum illustrationis diuinæ, cuius quidem qui particeps est, non est incertus: sed illigatus & impeditus euadet abundè circa res diuinas.

85 Quomodo sal istud sensibile condire solet panem, & omnem escam, carnes item quasdam, & quæ duratura sunt, conseruat à putredine, omnémque malum fugat odorem: hunc etiam in modum sentire debes de conseruatione mentis, suauitate animi, & admiranda eius efficacia. Suauem enim diuinitùs reddit hominem, tam internum, quàm externum: & prauarum cogitationum pædore profligato, perseuerans in rebus honestis, nos conseruat.

86 E suggestione cogitationes orinntur immodicæ: ex his porrò erumpunt exteriùs actiones improbæ. Cæterùm qui diuino adiutus auxilio, confestim primùm extinxerit, reliqua effugiet: suauemque rerum diuinarum assequetur cumulatè notitiam,

φιλομαθὴς σπουδαίου καὶ φιλόπονος· ἡ γὰρ ψιλὴ γνῶσις φυσιοῖ τὸν ἄνθρωπον.

πα'. Οἱ ἀπροσδοκήτως ἡμῖν συμβαίνοντες πειρασμοὶ, οἰκονομικῶς ἡμᾶς φιλοπόνους διδάσκουσι γίνεσθαι.

πβ'. Ἴδιον μὲν ἀστέρος τὸ περὶ αὐτὸν φῶς, τοῦ δὲ θεοσεβοῦς καὶ Θεὸν φοβουμένου ἴδιον, ἁπλότης καὶ ταπείνωσις· ἐπεὶ μηδὲ ἄλλό τι γνωριστικὸν πέφυκεν εἶναι, καὶ δηλότερον σημεῖον τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν, ὡς ταπεινὸν φρόνημα καὶ ἁπλοῦν σχῆμα. καὶ τοῦτο πάντα βοᾷ τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια· ὁ γὰρ μὴ οὕτως ταπεινῶς βιοὺς, τῆς μερίδος ἐκπίπτει τοῦ ἑαυτὸν ἑκουσίως ταπεινώσαντος μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου, τοῦ καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων προστακτικοῦ νομοθέτου.

πγ'. Οἱ διψῶντες, φησὶ, πορεύεσθε ἐφ' ὕδωρ· οἱ δὲ διψῶντες Θεὸν, πορεύεσθε καθαρότητι διανοίας· πλὴν τοῦ ὑψηλῶς δι' αὐτῆς πετομένου, χρὴ καὶ πρὸς τὴν γῆν τῆς ἑαυτοῦ εὐτελείας ὁρᾷν· οὐδεὶς γὰρ τοῦ ταπεινοῦ ὑψηλότερος. ὡς γὰρ φωτὸς μὴ παρόντος ζοφώδη καὶ σκοτεινὰ ἅπαντα, οὕτω καὶ μὴ παρούσης ταπεινοφροσύνης, πάντα ἡμῶν μάταια, καὶ ἕωλα τὰ κατὰ Θεὸν σπουδαζόμενα.

πδ'. Τέλος δὲ λόγου, τὸ πᾶν ἄκουε, τὸν Θεὸν φοβοῦ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φύλαττε, καὶ νοητῶς καὶ αἰσθητῶς· εἰ γὰρ νοητῶς βιάσῃς σεαυτὸν αὐτὰς τηρεῖν, ὀλιγάκις τῶν αἰσθητῶν εἰς αὐτὰς κέντρων δεήσῃ. φησὶ γὰρ ὁ Δαβὶδ, ἠβουλήθην τὸ θέλημά σου καὶ τὸν νόμον σου ποιῆσαι ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. εἰ μὴ ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας, τουτέστιν ἐν μέσῃ καρδίᾳ ὁ ἄνθρωπος τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα καὶ τὸν νόμον ποιήσειεν, οὔτε ἔξωθεν ῥᾳδίως πρᾶξαι τοῦτο δυνήσεται. καὶ ἐρεῖ πρὸς Θεὸν ὁ μὴ νήφων καὶ ἀδιάφορος, τὸ, ὁδούς σου εἰδέναι οὐ βούλομαι, πάντως δι' ἔλλειψιν θείας ἐλλάμψεως· ἧστινος ὁ μετέχων οὐκ ἀπληροφόρητος, ἀλλὰ καὶ ἔμπεδος ἱκανῶς περὶ τὰ θεῖα διατελεῖ.

πε'. Ὥσπερ γὰρ τὸ αἰσθητὸν ἅλας ἡδύνει τόν τε ἄρτον καὶ πᾶν ὄψον, καὶ ἄσηπτα εἶναι τῶν κρεῶν καὶ διαρκῶν φυλάττει, καὶ τὴν ὀζωδίαν πᾶσαν διασκεδάζει· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ νοὸς φυλακῆς, τῆς νοητῆς ἡδύτητος καὶ θαυμαστῆς ἐργασίας νόει· καὶ γὰρ ἡδύνει θείως, καὶ τὸν ἐντὸς καὶ τὸν ἐκτὸς ἄνθρωπον, καὶ τὴν ὀζωδίαν τῶν πονηρῶν λογισμῶν ἐκδιώκει, καὶ διαρκεῖν ἐν τοῖς καλοῖς ἡμᾶς διαφυλάττει.

πς'. Ἐκ προσβολῆς πολλοὶ λογισμοὶ, ἐκ δὲ τούτων ἡ πονηρὰ αἰσθητὴ πρᾶξις· ὁ δὲ μετὰ τοῦ Ἰησοῦ τὸ πρῶτον εὐθὺς σβεννύων, τὰ ἑξῆς διέφυγε, καὶ γνῶσιν θείαν γλυκεῖαν πλουτεῖ,

δι' ἧς Θεὸν εὑρήσει τὸν πανταχοῦ ὄντα· ἐν αὐτῇ γὰρ τῷ κατόπτρῳ τοῦ νοὸς ἀντερείσας φωτίζεται διηνεκῶς καθ' ὁμοιότητα τοῦ καθαροῦ ὑέλου, καὶ τοῦ αἰσθητοῦ ἡλίου, καὶ τότε ἀναπαύεται ὁ νοῦς, ὡς τὸ ἔσχατον τῶν ὀρεκτῶν φθάσας, ἀπὸ πάσης ἄλλης τινὸς ἐν αὐτῷ θεωρίας.

πζ΄. Ἐπειδὴ πᾶς λογισμὸς διὰ φαντασίας αἰσθητῶν τινων εἰσέρχεται ἐν τῇ καρδίᾳ, τότε αὐγάζει αὐτὸν τὸ μακάριον φῶς τῆς θεότητος, ὅταν πάντα διακριθῇ ἀπὸ πάντων, καὶ ἀσχημάτιστος ἐκ τούτων γένηται, ἐπείπερ ἡ λαμπρότης ἐκείνη κατὰ στέρησιν τῶν πάντων νοημάτων περιφαίνεσθαι τῷ καθαρῷ νοΐ.

πη΄. Ὅσον τὴν διάνοιαν ἄκρως προσέχῃς, κατὰ τοσοῦτον μετὰ πόθου τῷ Ἰησοῦ προσεύξῃ. καὶ ὅσον πάλιν τὴν διάνοιαν ἀμελῶς ἐπισκέψῃ, κατὰ τοσοῦτον καὶ τοῦ Ἰησοῦ μακρυνθήσῃ· καὶ ὥσπερ τὸ πρότερον ἄκρως τὸν ἀέρα τῆς διανοίας φωτίζει, οὕτω καὶ τὸ ἐκλείπειν ἀπὸ τῆς νήψεως, καὶ τῆς γλυκείας ἐπικλήσεως Ἰησοῦ, σκοτίζειν αὐτὸν ἐκ παντὸς πέφυκεν, ὡς ἔστι φύσει τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον ὡς εἴπομεν, καὶ ἄλλως οὐκ ἔστι. καὶ τοῦτο περιλήψῃ, ἔργῳ δοκιμάσας, ἐπεὶ μὴ πέφυκεν ἀρετὴ ἡ τοιαύτη φωτοτόκος τερπνὴ ἐργασία, εἰ μὴ τῇ πείρᾳ διδάσκεσθαι.

πθ΄. Τὸ μὲν μετὰ πόθου τινὸς μεστοῦ γλυκύτητος καὶ χαρᾶς ἐπικαλεῖσθαι συνεχῶς Ἰησοῦν, αἴτιον τοῦ χαρᾶς ἔμπλεον καὶ γαλήνης εἶναι τὸν ἀέρα τῆς καρδίας, ἐκ τῆς ἄκρας προσοχῆς· τοῦ δὲ ἄκρως καθαίρεσθαι τὴν καρδίαν, αἴτιος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεός, ὁ πάντων τῶν καλῶν αἴτιος καὶ ποιητής. ἐγὼ γάρ, φησι, Θεὸς ποιῶν εἰρήνην.

ϙ΄. Εὐεργετουμένη ψυχή, καὶ γλυκαινομένη ὑπὸ Ἰησοῦ, μετ' ἀγαλλιάσεώς τινος καὶ ἀγάπης διὰ τῆς ἐξομολογήσεως τὸν εὐεργέτην ἀμείβεται, εὐχαριστοῦσα καὶ ἐπικαλουμένη μετ' θυμηδίας, τὸν εἰρηνοποιοῦντα αὐτήν, καὶ μέσον αὐτῆς νοητῶς ὁρῶσα αὐτὸν λύοντα τὰς φαντασίας τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων.

ϙα΄. Καὶ ἐπεῖδε, φησὶν ὁ Δαβὶδ ὁ νοητός, ὀφθαλμός μου ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου. καὶ ἐν τοῖς ἐπανισταμένοις ἀκούσεται τὸ οὖς μου· καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν εἶδον παρὰ Θεοῦ ἐν ἐμοὶ γινομένην.

ϙβ΄. Φαντασιῶν δὲ μὴ οὐσῶν τινων ἐν καρδίᾳ, ἔτι δὲ κατὰ φύσιν ὁ νοῦς ἵσταται ἕτοιμος ὢν κινεῖσθαι εἰς πᾶσαν θεωρίαν τερπνὴν πνευματικὴν καὶ θεοφιλῆ.

ϙγ΄. Οὕτως οὖν, ὡς εἶπον, πεφύκασιν εἶναι ἀλλήλων συστατικά, ἥ τε νῆψις, καὶ Ἰησοῦ εὐχή· ἡ μὲν γάρ, ἄκρα προσοχὴ τῆς συνεχοῦς εὐχῆς· ἡ δὲ εὐχὴ πάλιν ἐμποιὸν τῆς ἄκρας νήψεως καὶ προσοχῆς.

ϙδ΄. Χρηστὸς παιδαγωγὸς καὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς, ἡ ἀνεπίληπτος μνήμη τοῦ θανάτου, καὶ τό,

qua Deum vbique adesse sentiet. In eo verò speculum mentis ex reuerberatione continenter illustratur, non aliter quàm vitrum mundum à sole sensibili. Et tum quiescet animus ab omni alia, quamcunque conceperat, speculatione: velut occurrens scopo omnium bonorum desiderarissimo.

87 Cùm omnis cogitatio ex imaginatione rerum quarundam sensibilium oriatur in corde: tunc beatum diuinitatis lumen illustrabit hominem, cùm omnia prorsus pacata reddiderit, & huiusmodi formarum expers apparuerit: si verum est, splendorem illum puræ menti perspicuum esse, conceptionum omnium priuatione.

88 Quanto accuratiùs obseruaueris cogitationes animi tui, tanto maiore cum desiderio Iesum precaberis. Et contrà, quanto negligentiùs eas scrutatus fueris, tanto longiùs ab Iesu recesseris. Et quemadmodum prius illud aërem mentis mirum in modum illustrat: ita, si quis temperantia destituatur, & suaui Iesu inuocatione, tenebris prorsus obducetur. Et rem huiusmodi sic naturâ se habere, vt diximus, & non aliter, experientia disces, cùm facto ipso tentaueris: cùm ea virtus iucunda illuminandi facultate prædita, non aliter percipi soleat, quàm experientia.

89 Implòrare Iesum assiduis precibus, cum desiderio quodam suauitatis & lætitiæ pleno, reddit mentis aërem plenum gaudio & tranquillitate, ob summam sui obseruationem. Vt autem animus penitùs mundetur, causa est Iesus Christus filius Dei, & Deus, omnium bonorum author & effector. Ego enim, inquit, Deus faciens pacem.

90 Anima, quæ beneficiis & dulcedine affecta est ab Iesu, cum exultatione quadam & charitate, per confessionem, eum qui beneficia contulit, remunerat: tam gratias agendo, quàm inuocando cum voluptate animi placatorem suum: vel eo tempore, quo videt eum in medio dissoluentem, intellectuali ratione, illusiones spirituum nequitiæ.

91 Et despexit, inquit Dauid, oculus meus intellectualis inimicos meos spiritales: & insurgentibus in me audiet auris mea. Et retributionem peccatorum in me à Deo fieri videbam. *Psalm. 92.*

92 Si nullæ fuerint in mente illusiones, in suo naturali statu permanet animus, paratus inclinare in omnem delectabilem, spiritalem, & Deo gratam contemplationem.

93 Hac ergo ratione, vt dixi, temperantia & deprecatio Iesu sese naturâ mutuò stabilire solent. Summa enim obseruatio, continuam promouet precationem: precatio rursum, procuratrix est summæ temperantiæ & obseruationis cogitationum.

94 Optimus corporis & animæ pædagogus est, indelebilis memoria mortis: &

iis quæ ante oculos iacent, omnino prætermissis, continenter cubile præuidere, in quo posthac cum refrigerio requiescere possimus.

95 Non debet, fratres, amplecti somnum, qui perpetuò vult illæsus manere. Itaque necesse est alterum duorum, aut spoliatum virtutibus occumbere & perire, aut mente semper armata consistere: quia nunquam non adstat hostis, stipatus exercitu suo.

96 Status quidam diuinus nascitur in animo nostro ex continua Domini nostri memoria, & assidua eius inuocatione: modò solliciti simus de frequentibus animi precibus erga Christum, crebris ieiuniis, & operibus principatum tenentibus: re vera, opere ipso, quod in inuocatione Domini nostri Iesu Christi consistit, semper & eodem modo peragendo prædici simus, accenso corde exclamantes, vt sancti nominis Iesu possimus esse participes. Assiduitas enim, siue in virtute siue in vitio, mater est habitus: habitus autem, velut natura, cætera obtinet. In eo itaque statu collocatus animus, hostes inquirit, vt canis Laconicus in syluis leporem, ad hunc enim modum mens scrutatur peruersas cogitationes: sed ille quidem, vt comedat: hæc autem, vt labefactet.

97 Quandocunque & quotiescunque contigerit, vt augeatur in nobis numerus prauarum cogitationum, interiiciamus in medium earum implorationem Domini nostri Iesu Christi: túmque mox eas, instar fumi in aëre, videbimus euanescere: sicuti docuit experientia. Et si mens sola comprehendatur ab illis, denuo resumamus initium continentis obseruationis & inuocationis. Quoties itaque tali quodam periculo rursum vexabimur, hoc ipsum agamus.

98 Quemadmodum fieri non potest vt quis nudo corpore descendens in prælium, victor euadat, aut cum indumentis in immenso pelago natet, aut viuat sine respiratione: ita fieri non potest vt citra humilitatem & continuam Christi supplicationem, spiritale & secretum bellum ediscamus, & artificiosè cogitationes illas expellamus & cædamus.

Psalm. 58.

99 Magnus Dauid, rerum gerendarum peritissimus, Dominum alloquens, ait, Fortitudinem meam ad te custodiam. Ita vt tota vis quietis spiritalis animi nostri, vnde nascuntur omnes virtutes, conseruetur auxilio Domini: qui & præcepta dedit, & impuram obliuionem à nobis expellit, & à continenter inclamantibus, ignauiam: quæ tranquillitatem mentis non aliter corrumpit, quàm aqua ignem. Quamobrem, monache, ne dormias in mortem præ negligentia, sed in nomine Iesu percute hostes: &, vt quidam sapiens dixit, adhæreat nomen Iesu spiraculo tuo,

A τὰ ἐν μέσῳ πάντας παραδεδραμηκότα αὐτὸν, ἀεὶ προβλέπειν, τὴν κλίνην ἔνθα ψυχραγωγοῦντες μέλλομεν κατακεῖσθαι, καὶ τὰ λοιπά.

ϟε'. Οὐκ ἔστιν, ἀδελφοὶ, ὕπνον δέξασθαι τὸν βουλόμενον ἄτρωτον μένειν διὰ παντός· ἀνάγκη δυοῖν θάτερον, ἢ πεσεῖν καὶ ἀπολέσθαι γυμνωθέντα τὴν ἀρετὴν, ἢ διὰ παντὸς τῷ νοῒ καθωπλισμένον ἑστάναι· καὶ γὰρ ὁ ἐχθρὸς ἀεὶ ἵσταται μετὰ τῆς ἑαυτοῦ παρατάξεως.

51 Temperantiæ verò opus non intermittendum, & animæ summum lucrum & emolumentum est, perspicere cogitationum imaginationes, cùm primùm formantur in mente. Reluctationis autem, est deprehendere & indicare cogitationem, quæ per imaginationem rei cuiusdam sensibilis, aërem mentis nostræ ingredi nititur. Cæterùm nihil est, quod tam citò extinguat & dissoluat omnem aduersariorum conceptionem, omnem sermonem, omne visum, omnem statuam, omne idolum, & omnem reprobum titulum, quàm inuocatio Domini. Ac nos quidem ipsi conspicimus in animo, de illis, potentiâ Iesu summi Dei nostri, tum victoriam dari, tum nostram, qui humiles, exiles, & inutiles sumus, vltionem sumi.

52 Ignoramus plerique, vniuersas cogitationes nihil aliud esse, præterquam solas imaginationes sensibilium & mundanarum rerum. Quòd si sobrij precibus immoremur, precatio priuat animum omni crassa sordidarum cogitationum imaginatione. Perspicuas etiam ipsa facit hostium artes: & declarat, ingens ex precibus & temperantia lucrum oriri. Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum spiritalium animo etiam tu ipse videbis, & considerabis, inquit Dauid modulator diuinus. *Psalm. 90.*

53 Perpetuam, si fieri potest, mortis gestemus memoriam: qua curarum, vanitatum omnium, & reliquorum quæ sunt in nobis, depositio nascitur: conseruatio etiam mentis, & assidua precatio, alienatio item ab omni corporis affectu, execratio peccati, ac propemodum, si verum dicere oportet, virtus omnis ex ea prodiens scaturit. Quamobrem ipso facto, tanquam propria spiratione, si fieri potest, vtamur ea.

εἰ μὲν ἁρμόττοιμεν νήψει ταπείνωσιν, καὶ τῇ ἀντιῤῥήσει τὴν εὐχὴν συζευγνύοιμεν, τὴν ὁδὸν τῆς διανοίας καλῶς ὁδεύσομεν, ὥσπερ μετὰ λαμπάδος φωτὸς μετὰ τοῦ προσκυνητοῦ καὶ ἁγίου ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸν οἶκον ἡμῶν τῆς καρδίας ἐκ πονηρίας φιλοκαλοῦντες, κοσμοῦντές τε καὶ ἐκκαθαίροντες. εἰ δὲ μόνοι ἐν νήψει ἡμετέρᾳ ἢ προσοχῇ θαῤῥήσομεν, ταχέως παρὰ τῶν ἐχθρῶν ὠθούμενοι ἀνατραπέντες πεσούμεθα, καὶ καταβαλοῦσιν ἡμᾶς οἱ δολομῆται καὶ δολιώτατοι, καὶ τοῖς ἀμφιβλήστροις αὐτῶν τοῖς πονηροῖς ἐνθυμήσεσι πλειόνως ἐμπλακησόμεθα, ἢ καὶ σφαγησόμεθα ῥᾳδίως ὑπ' αὐτῶν, τὸ κραταιὸν δόρυ οὐκ ἔχοντες τὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὄνομα. μόνον γὰρ τὸ σεβάσμιον φάσγανον τοῦτο πυκνῶς ἄγαν στρεφόμενον ἐν μονοτρόπῳ καρδίᾳ οἶδε συστρέφειν καὶ κατακόπτειν αὐτούς, καταφλέγειν τε καὶ ἀποκρύπτειν· τὸ μὲν ὡσεὶ πῦρ, οἱ δὲ ὡς καλάμην. ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν αὐθοψίᾳ ἱκανῇ ποτε ὑπάρχει, γνωρίζει τὴν τοῦ ἀγωνιστοῦ πολύπειρον καρδίαν, ὅτιπερ ἐκ πάσης δαιμονίας φαντασίας βοηθῶν καὶ καθαίρων Θεός ἐστιν, ᾧτινι πᾶν ὑπείκει, καὶ πάντα ὑποτέτακται.

να'. Ἔργον δὲ, νήψεως μὲν, ἀδιάλειπτον καὶ τῆς ψυχῆς ὄνησις καὶ κέρδος μέγα, τὸ ὁρᾷν εὐθὺς σχηματιζομένας τὰς τῶν λογισμῶν ἐν νῷ φαντασίας· ἀντιῤῥήσεως δὲ, τὸ διελέγχειν καὶ δηλοῦν τὸν πειρώμενον εἰσελθεῖν λογισμὸν ἐν τῷ ἀέρι τοῦ νοὸς ἡμῶν, διὰ φαντασίας αἰσθητοῦ τινος πράγματος· τὸ δὲ σβεννύον καὶ διαλύον τῶν ἀντιπάλων εὐθέως πᾶν νόημα, πάντα λόγον, πᾶν φάντασμα, πᾶν ἴνδαλμα, πᾶν εἴδωλον, πᾶσαν στήλην πονηρὰν, ἐστὶν ἡ τοῦ Κυρίου ἐπίκλησις. καὶ ἡμεῖς γὰρ αὐτοὶ ἐν νῷ βλέπομεν τὴν κατὰ κράτος αὐτῶν ἧτταν, τὴν διὰ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τὴν ἡμῶν τῶν ταπεινῶν καὶ εὐτελῶν καὶ ἀχρείων ἐκδίκησιν.

νβ'. Ὅτι πάντες οἱ λογισμοὶ οὐδὲν ἕτερόν εἰσιν ἀλλ' ἢ φαντασίαι μόναι αἰσθητῶν καὶ κοσμικῶν πραγμάτων, οἱ πολλοὶ ἀγνοοῦμεν. εἴπερ δὲ χρονίσομεν ἐν εὐχῇ νήφοντες, στερίσκει μὲν εὐχὴ τὴν διάνοιαν πάσης ὑλώδους φαντασίας λογισμῶν ῥυπαρῶν· γνωρίζει δὲ αὐτῇ καὶ τοὺς λόγους τῶν πολεμίων, καὶ τὸ μέγα κέρδος εὐχῆς τε καὶ νήψεως. πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις, καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν νοητῶν νοητῶς καὶ αὐτὸς ὄψει, καὶ κατανοήσεις φησὶ Δαβὶδ ὁ θεῖος μελῳδός.

νγ'. Μνημονεύσωμεν, εἰ δυνατὸν, τοῦ θανάτου, ἀδιαλείπτως· δι' ἧς μνήμης φροντίδων ἀπόθεσις ματαιοτήτων πάντων τε τῶν ἐν ἡμῖν γίνεται, φυλακή τε νοὸς καὶ διηνεκὴς δέησις, ἀποστροφὴ δὲ τοῦ σώματος, βδέλυξις ἁμαρτίας, καὶ σχεδὸν εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, πᾶσα ἀρετὴ ἄγουσα ἐκ ταύτης ἐκβλύζεται· διὸ ὡς τῇ ἰδίᾳ πνοῇ εἰ δυνατὸν τῷ πράγματι χρησώμεθα.

νδ'. Καρδία ξενωθεῖσα φαντασιῶν, τελέως νοήματα τέξεται μέσον αὐτῆς σκιρτῶντα θεῖά τε καὶ μυστηριώδη, ὃν τρόπον σκιρτῶσιν ἰχθύες, καὶ ἐγκυβιστῶσι δελφῖνες γαληνιώσης θαλάσσης· καὶ ῥιπίζεται μὲν θάλασσα ὑπὸ λεπτῆς αὔρας· ἄβυσσος δὲ καρδίας ὑπὸ πνεύματος ἁγίου. ὅτι δέ, φησιν, ἐστὲ υἱοί, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν κράζον, ἀββᾶ ὁ πατήρ.

νε'. Ἀπορήσει δὲ διηνεκῶς πᾶς μοναχὸς πνευματικοῦ ἔργου, πρὸ ἐπιτυχίας τοῦ λαβεῖν, ἢ οὐκ εἰδὼς μὲν τὸ ταύτης κάλλος, ἢ εἰδὼς μέν, δι' ἀμελείας δὲ μὴ δυνάμενος. τῆς δὲ ἀπορίας ἀναμφιβόλως λυθήσεται, νοὸς τήρησιν ἐπιβάς, ἥ ἐστι καὶ λέγεται πρακτικὴ φιλοσοφία νοός, ὡς τὴν ὁδὸν εἰρηκὼς ἡ εἶπεν, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός, καὶ ἡ ἀνάστασις, καὶ ἡ ζωή.

νϛ'. Πάλιν αὖθις ἀπορήσει ὁρῶν ἄβυσσον λογισμῶν, καὶ πλῆθος νηπίων Βαβυλωνίων, ἀλλὰ καὶ ταύτην λύει τὴν ἀπορίαν Χριστός, εἴγε τῇ βάσει τῆς διανοίας διηνεκῶς ἐπ' αὐτὸν ἱστάμεθα. τὰ δὲ πάντα Βαβυλώνια νήπια ἐν τῇ πέτρᾳ ταύτῃ ἐδαφιοῦντες ἐναποκρυβόμεθα πληροῦντες κατὰ τὸ λόγιον, τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν ἐξ αὐτῶν. ὃς γάρ, φησι, φυλάσσει ἐντολήν, οὐ γνώσεται ῥῆμα πονηρόν· χωρὶς γὰρ ἐμοῦ, ἔφη, οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.

νζ'. Οὗτος ἀληθινὸς τυγχάνει μοναχός, ὁ νήφειν κατορθῶν, καὶ οὗτος ἀληθινὸς νηφάλιος ὁ ἐν καρδίᾳ ὢν μοναχός.

νη'. Συμπεριεκτείνεται ὁ ἀνθρώπινος βίος ἐν ἐνιαυτοῖς, ἐν μησίν, ἐν ἑβδομάσιν, ἔν τε ἡμέραις, καὶ ὥραις, καὶ νυξί, καὶ στιγμαῖς ἀνακυκλούμενος· τούτοις ἄρα ἐχρῆν καὶ ἡμᾶς συμπεριεκτείνειν τὰς ἐναρέτους ἐργασίας, φημὶ δὴ τὴν νῆψίν τε καὶ εὐχήν, καὶ τὴν τῆς καρδίας ἡδύτητα ἐπὶ ἐμμελεῖ ἡσυχίᾳ μέχρις ἐξόδου ἡμῶν.

νθ'. Ἐπελεύσεται γὰρ ὥρα ἐφ' ἡμᾶς φοβερὰ ἡ τοῦ θανάτου, ἐλεύσεται καὶ διαφυγεῖν οὐ δυνατόν. καὶ εἴθε ὁ τοῦ κόσμου καὶ τοῦ ἀέρος ἄρχων τότε ἐρχόμενος, εὑρήσει τὰ ἡμῶν ἀνομήματα ὀλίγα τε καὶ εὐτελῆ, ἵνα μὴ ἐλέγξῃ ἀληθεύων, καὶ κλαύσωμεν ἀνωφελῶς. ἐκεῖνος γὰρ ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου αὐτοῦ, καὶ μὴ ποιήσας κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ὡς δοῦλος δαρήσεται πολλά, φησιν.

ξ'. Οὐαὶ τοῖς ἀπολωλεκόσι τὴν καρδίαν, φησί. καὶ τί ποιήσουσιν ὅταν ἐπισκέπτηται Κύριος; διὸ σπουδαστέον ἡμῖν ἀδελφοί.

ξα'. Τοῖς ἁπλοῖς καὶ ἀπαθέσιν ἐγγὺς δεύτεροι λογισμοὶ οἱ ἐμπαθεῖς παρέπονται, καθὼς εὕρομεν πολυχρονίῳ πείρᾳ τε καὶ παρατηρήσει, ὥσπερ ὄφις περιστερᾷ εἰσερχομένῃ ἐν ἰδίᾳ νοσσιᾷ· ὡς οἶμαι, οἱ πρῶτοι λογισμοὶ εἰσόδους τῶν δευτέρων γεγένηνται, καὶ τῶν ἐμπαθῶν οἱ ἀπαθεῖς.

54 Mens procul ab illusionibus alienata, tandem diuinas & mysteriis plenas conceptiones pariet, exultans in medio sui, quemadmodum tranquillo mari exiliunt pisces, & demisso capite delphini subsultant. Et leui quidem aura perflatur mare: abyssus autem cordis, spiritu sancto. Quoniam autem estis, ait, filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba pater. *Galat.4.*

55 De opere spiritali hæsitabit, & ab eo alienus erit omnis monachus, qui temperantiam animi antè non adeptus fuerit, aut ignorauerit eius dignitatem: aut scierit quidem, sed socordia victus eam exercere non possit. Qua procul dubio dubitatione liberabitur, vbi mentis obseruationem aggressus fuerit: quæ & est & dicitur philosophia mentis actiua: quemadmodum viam appellauit, qui dixit, Ego sum via, resurrectio, & vita. *Ioan.11.*

56 Denuo hæsitabit, attendens abyssum cogitationum, & multitudinem paruulorum Babyloniorum. Sed hanc etiam hæsitationem soluit Christus, dummodo ei velut animi fundamento continenter innitamur. Vniuersos autem Babylonios infantulos huic petræ tãquam pauimento allidimus, implentes, iuxta eloquium, desiderium nostrum ex ipsis. Qui enim, inquit, custodit præceptum, non experietur quicquam mali. Quia sine me, ait, nihil potestis facere. *Psalm.136.* *Eccles.8.* *Ioan.15.*

57 Hic profectò verus est monachus, qui tectè temperantiam exercet. Et hic verè temperans est, qui monachus est animo.

58 Vita hominum protenditur, per annos, menses, hebdomadas, dies, horas, noctes, & momenta reuoluta. Quamobrem vnà cum iis oportebat nostras secundùm virtutem operationes protendere: temperantiam dico, precationem, suauitatem cordis, cum impigra quiete vsque ad exitum nostrum.

59 Obueniet enim nobis terribilis hora mortis: obueniet, nec effugere licebit. Atque vtinam tum veniens princeps mundi & aëris, iniquitates nostras reperiat exiguas & leues: ne deprehendatur verax, & frustra lugeamus. Ille enim seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit secundùm voluntatem eius (tanquam seruus) vapulabit multis, inquit. *Luc.12.*

60 Væ perditis corde, ait. Et quid facient, cùm inspicere cœperit Dominus? Idcirco, fratres, nobis elaborandum. *Eccles.2.*

61 Cogitationibus simplicibus & affectione vacuis, ferè succedunt aliæ affectionum plenæ: perinde ac serpens sequitur columbam ad pullos suos accedentem: vt diuturna experientia & obseruatione comperimus. Ac, vt opinor, priores cogitationes posterioribus præbent aditum: & affectu carentes, affectionem sectantibus.

62 Quandoquidem homo bifariam diuidendus est: (partiri enim debemus, vt dixi, in voluntatem, & intellectum sapientissimum.) Horum qui erit inimicus, sine dubio ipsius hominis irreconciliabilis hostis erit. Quo igitur affectu esse potest quis erga eum, à quo nimis acerbè & frequenter fit afflictus: & ita, vt etiam grauiore sit affectus iniuria: si quidem nos rectè gerere volumus iuxta summum & primum mandatum? Dico sanè, illũ Christi conuersationem imitari debere, beatam videlicet humilitatem Dei, quam incarnatus expressit, dũ in mũdo versaretur. Hinc Apostolus ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Legi enim Dei non subiicitur. Vt autem ostenderet, subdere corpus voluntati diuinæ, esse de numero eorum quæ sunt in potestate nostra, dixit, Si enim nosipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur: dum iudicamur autem, à Domino corripimur.

Rom. 7.

1. Cor. 11.

63 Initium fertilitatis est flos: conseruandæ verò mentis principium est temperantia à cibis & potibus: quarumcumque etiam cogitationum abnegatio & abstinentia, necnon tranquillitas cordis nostri.

64 Cùm sumus in Christo Iesu firmati, & sub tutela temperantiæ educari cœperimus, apparet nobis in animo primùm velut lampas, quæ, quasi manu mentis à nobis teneatur, animi nostri semitas dirigit. Deinde, tanquam luna integrè lucens circumuoluitur in firmamento cordis. Postea verò nobis apparet, vt sol, Iesus, radiorum instar solarium iustitiam emittens: ostendens scilicet seipsum, vt ille, & speculationum suipsius præclara lumina.

65 Isthæc mysticè reuelat animo obtemperanti præcepto eius, quod dicit, Et circumcidetis, inquit, duritiam cordis vestri. Temperantia quoque hominis diligenter exculta, sublimes docet intelligentias, vt dictum est: quia numen diuinum personam non accipit. Vnde Dominus ait, Audite me, & intelligite, Habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et, Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum: quanto magis certè cooperabuntur ei virtutes?

Deut. 10.

Matth. 13.

Rom. 8.

66 Nauis multa millia non perambulabit absque aqua: ita conseruatio mentis citra temperantiam iunctam humilitati, & implorationi Iesu Christi assiduæ, nequaquam proficiet.

67 Fundamentum domus, sunt lapides: huius autem virtutis fundamenta & tecta sunt sanctum & adorandũ nomen Domini nostri Iesu Christi. Itaque gubernator nauis imprudens, qui tempore procellæ nautis expulsis, remis & velis in mare proiectis, dormit, facilè naufragium facit. Faciliùs autem anima demergetur à dæmonibus, quæ & temperantiam negligit, & ingruentibus suggestionibus inuocare nomen Iesu Christi non curat.

ξβʹ. Τῷ ὄντι γὰρ διχῆ τέμνεσθαι δεῖ ἄνθρωπον, τῇ προαιρέσει καὶ ἐπινοίᾳ σοφωτάτῃ, χωρίζεσθαι χρή, ὡς ἔφην. καὶ ἐχθρὸς αὐτοῖς, ὃ αὐτὸ εἶναι ἀκατάλλακτος πρόσωποι ἀληθῶς. οἵαν οὖν τις διάθεσιν δύναιτο ἔχειν ἀνθρώπου πρὸς τὸν οὕτως ἄγαν καὶ πολλάκις ἐκθλίψαντα τε καὶ ἀδικήσαντα οὕτως, ἢ καὶ πολὺ πλέον, εἴγε βουλόμεθα κατορθοῦσθαι τὴν μεγάλην τε καὶ πρώτην ἐντολήν; φημὶ δὲ τὴν Χριστοῦ πολιτείαν, τὴν μακαρίαν ταπείνωσιν, τὴν ἐνσάρκου Θεοῦ βιοτήν· ἔνθεν φησὶν ὁ ἀπόστολος, Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται. δεικνὺς δὲ ὅτι τὸ ὑποτάξαι τὸ σῶμα πρὸς τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα, τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἔφη, εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου, παιδευόμεθα.

ξγʹ. Ἀρχὴ μὲν καρποφορίας, ἄνθος· ἀρχὴ δὲ τηρήσεως νοῦ, βρωμάτων ἐγκράτεια καὶ πομάτων, καὶ παντοίων λογισμῶν ἀπάρνησις καὶ ἀποχή, καὶ ἡσυχία καρδίας.

ξδʹ. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ δυναμουμένοις, καὶ ὑπὸ νήψεως ἀσφαλείας περίφθαι ἀρξαμένοις ὡς λαμπὰς ἡμῖν καταφαίνεται, ἐν τῷ νοῒ πρῶτον, τῶν ἡμῶν οἷα κρατουμένη ἐν χειρὶ νοῦ, καὶ ὁδηγοῦσα ἡμῖν τρίβους διανοίας· ἔπειτα ὡς σελήνη πεμφαὴς ἐν στερεώματι καρδίας περιπολοῦσα· μετέπειτα δὲ φαίνεται ἡμῖν ὡς ἥλιος Ἰησοῦς δικαιοσύνην ἡλιοβολῶν, δηλονότι δεικνὺς ἑαυτὸν ὡς ἐκεῖνος, καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὁλοφανῆ φῶτα τὰ τῶν θεωρημάτων.

ξεʹ. Ταῦτα μυστικῶς ἀποκαλύπτει ὁ νοῦς ἑπομένῳ τῇ ἐντολῇ αὐτῇ τῇ φασκούσῃ, καὶ περιτεμεῖσθε, φησι, τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν. καί, ὡς εἴρηται, ἐννοίας ὑψηλὰς ἐκδιδάσκει ἀνθρώπου νῆψις ἡ σπουδαία· τὸ γὰρ θεῖον ἀπροσωπόληπτον, ὅθεν φησὶν ὁ Κύριος, ἀκούσατέ μου καὶ συνίετε· ὃς γὰρ ἂν ἔχοι, δοθήσεται αὐτῷ καὶ περισσευθήσεται· ὃς δὲ μὴ ἔχει, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεόν, πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν. πολλῷ γοῦν μᾶλλον αὐτοῖς αἱ ἀρεταὶ συνεργήσουσιν.

ξςʹ. Οὐ περιπατήσει πλοῖον πολλὰ μίλια, ὑδάτων χωρίς, καὶ νοῦ τήρησις οὐδ' ὅλως προκόψει χωρὶς νήψεως σὺν ταπεινώσει ἡ εὐχῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ δι' ὅλης.

ξζʹ. Οἴκου θεμέλιος, λίθοι· ταύτης δὲ τῆς ἀρετῆς, καὶ θεμέλιοι, καὶ ὄροφοι, τὸ προσκυνητὸν καὶ ἅγιον ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ εὐχερῶς μὲν ναυαγήσει κυβερνήτης ἄφρων ἐν καιρῷ κλύδωνος, τοὺς μὲν ναύτας ἐκδιώξας, τὰς δὲ κώπας καὶ τὰ ἱστία ἐν τῷ πελάγει ῥίψας, αὐτὸς δὲ καθεύδων· εὐχερέστερον δὲ ψυχὴ καταποντισθήσεται ἐκ δαιμόνων, νήψεως ἀμελοῦσα, καὶ τοῦ ἐπικαλεῖσθαι ἐν ταῖς προσβολαῖς ἀρχομέναις Ἰησοῦ Χριστοῦ ὄνομα.

ξη'. Οἴδαμεν, γράφοντες λέγομεν· καὶ ὃ ἑωράκαμεν, τὴν ὁδὸν διαβαίνοντες, μαρτυρούμεθα τοῖς θέλουσιν, εἴγε ἀποδέξασθαι τὰ εἰρημένα βουληθήσεσθε. ὅτι αὐτὸς εἴρηκεν, ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοί, ἐκβληθήσεται ἔξω, ὡς τὸ κλῆμα, καὶ συνάγουσιν αὐτό, καὶ εἰς τὸ πῦρ βάλλουσι, καὶ καίεται· ὁ δὲ μένων ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. ὡς γὰρ λάμψαι ἥλιον φωτὸς ἄτερ οὐ δυνατόν, οὕτως ἀδύνατον καθαρθῆναι καρδίαν ῥύπου λογισμῶν ἀπωλείας, ἄνευ τῆς ἐπικλήσεως Χριστοῦ, ᾗ ὡς τῇ ἰδίᾳ πνοῇ χρηζόμεθα. τὸ μὲν γάρ, φῶς· οἱ δέ, σκότος. καὶ ὁ μὲν Θεὸς καὶ δεσπότης· οἱ δὲ δοῦλοι δαιμόνων.

ξθ'. Φωτοτόκος καὶ ἀστραπητόκος, καὶ φωτοβόλος, καὶ πυρφόρος ἡ τοῦ νοῦ φυλακὴ προσφυῶς καὶ φερωνύμως καλείσθω· ὑπερέχει γάρ, τὸ ἀληθὲς φάναι, ἀπείρων σωματικῶν καὶ πολλῶν ἀρετῶν. τούτου δὴ ἕνεκα τοῖς τιμίοις ὀνόμασι καλεῖν χρὴ τὴν ἀρετὴν ταύτην, διὰ τὰ ἐξ αὐτῆς τικτόμενα ἀγλαοφανῆ φῶτα· οἷς οἱ ἐρασθέντες ἐξ ἁμαρτωλῶν καὶ ἀχρείων, καὶ βεβήλων, καὶ ἀγνωστῶν, ἀσυνέτων τε καὶ ἀδίκων, δίκαιοι, εὔχρηστοι, καθαροί, ἅγιοι, καὶ συνετοὶ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέσθαι δύνανται· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ μυστικὰ θεωροῦσι, καὶ θεωρητικοὶ γενόμενοι τῷ ἀκραιφνεστάτῳ καὶ ἀπείρῳ φωτὶ νῦν διαπήττεσθαι συμβήσεται, θήγεσθαί τε αὐτοῦ ἀρρήτοις θίξεσι, καὶ σὺν αὐτῷ κατοικοῦσί τε καὶ πολιτεύονται, ἐπεὶ ἐγεύσαντο ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος, ὡς πληροῦσθαι σαφῶς ἐν τοῖς τοιούτοις πρωταγγέλοις τὸ τοῦ θείου Δαβίδ, πλὴν δίκαιοι ἐξομολογήσονται τῷ ὀνόματί σου, καὶ κατοικήσουσιν εὐθεῖς σὺν τῷ προσώπῳ σου. ὄντως γὰρ δὴ ὄντως οὗτοι μόνοι ἀτρεκῶς ἐπικαλοῦνται καὶ ἐξομολογοῦνται Θεῷ, ᾧ καὶ φιλοῦσιν ὁμιλεῖν ἀγαπῶντες αὐτόν.

ο'. Οὐαὶ τῷ ἔσω ἀπὸ τοῦ ἔξω· σφόδρα γὰρ λυπηθήσεται ὁ ἔνδον ἄνθρωπος ἀπὸ τῶν ἔξω αἰσθήσεων. καὶ λυπηθεὶς οὗτος μάστιξι χρήσεται κατὰ τῶν ἔξω αἰσθήσεων. ὁ πράξας τὸ ἐν τῷ γράμματι, ἤδη ἔγνω τὸ ἐν τῷ θεωρήματι.

οα'. Ἐὰν ὁ ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπος κατὰ τοὺς πατέρας νήφῃ, δυνατός ἐστι φυλάξαι καὶ τὸν ἔξω, πλὴν ὅτι ἡμεῖς τε καὶ οἱ κακοεργάται δαίμονες κοινῶς ἄμφω διαπραττόμεθα τὰς ἁμαρτίας. καὶ οἱ μὲν ἐν λογισμοῖς μόνον, ἤτοι ἐν φαντασιώδεσι ζωγραφίαις διαχρωματίζουσιν ἐν νῷ, ὡς βούλονται, τὴν ἁμαρτίαν· ἡμεῖς δὲ καὶ διὰ λογισμῶν ἔνδοθεν καὶ δι' ἔργων ἔξωθεν. παχύτητος γὰρ σωμάτων ἀποροῦντες οἱ δαίμονες, διὰ λογισμῶν μόνον καὶ δολιότητα καὶ ἀπάτην, καὶ ὡς αὐτοῖς προξενοῦσι καὶ ἡμῖν τὴν κόλασιν. εἰ γὰρ παχύτητος σωμάτων μὴ ἐστέρηντο οἱ ἀλιτήριοι, οὐκ ἂν καὶ δι' ἔργων ἁμαρτάνειν ἐπαύοντο, ἐπείπερ εἰς τὸ ἀσεβεῖν τὴν προαίρεσιν ἀεὶ διασώζοντες.

A 68 Quod ſcimus, ſcriptis dicimus: quod vidimus, dum viam tranſigeremus, teſtificamur volentibus: ſiquidem excipere dicta vobis libeat, quia ipſe dixit, Si quis in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes: & colligunt eum, & in ignem mittunt, & ardet. Qui autem manet in me, & ego in eo. Nam ſicut ſol abſque lumine, ſplendere non poteſt: ita cor purgari non poteſt ſordibus perimentium cogitationum, ſine Chriſti inuocatione, qua vtimur, velut propria ſpiratione. Illud enim lumen, hæ verò tenebræ: & ille B quidem Deus ac Dominus, hæ verò dæmonum ancillæ.

Ioan. 15.

69 Cuſtodia mentis germano & vero nomine lucipara, fulguripara, lumen emittens, & ignifera vocitetur. Superat enim, vt verum dicamus, infinitas res corporeas, & virtutes pleraſque. Qua de cauſa virtus iſta claris nominibus eſt appellanda, ob ſplendida lumina, quæ naſcuntur ex ea: quorum amore qui capiuntur, per Ieſum Chriſtum euadere poſſunt ex peccatoribus, inutilibus, inquinatis, ignotis & inſipientibus & iniquis, iuſti, homines frugi, puri, ſancti, & ſapien- C tes, neque id ſolùm, ſed etiam eueniet vt myſtica ſpeculentur: & vbi ſpeculatiui fuerint effecti, vt puriſſimo & infinito lumine traiiciantur, & exacuantur ab ipſo arcanis acuminibus: & cum ipſo habitant & conuerſantur, quia guſtauerunt, quòd ſuauis eſt Dominus: vt in talibus protangelis clarè impleatur illud diuini Dauidis, Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo. Re enim vera, re inquam vera hi ſoli ſincerè inuocant, & confitentur Deo: cum quo colloqui expetunt, amantes eum.

Pſalm. 139.

D 70 Væ interiori homini, propter exteriorem. Grauem enim moleſtiam internus homo contrahet ab externis ſenſibus, tum ille moleſtiâ affectus, flagellis caſtigabit eos. Qui executus eſt quod habet littera, iam nouit quod theoremate continetur.

71 Si ex ſententia patrum, interior noſter homo ſit temperans, etiam exteriorem poteſt conſeruare. Cæterùm nos & malorum effectores dæmones, ambo ſimul perpetramus peccata. Ac hi quidem in cogita- E tionibus duntaxat ſiue deſcriptionibus imaginatoriis pro arbitrio formant in animo peccatum: nos autem & cogitationibus intus, & extrà operibus ipſis. Nam cùm craſſitudine corporis dæmones careant, cogitationibus ſolis, machinatione, atque circunuentione nituntur: & perinde nobis ac ſibi procurant ſupplicium. Quòd ſi exitialis illi molis corporeæ non eſſent expertes, etiam factis ipſis peccare non deſinerent: vt qui ad impiè agendum paratam ſemper ſeruent intentionem.

72 Sola precatio perimit, & in cinerem redigit eorum fraudes: nempe Iesus Deus & Dei filius à nobis continenter & sine hæsitatione inuocatus, qui prorsus eis non permittit, vt vel initium incursionis suæ (quam etiam impressionem vocant) aut formam subostendant menti in speculo intellectus: vel quosdam sermones habeant cum corde. Forma porrò dæmoniaca, quæ nullas habet vires in cor, erit etiam vacua cogitationibus, vt diximus: quia cogitationibus intercedentibus animam clàm alloqui solet, & edocere vitia.

73 Quamobrem assiduarum precum auxilio; purgatur aër mentis nostræ nebulis obscuris, & ventis nequissimorum spirituum. Mentis autem aëre purgato, non potest, inquit, ei non lucere diuinum Iesu lumen: modo ne vana gloria, superbia, & ostentatione simus inflati, & leuiores ad captanda quæ sunt incomprehensibilia: & ab Iesu reperiamur non esse opitulatione digni, eò quòd Christus iudex humilitatis oderit vitia illa.

74 Demus ergo colla duobus istis, orationi & humilitati: quæ adbibitâ temperantiâ sunt aduersus dæmones armata, perinde ac flammeus ensis. Quandiu enim sic agemus, singulis diebus & horis læti, mysticum festum animo celebrare poterimus.

65 Octo generaliores vitiosæ cogitationes, quæ cogitationem omnem complectuntur, & vnde cunctæ nascuntur (quemadmodum ex Ioue & Iunone omnis dæmon execrandus, Deus Græcorum, vt ferunt illorum fabulæ) omnes redeunt ad fores animi, quæ cùm inuenerint mentem custodia destitutam, sigillatim ingrediuntur, suo quæque tempore. Quæcunque enim, illarum octo, cogitatio ascendens in animum, introduxerit exercitum, nempe gregem obscœnarum cogitationum, ea, obtenebratâ mente, prouocat corpus, conuersa ad opera turpia perpetranda.

76 Quapropter qui caput serpentis obseruauerit, & iracundè reluctando, verbis animosis vsus, iniecto pugno in faciem pulsauerit hostem (in quo modò quispiam alius laborabat) primus de fructibus percipere debet, vt placet Paulo. Qui ergo contundit caput, is & multas cogitationes prauas euitat, & opera peiora. fitque tum, vt tranquillus permaneat animus: cùius excitationem aduersus cogitationes probat Deus, & remunerandi causa docet eum, quo pacto impugnantes se superare queat: & qua ratione cor paulatim purgare oporteat cogitationibus maculantibus & inquinantibus interiorem hominem, sicut ait Dominus, De corde exeunt cogitationes malæ, adulteria, fornicationes: & hæc sunt, quæ coiuquinant hominem.

2.Tim.2.

Matth.15.

οβʹ. Εὐχὴ δὲ μονολόγιστος κτείνει τε καὶ ἐκτεφροῖ τὰς αὐτῶν ἀπάτας, δι' ἡμῶν παρακαλούμενος Ἰησοῦς ὁ Θεὸς καὶ Θεοῦ υἱὸς, συνεχῶς δὲ καὶ ἀόκνως, μηδ' ὅλως παραχωρεῖν τούτοις, οὔτε τὴν ἀρχὴν τῆς εἰσβολῆς, ἣν δὴ καὶ προσβολὴν καλοῦσιν, ἢ ὑποδεῖξαι τῷ νῷ ἐν κατόπτρῳ τῆς διανοίας, οὐ μορφὴν, οὔτε μὴν λόγους τινὰς λαλῆσαι τῇ καρδίᾳ. δαιμονιώδης δὲ μορφὴ μὴ εἰσδυομένη ἐν καρδίᾳ, καὶ λογισμῶν ὡς ἔφημεν, κενὴ ἔσται, ὅτι τῇ ψυχῇ διὰ λογισμῶν ὁμιλεῖν τε καὶ ἐκδιδάσκειν τὴν κακίαν ἔθος αὐτῇ λεληθότως.

ογʹ. Ἐξ εὐχῆς οὖν συνεχοῦς καθαρεύει ὁ ἀὴρ τῆς διανοίας ἐκ νεφελῶν σκοτεινῶν, ἐξ ἀνέμων πνευμάτων πονηροτάτων. καθαρεύοντος δὲ τῆς καρδίας ἀέρος ἀδύνατον μὴ λάμπειν φησὶν αὐτῷ τὸ θεϊκὸν φῶς Ἰησοῦ, εἰ μήτοιγε ἀπὸ κενοδοξίας ἢ τύφου καὶ φαντασμοῦ φυσώμεθα, ἢ κουφιζόμεθα εἰς τὰ ἀκίχητα, ἢ ἀβοήθητοι παρὰ Ἰησοῦ εὑρισκόμεθα αὖθις, τῷ μισεῖν τὸν Χριστὸν τὰ τοιαῦτα, τὸν τῆς ταπεινώσεως ἀποδέκτην.

οδʹ. Ἐχώμεθα τοίνυν εὐχῆς καὶ ταπεινώσεως τῶν δύο τούτων, ἅτινα κατὰ δαιμόνων σὺν νήψει ὁπλίζονται οἷα μάχαιρα φλόγινος· ἔξεστι γὰρ ἡμῖν οὕτω γε ποιοῦσι καθ' ἡμέραν καὶ καθ' ὥραν καρδιακῶς μυστικῶς γλυκομένοις ἑορτάζειν.

οεʹ. Οἱ ὀκτὼ γενικώτατοι τῆς κακίας λογισμοί, ἐν οἷς περιέχονται πᾶς λογισμὸς, καὶ ἐξ ὧν πάντες τὴν γένεσιν ἔχουσιν (ὡς ἐκ τῆς Ἥρας τε καὶ Διὸς πᾶς δαίμων ἐναγὴς Θεὸς Δαναῶν κατὰ τοὺς ἐκείνων μύθους) πάντες ἀνέρχονται ἐν πύλῃ καρδίας, καὶ τὸν νοῦν εὑρόντες ἀφύλακτον, εἷς καθ' εἷς εἰσέρχονται ἐν ἰδίῳ καιρῷ. ὁπότερος γὰρ τῶν ὀκτὼ διαλογισμὸς ἀναβὰς ἐν καρδίᾳ εἰσέλθῃ, ἑσμὸν λογισμῶν αἰσχρῶν φάλαγγα εἰσαγαγεῖν, καὶ οὕτω τὸν νοῦν σκοτίσας ἐκκαλεῖ τὸ σῶμα, τραπόμενος εἰς ἐργασίαν αἰσχρῶν πράξεων.

οςʹ. Ὁ τοίνυν τὴν κεφαλὴν τηρῶν τὴν τοῦ ὄφεως, καὶ δι' ἀντιρρήσεως θυμώδους δακεθίμοις ῥήμασι χρώμενος, πὺξ βαλὼν διὰ μέτωπον ἀπεκρούσατο τὸν πολέμιον (ὃ καὶ νῦν τις ἄλλος ἐκοπίαν) πρῶτος τῶν καρπῶν μεταλάβοι, ὡς δοκεῖ Παύλῳ. ὁ τοίνυν θλῶν τὴν κάραν, ἐξέφυγε καὶ πολλοὺς πονηροὺς λογισμοὺς καὶ ἔργα πονηρότερα, καὶ τότε διαμένει ἀκύμαντος ἡ διάνοια, τοῦ Θεοῦ ἀποδεχομένου τὴν αὐτῆς ἐγρήγορσιν εἰς τοὺς λογισμοὺς, καὶ ἀντιδωρουμένου αὐτῇ εἰδέναι, πῶς δεῖ περιγενέσθαι τοὺς ἀντιπαλαίοντας αὐτὴν, καὶ ὅπως χρὴ καθαίρεσθαι κατὰ μικρὸν τὴν καρδίαν, ἐκ λογισμῶν κοινούντων ἢ μιαινόντων τὸν ἔσω ἄνθρωπον, ὥς φησιν ὁ Κύριος, ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, πορνεῖαι, μοιχεῖαι, κἀκεῖνά εἰσι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον.

οζ'. Οὕτως ἄρα δυνάσεται ψυχὴ ἐν Κυρίῳ σώζειν τὴν ἑαυτῆς εὐμορφίαν καὶ ὡραιότητι καὶ εὐθύτητι ὡς ἐξ ἀρχῆς παρὰ Θεοῦ ἐκτίσθη λίαν καλή τε καὶ εὐθεῖα, καθὼς φησὶν ὁ μέγας τοῦ Κυρίου θεράπων Ἀντώνιος, τῆς ψυχῆς τὸ νοερὸν κατὰ φύσιν ἐχούσης ἀρετὴ συνίσταται. καὶ πάλιν εἶπε, τὸ γὰρ εὐθεῖαν εἶναι τὴν ψυχήν, τοῦτό ἐστι τὸ κατὰ φύσιν νοερὸν αὐτὴν ὡς ἐκτίσθη· καὶ μετ' ὀλίγα αὖθις φησί, καθαρεύσωμεν τὴν διάνοιαν· ἐγὼ γὰρ πιστεύω ὅτι καθαρεύσασα ψυχὴ πανταχόθεν καὶ κατὰ φύσιν ἑστῶσα, δύναται διορατικὴ γενομένη πλεῖον καὶ μακρότερα βλέπειν τῶν δαιμόνων, ἔχουσα τὸν ἀποκαλύπτοντα Κύριον αὐτῇ· ταῦτα φησὶν ὁ κλεινὸς Ἀντώνιος, ὥς φησιν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ Ἀντωνίου βίῳ.

οη'. Πᾶς λογισμὸς φαντασία ἐν τῷ νῷ αἰσθητοῦ τινὸς πράγματος. νοῦς γὰρ ὢν ὁ Ἀσσύριος οὐκ ἄλλως ἀπατᾷν ἐξισχύει, εἰ μὴ χρήσεται τοῖς παρ' ἡμῖν αἰσθητοῖς καὶ συνήθεσι.

οθ'. Ὥς οὐ δυνατὸν ἄρα ὄρνεα διώκειν ἡμᾶς ἐν τῷ ἀέρι πετόμενα ὄντας ἀνθρώπους, ἢ ἀνίπτασθαι ὥσπερ κἀκεῖνα, τοῦτο τῆς ἡμῶν φύσεως οὐκ ἐχούσης· οὕτως οὐ δυνατὸν λογισμοὺς ἀσωμάτους δαιμονιώδεις περιγενέσθαι χωρὶς εὐχῆς ἐκτενοῦς συχνῆς, ἢ ἀτενῶς ἄγειν πρὸς Θεὸν ὄμμα νοὸς ἐπείγεσθαι. εἰ δ' οὔ, γῆν θραύσεις.

π'. Εἰ ἀληθῶς ἄρα περιβαλεῖν αἰσχύνῃ τοὺς λογισμοὺς θέλεις, καὶ ἡσυχάζειν εὐκόλως, καὶ νήφειν τῇ καρδίᾳ μετ' εὐκολίας, Ἰησοῦ εὐχὴ κολληθήτω σῇ πνοῇ, καὶ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις γενόμενον ὄψει τοῦτο.

πα'. Ὥς γὰρ ἐν ἀέρι γράμματα οὐ δυνατὸν χαράξαι· δεῖ γὰρ αὐτὰ εἴς τι σῶμα ἐντυπωθῆναι, ὅπως διαρκῶς σώζοιντο· οὕτω γε τῇ κατηπονημένῃ νήψει ἡμῶν τῇ εὐχῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ κολλήσωμεν, ἵνα ἡ τῆς νηφαλιότητος πάγκαλος ἀρετή, διαρκῶς σὺν αὐτῷ διαμένῃ, καὶ δι' αὐτοῦ ἡμῖν εἰς αἰῶνα διατηρεῖσθαι ἀναφαίρετος.

πβ'. Κύλισον ἐπὶ Κύριον τὰ ἔργα σου, καὶ εὑρήσεις χάριν, φησίν, ἵνα μὴ καὶ περὶ ἡμῶν λέγηται παρὰ τοῦ προφήτου, ἐγγὺς εἶ σὺ Κύριε τοῦ στόματος αὐτῶν, πόρρω δὲ ἀπὸ τῶν νεφρῶν αὐτῶν. οὐδεὶς παρὲξ Ἰησοῦ ἑτέρως τὴν σὴν καρδίαν σταθερῶς ἐκ παθῶν εἰρηνεύσει, εἰ μὴ αὐτὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τὰ πόρρω διεστῶτα συνάψας.

πγ'. Ὁμοίως ἀμφότερα τὴν ψυχὴν σκοποῦσι, καὶ αἱ κατὰ διάνοιαν τῶν λογισμῶν ὁμιλίαι, καὶ αἱ ἔξωθεν συντυχίαι, καὶ ἀργολογίαι. χρὴ δὲ ἐκτρεπόμενον τὴν τοῦ νοὸς βλάβην, ἀμφοτέρας ἀργολογίας ἀγαπῶντας λυπεῖν, καὶ λογισμοὺς καὶ ἀνθρώπους, δι' αἰτίαν εὐλογωτάτην κατὰ Θεόν, ἵνα μὴ σκοτιζόμενος ὁ νοῦς χαλάσῃ τὴν νῆψιν. ἐκ γὰρ λήθης σκοτούμενοι τὸν νοῦν ἀπολλύμεθα.

77 Hae itaque ratione potest anima, per Dominum, retinere suam ipsius venustatem, pulchritudinem, & rectitudinem, sicut initio creata est ad similitudinem Dei, valde speciosa & recta, vt inquit magnus Domini seruus Antonius, Animæ, quæ secundùm naturam regitur, vis intellectiua constat virtute. Et iterum dixit, Rectam esse animam, hoc est, ipsam habere facultatem intellectiuam naturæ consentaneam, vti creata est. Et statim paucis interiectis ait, Purgato simus animo. Ego enim credo, animam quaeunque parte purgatam, & naturâ suâ constantem, posse perspicacem effectam, acutiùs & remotiora videre, quàm possint dæmones, quippe quæ Dominum sibi reuelantem habeat. Hæc dicit inclytus Antonius, authore Athanasio Magno, in vita Antonij.

78 Quæuis cogitatio est imaginatio quæ oritur in mente ex perceptione sensitiua rei cuiusdam. Cùm enim Assyrius sit spiritus, non potest aliter fallere, quàm si vtatur iis quæ sunt nostris sensibus & moribus familiaria.

Per Assyrium intelligit diabolum.

79 Vt nos, qui sumus homines, aues in aëre volantes assequi non possumus, aut, quemadmodum illæ, sursum volare, cùm hanc vim natura nostra non habeat: ita fide frequenti & temperantię plena oratione, aut vehementi oculorum mentis in Deum intentione, non potes fortuitas cogitationes diabolicas superare: sin minùs, terram ferias.

80 Profectò si verè cupis cingere pudore cogitationes, & eas benignè componere, temperantem etiam animum facilè comparare, deprecatio Iesu adhæreat spirationi tuæ: & hoc intra paucus dies fieri perspicies.

81 Vt enim litteræ scribi nequeunt in aëre, eo quòd in corpore quodam necesse habent subsistere, vt duraturæ seruentur: ita per laboriosam temperantiam nostram precationi Iesu Christi inhæreamus: vt præclara virtus temperantiæ cum ipso perduret & maneat, & per ipsum nobis conseruetur in sæcula, adeò vt auferri non possit.

82 Versa in Dominum opera tua, & inuenies gratiam, inquit. Ne de nobis etiam dicat propheta, Propè es tu Domine in ore ipsorum, sed procul à renibus eorum. Nullus alius pręter Iesum reddet cor tuum pacatum & tranquillum ab affectionibus: præter Iesum inquam Christū, qui longè distantia coniungit.

Ierem. 12.

83 Vtraque pariter spectant ad animam, tum mentales cogitationum allocutiones, tum exteriores conuersationes & confabulationes otiosæ. Iustissima porrò secûdùm Deum ratione qui declinare vult animi damnum, debet ambobus tam hominibus quàm cogitationibus otiosa verba sectantibus succensere, ne mens obscurata perturbet temperantiam: quoniam obliuione obtenebrati perdimus animum.

84 Qui omni studio puritatem cordis semper conseruat, legislatorum illius Christum habiturus est pro magistro: qui mysticè ipsi voluntatem suam eloquatur. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, inquit Dauid, dum declarat istud. Explicans autem accuratam animi apud seipsum commentationem, de spiritali bello ac de remuneratoria Dei protectione, dicebat: Et dicet homo, Eritne fructus iusto? Deinde ex ea commentatione consilium vtrinque excerptum quasi depromens, ait: Vtique est Deus iudicans eos in terra, peruersos scilicet dæmonas in terra cordis nostri. Et alibi dicit, Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus. Tunc plagæ eorum nobis censebuntur esse sagittæ paruulorum.

Psalm. 84. *Psalm. 57.* *Ibidem.* *Psalm. 63.*

85 Ex sententia sacri psaltæ, corde sapientiæ alligato semper degamus, ipsam Dei patris virtutem ac Dei sapientiam Iesum Christum respirantes. Quòd si ob circunstantiam quandam remissiores effecti, actiones animi neglexerimus, subsequenti denuo hora matutina lumbos mentis commodè perstringentes, rursum opus ipsum attingemus, non ignari, nullam nobis, qui nouimus quod bonum est, superesse excusationem, nisi hoc ipsum peragamus.

86 Quemadmodum cibi gignentes morbos, statim vt in corpus sunt iniecti, perturbant: at qui comedit, mox vt damnum sentit, vomitorio quodam pharmaco confestim adhibito, manet illæsus: hoc pacto mens quando susceptas cogitationes malas ebibit & manducauit, acerbitatem earum sentit: Deprecatio verò Iesu Christi, ex intimo corde proficiscens, illas facilè euomit, & tandem expellit, sicuti temperantes viros docuit & erudiuit, fauente Deo, rerum subiectarum perpessio & experientia.

87 Vnire studeto spiraculo narium tuarum temperantiam, necnon nomen Iesu, cum nullius ignara meditatione mortis, & humilitate, quia mirum in modum ambo iuuare solent.

Matth. 11.

88 Dixit Dominus, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris.

Luc. 18.

89 Dixit Dominus, Quicunque seipsum humiliauerit, sicut paruulus iste, exaltabitur: qui autem seipsum exaltat, humiliabitur. A me, inquit, discite, vides, humilitatem esse disciplinam. Propterea qui non est humilis, excidit à vita: quinetiam contrarius inuenietur.

90 Cùm itaque virtus omnis, corporis & animæ ministerio creetur, Dei porrò creaturæ sint anima & corpus, quorum opera virtus, vt dixi, subsistit: quomodo non intolerabiliter insanimus, de alienis corporis & animæ ornamentis gloriantes? vana gloria elati & inflati, superbiæ, velut baculo arundineo, innitimur:

A πδ'. Ὁ γὰρ πάσῃ σπουδῇ τηρῶν αὐτὴν καθαρότητα τῆς καρδίας, ἕξει διδάσκαλον τὸν ταύτης νομοθέτην Χριστὸν, μυστικῶς αὐτῷ λαλοῦντα τὸ θέλημα αὐτοῦ. ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ Κύριος ὁ Θεός, φησὶν ὁ Δαβὶδ τοῦτο ἐμφαίνων· τὴν δὲ τοῦ νοὸς πρὸς ἑαυτὸν ἐμμελῆ ἐπίσκεψιν περὶ τοῦ νοητοῦ πολέμου δηλῶν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀντιληπτικὴν ὑπεράσπισιν ἔλεγε· καὶ ἐρεῖ, φησὶν, ἄνθρωπος· ἄρα ἔστιν καρπὸς τῷ δικαίῳ; εἶτα τὸ ἐκ τῆς συζητήσεως σκέμμα ἀμφοῖν ἐκρηθὲν ὡς ἐκφαίνων λέγει· ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς κρίνων αὐτοὺς ἐν B τῇ γῇ· τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἐν τῇ γῇ τῆς καρδίας ἡμῶν. καὶ ἀλλαχοῦ φησὶ, προσελεύσεται ἄνθρωπος καὶ καρδία βαθεῖα, καὶ ὑψωθήσεται ὁ Θεός, καὶ τότε αἱ πληγαὶ αὐτῶν ὡς βέλη νηπίων ἡμῖν λογισθήσονται.

πε'. Ἐν σοφίᾳ πεπεδημένοι τὴν καρδίαν ἀεὶ διάγωμεν κατὰ τὸν ἱεροψάλτην, αὐτὴν τὴν τοῦ πατρὸς Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν Χριστὸν Ἰησοῦν ἀναπνέοντες. Εἰ δὲ καὶ ἔκ περιστάσεώς τινος χαυνωθέντες τῆς νοητῆς κατωλιγωρήσαμεν πράξεως, τῇ ἑξῆς πρωΐᾳ πάλιν τὴν ὀσφὺν τοῦ νοὸς καλῶς περισφίγ- C ξαντες, ἐγχειρισμοῦ τοῦ ἔργου πάλιν ἀψώμεθα, εἰδότες ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀπολογία τὸ καλὸν ἐγνωκόσιν, ἐὰν μὴ αὐτὸ πράξωμεν.

πϛ'. Ὥσπερ τὰ νοσοποιὰ βρώματα ἐμβληθέντα, προσφάτως ἐν σώματι ἐνοχλεῖ, ὁ δὲ φαγὼν εὐθὺς τῆς βλάβης αἰσθόμενος, θᾶττον διά τινος ἐμέσεως φαρμάκου ταῦτα ἀπήμαντος διέμεινεν, οὕτω καὶ ὁ νοῦς ὅτε πονηροὺς λογισμοὺς δεξάμενος κατέπιεν ἢ κατέφαγεν, αἰσθάνεται τῆς πικρίας αὐτῶν, διὰ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ βαθέων καρδίας εὐκόλως τούτους ἐξεμεῖται, καὶ τέλεον ἀποβάλλεται, ὡς σὺν Θεῷ ἡ πάθησις καὶ D ἡ πεῖρα τοῖς μαθοῦσι νενοηκέναι περὶ τοῦ προκειμένου ἐκδεδώκασι τοῖς νήφουσι.

πζ'. Εἰς πνοὴν τῆς ῥινός, νῆψιν ἕνωσον καὶ Ἰησοῦ ὄνομα, καὶ μελέτην θανάτου ἀλάθητον ταπείνωσιν· ὠφελεῖν γὰρ λίαν οἴδασι τὰ ἀμφότερα.

πη'. Εἶπεν ὁ Κύριος, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.

πθ'. Εἶπεν ὁ Κύριος, ὅστις ταπεινώσει ἑαυτὸν, ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, ὑψωθήσεται, ὑψῶν δὲ ἑαυτὸν ταπεινωθή- F σεται. ἀπ' ἐμοῦ φησὶ μάθετε. ὁρᾷς ὅτι μάθησίς ἐστιν ἡ ταπείνωσις. ὁ μὴ ταπεινὸς ὢν, τῆς ζωῆς ἀπολίσθησε, καὶ ἐναντίος δηλονότι εὑρεθήσεται.

ϟ'. Εἰ γὰρ πᾶσα ἀρετὴ διὰ ψυχῆς καὶ σώματος κτίζεται, κτίσμα δὲ Θεοῦ, καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, δι' ὧν ἡ ἀρετὴ, ὡς ἔφην, συνίσταται, πῶς οὐκ ἀφάτως μαινόμεθα ἐπ' ἀλλοτρίοις κόσμοις καλλωπιζόμενοι, ψυχῆς τε καὶ σώματος; καὶ κενοδοξοῦντες ἐπαιρόμεθα, καὶ ὑπερηφανίας ὡς ἐπὶ καλαμίνης ῥάβδου φυσιούμενοι, στηριζόμεθα·

ὡς καὶ τὸν ἀπειρομεγέθη Θεὸν ἡμῶν διεγείρομεν τὸν φρικτότατον διὰ τὴν ἄγαν ἡμῶν ἀνομίας τε καὶ ἀνοίας· Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται· καὶ ἀντὶ τοῦ μιμεῖσθαι τὸν Κύριον ἐν ταπεινώσει, τῷ τοῦ Κυρίου διεχθρῷ φιλιούμεθα ὑπερηφάνῳ δαίμονι, ἐκ κενοδόξου καὶ ὑπερηφάνου φρονήματος· τούτου γὰρ ἕνεκεν ἔλεγεν ὁ ἀπόστολος· Τί γὰρ ἔχεις, φησὶν, ὃ οὐκ ἔλαβες ἀπὸ Θεοῦ; μὴ σὺ σεαυτὸν ἔκτισας; εἰ δὲ σῶμα καὶ ψυχὴν ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς καὶ δι' ὧν πᾶσα ἀρετὴ συνίσταται, παρὰ Θεοῦ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών; Κύριος γάρ σοι ὁ ταῦτα δωρούμενος.

ϟα'. Ἄλλως οὐκ ἄλλο τί ἐστι καθαρισμὸς καρδίας, δι' οὗ καὶ ταπείνωσις καὶ ἀγαθὸν ἅπαν ἐν ἡμῖν εὑρίσκεται καταβαῖνον ἄνωθεν, εἰ μὴ τὸ μηδ' ὅλως παραχωρεῖν τοὺς λογισμοὺς προκύπτοντας εἰσελθεῖν.

ϟβ'. Νοὸς γὰρ φυλακὴ σὺν Θεῷ καὶ διὰ μόνου Θεοῦ ἐν ψυχῇ ἐγχρονίσασα φρόνησιν παρέξει τῷ ἡγεμονικῷ ἐν τοῖς κατὰ Θεὸν ἀγωνίσμασιν· οὐκ ὀλίγην δὲ ἱκανότητα τῷ μετόχῳ χορηγεῖ, ἐν τῷ οἰκονομεῖν τὰ ἔργα καὶ τοὺς λόγους ἐν κρίσει ἀναπόδεικτα κατὰ Κύριον.

ϟγ'. Τὰ τοῦ ἱερέως δῆλα ἐν τῷ παλαιῷ προτυπώματα καρδίας καθαρᾶς ὑπῆρχον, ἵνα καὶ ἡμεῖς προσέχωμεν τῷ τῆς καρδίας πετάλῳ, μήπως ἐξ ἁμαρτίας μεμολύνηται, ἵνα δάκρυσι καὶ μετανοίᾳ, καὶ προσευχῇ ἀποσμήχωμεν. εὔκολον γάρ τι πρᾶγμα ὁ νοῦς καὶ πρὸς τοὺς ἀνόμους ἐνθυμήσεις δυσκάθεκτον. ὁμοίως κακαῖς τε καὶ ἀγαθαῖς φαντασίαις λογιστικῆς εὐκόλως ἐξακολουθοῦν.

ϟδ'. Μακάριος ὄντως ὁ οὕτω κεκόλληται Ἰησοῦ εὐχῇ ἐν διανοίᾳ, καὶ φωνεῖ αὐτὸν ἀδιαλείπτως ἐν καρδίᾳ, ὥσπερ ἥνωται ὁ ἀὴρ τοῖς ἡμῶν σώμασιν, ἢ ὡς φλὸξ κηρῷ. καὶ διερχόμενος μὲν ἥλιος ὑπὲρ γῆν ποιήσει ἡμέραν· τὸ δὲ Κυρίου Ἰησοῦ ἅγιον ὄνομα καὶ σεβάσμιον ἐν διανοίᾳ λάμπον τῇ συνεχείᾳ, γεννήσει ἀναριθμήτους ἡλιοειδεῖς ἐννοίας.

ϟε'. Καὶ διασκεδασθέντων μὲν νεφῶν, ἀὴρ καθαρὸς δείκνυται. φαντασίαι δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης Ἰησοῦ Χριστοῦ διασκεδασθεῖσαι καὶ λεανθεῖσαι, φωτοειδῆ καὶ ἀστροειδῆ νοήματα γεννᾶσθαι ἐν καρδίᾳ ἐκ τῶν πεφυκέναι τὰ ἀέρος αὐτῆς διὰ Ἰησοῦ φωτισθέντος· φησὶ γὰρ ὁ ἐκκλησιαστής, οἱ πεποιθότες ἐπὶ Κύριον, συνήσουσιν ἀλήθειαν· καὶ οἱ πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ προσμενοῦσιν αὐτῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

ϟϛ'. Ἐν μὲν τοῖς ὄπισθεν λόγοις τοῖς ἐν πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ ἑκατοντάδι, τοὺς τῆς ἱερᾶς νοὸς ἡσυχίας πόνους συνετάξαμεν, οὐχὶ γεώργιον τῆς ἐμῆς διανοίας μόνον, ἀλλ' ἅπερ καὶ οἱ τῶν θεοσόφων πατέρες διδάσκουσιν ἡμᾶς θεῖοι λόγοι περὶ νοὸς καθαρότητος.

A atque præ iniquitate & dementia nostra horrendissimum illum tanquam infinitæ magnitudinis Deum nostrum excitamus. Dominus superbis resistit. Et cùm imitari Dominum in humilitate deberemus, cum inimico Domini superbo dæmone conciliamus amicitiam: eo quòd vanè gloriosa & arroganti opinione ducimur; hac namque de causa Apostolus dixit, Quid habes, quod non accepisti à Deo? Num tu teipsum creasti? Quòd si corpus & animam, ex quibus, in quibus, & per quæ consistit omnis virtus à Deo acceperis, Quid gloriaris, quasi non acceperis? Dominus enim B est, qui tibi ista largitus est.

Iacob. 4. *1. Cor. 4.* *Ibidem.*

91 Nulla prorsus est alia cordis expurgandi ratio, quâ & humilitatem & omne bonum è supernis in nos descendere comperimus, quàm si nullum demus planè locum cogitationibus ostio imminentibus.

92 Custodia enim mentis, quæ Deo fauente, & Dei solius auxilio perseuerat in anima, sapientiam comparat intellectui principatum obtinenti, in certaminibus Dei nutu ineundis, eiusque custodiæ participi, sufficientiam non modicam præstat, in rebus & sermonibus Deo gratis cum iudicio regendis. C

93 Pontificis ornamenta in veteri testamento manifesta, erant præeuntes cordis puri figuræ: vt & nos laminam cordis obseruemus ne vllo modo nigrescat peccato: sed abstergamus illud lacrymis, pœnitentia, & oratione. Mens enim res est quædam lubrica, quæ non facilè coërcetur ab iniquis conceptionibus: nullóque negotio bonas & malas imaginationes rationali parti obiectas perinde sectatur.

94 Profectò beatus est ille, cui sic adhæret D in animo deprecatio Iesu, & qui sine intermissione resonat ipsum in corde, sicut vnitur aër corporibus nostris, aut flamma candelæ. Sol itaque transiens supra terram, diem efficiet: sanctum autem ac reuerendum Domini Iesu nomen, relucens in mente, contiguitate sua innumerabiles, solis instar splendentes, procreabit conceptiones.

95 Et dissipatis quidem nubibus aër apparet purus: illusiones autem ab Iesu Christo sole iustitiæ dissipatæ & deletæ, ex vniuerso mentis aëre per Iesum illustrato, solent in ea E producere conceptiones splendidas, & astrorum speciem præ se ferentes. Nam ait Ecclesiastes, Qui fiduciam habent in Domino, intelligent veritatem: & qui fideles sunt in dilectione, permanebunt in eo. Cui gloria in sæcula. Amen.

Sapient. 3.

96 Præcedentibus quidem sermonibus, quos in prima & secunda centuriis habuimus, quantum elaborandum sit, pro sacra mentis quiete comparanda, descripsimus: non velut ingenij nostri culturam solam, sed quæcunque diuini sermones patrum diuina sapientium nos docent de puritate mentis.

Iam verò, vbi paucis verbis, quoad fieri potest, demonstrauerimus, quantum oriatur lucrum ex conseruatione mentis, finem dicendi faciemus.

97 Quod superest, adesdum quicunque fueris, & sequere me, ad contingendam beatam mentis conseruationem, exoptans in spiritu dies videre bonos: & docebo te in Domino conspicuam operationem & conuersationem spiritalium potestatum.

68 Quoniam Angeli nulla capientur satietate laudandi creatoris, neque mens decertandi. Et quemadmodum illi corporis expertes de cibo nihil sunt solliciti: ita hi, licèt corpore prædití, non curant escam, modò in cœlum tranquillum animus ingrediatur.

99 Quo igitur modo supernæ potestates nulla tenentur cura pecuniarum aut possessionum: ita qui perspicacem animæ facultatem expurgarunt, & compararunt habitum virtutis, haud curant, quàm malè torqueantur à spiritibus nequissimis. Et quo modo norunt illi diuitias promotionis in Deum: sic & hi perspectum habent amorem in Deum, necnon intensionem & ascensionem dilectionis erga numen diuinum. Quinetiam amatoria & inexplebili ascensione dilatati, ob gustum diuinum & desiderium in excessu positum, non subsistent, donec ad Seraphim peruenіant: neque fatigabuntur à diligenti obseruatione mentis, & exaltatione charissima, donec Angeli fiant per Iesum Christum Dominum nostrum.

100 Non est venenum, quod superet venenum aspidis & basilici: neque vllum est vitiũ, quod vincat φιλαυτίας vitium. Fructus porrò philautiæ habes per omnium ora volitantes: qui sunt hi, laudes sui in animo latentes, rerum omnium displicentia, ventris ingluuies, stuprum, vana gloria, & omnium vertex superbia: quæ quidem nouit è cœlis expellere non solùm homines, sed etiam Angelos, & caliginem pro luce obtrudere. Hæc ad te scribit, Theodule, qui cognominatur Hesychius licèt operationem ipsam sit ementitus: at non omnino fortasse, quatenus scilicet Deus donauit. Qui in patre & filio & spiritu sancto laudatur & glorificatur, à rationali natura Angelorum & hominum, necnon ab vniuersa creatura, quam fabricauit arcana trinitas, vnus Deus. Cuius regnum præclarum vtinam & nos consequamur, precibus purissimæ Deiparæ, sanctorumque patrum nostrorum. Cui Deo incomprehensibili gloria sempiterna. Amen.

νοῦ ἡ μικρὰ εἰπόντες ὅσον δεῖξαι τὸ κέρδος τῆς τοῦ νοῦ φυλακῆς, τὸν λόγον παυσόμεθα.

ϟζʹ. Δεῦρο δὴ λοιπὸν ἀκολούθει μοι πρὸς τὴν συνάφειαν τῆς μακαρίας τοῦ νοῦ τηρήσεως, ὅς τις εἶ ἔτι, καὶ ἐπιποθῶν ἐν πνεύματι ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς, καὶ ἐν Κυρίῳ διδάξω σε ὁρωμένην ἐργασίαν καὶ πολιτείαν νοερῶν δυνάμεων.

ϟηʹ. Οὐ γὰρ κορεσθήσονται ἄγγελοι ὑμνοῦντες τὸν ποιητήν, οὔτε νοῦς ἀμιλλώμενος· καὶ ὥσπερ οἱ ἄϋλοι οὐ φροντίζουσι περὶ τροφῆς, οὕτως οὐδὲ οὗτοι οἱ ἔνυλοι αὐτῆς φροντίζουσιν, εἴγε ἐν οὐρανῷ ἡσυχίας νοῦς εἰσελεύσεται.

ϟθʹ. Ὥσπερ οὖν αἱ ἄνω δυνάμεις οὐ φροντίζουσι χρημάτων ἢ κτημάτων, οὕτως οὔτε οἱ τῆς ψυχῆς ὀπτικὸν ἐκκαθάραντες, ἐν ἕξει τῆς ἀρετῆς γενόμενοι, οὐ μεριμνήσουσι περὶ κακώσεως τῶν πονηρῶν πνευμάτων. καὶ ὡς ἐκείνοις φανερὸς τῆς εἰς Θεὸν προκοπῆς ὁ πλοῦτος, οὕτω καὶ τοῖς τοιούτοις ὁ εἰς Θεὸν φανερὸς ἔρως, καὶ ἡ τῆς ἀγάπης τῆς εἰς τὸ θεῖον ἀτένισίς τε καὶ ἀνάβασις· ἔτι δὲ ἐρωτικῶς καὶ ἀπλήστως τῇ ἀναβάσει ἐπεκτεινόμενοι ἐκ γεύσεως θείου, καὶ ἐκστατικοῦ πόθου, οὐ παύσονται μέχρι τὰ Σεραφὶμ φθάσωσιν, οὐδὲ κοπιάσουσι τῆς τοῦ νοῦ νήψεως, καὶ ἐρωτικῆς ὑψώσεως, μέχρις ἂν ἄγγελοι γένωνται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

ρʹ. Οὐκ ἔστιν ἰὸς ὑπὲρ ἰὸν ἀσπίδων καὶ βασιλίσκων, καὶ οὐκ ἔστι κακία ὑπὲρ κακίαν φιλαυτίας. τέκνα δὲ φιλαυτίας ἔχεις πετόμενα, ἅ εἰσι ταῦτα, ἔπαινοι ἐν καρδίᾳ, ἀπαρέσκεια, γαστριμαργία, πορνεία, κενοδοξία, καὶ ἡ κορωνὶς πάντων ὑπερηφανία, ἥ τις κατασπᾶν ἐπίσταται, οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλους ἐξ οὐρανῶν, καὶ ζόφον ἀντὶ φωτὸς περιβάλλειν. Ταῦτά σοι, Θεόδουλε, ὁ ἡσυχίας φερώνυμος, εἰ καὶ τῆς πράξεως διέψευσται, ἀλλ᾽ ἴσως οὐχ ὅλον, ἀλλ᾽ ὁ Θεὸς δέδωκεν· ὁ ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι αἰνούμενός τε καὶ δοξαζόμενος ὑπὸ τῆς λογικῆς φύσεως, ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων, καὶ πάσης κτίσεως, ἣν ἡ ἄρρητος τριὰς δεδημιούργηκεν· ὁ εἷς Θεός, οὗ καὶ ἡμᾶς τῆς λαμπρᾶς βασιλείας, εὐχαῖς τῆς ὑπεράγνου θεοτόκου τύχοιμεν, καὶ εὐχαῖς τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν. ᾧ Θεῷ ἀκιχήτῳ δόξα αἰώνιος. Ἀμήν.

FINIS.